¶ Sed ſi de hoc loco in quo poſituꝫ eſt: quia per ſeipſm genus eſt: mutes ⁊ facias: qa per ſeipſa animalia ſunt planior ſenſus erit. Generis enim hic nomine pro animalis abuſus eſt: ⁊ erit huiuſmodi ordo. Differētia eſt eſt qua differunt ſingula: quę per ſeipſa animalia ſunt: ⁊ illa quę rationabilia ſunt aīalia nos ſcilicet: ⁊ illa quę irrationabilia ſunt. Quod ſi ſic eſſet: nullus eſſet error omnino. Nunc vō genus quod ait: pro animalis nomine intellegendum eſt. Item dij atqꝫ homines cū vtriqꝫ rationales ſint: mortalis tamen nomine adiecto differūt diſcrepantqꝫ. Sic igitur differentia eſt qua ſingula differunt: ſed non ſimpliciter: ſed illas tantuꝫ differentias huiuſmodi eſſe putandum eſt: quę ſubſtantiam proſint: ⁊ quę ad id qđ eſt quęcūqꝫ ſpecies poſſit eſſe aliqua pars quod huiuſmodi ē. Si equus atqꝫ hō quorū vtrorūqꝫ vnū genꝰ eſt animal: a ſe differunt rationali atqꝫ irrationali qualitate: attamen iſta rationabilitas ⁊ irrationabilitas in ſubſtantia ipſarū ſpecierum eſt hoc modo. Nā neqꝫ equꝰ poteſt eē ſine irrationabilitate: neqꝫ hō ſine ra-



tionabilitate. Atqꝫ ideo iſtę differentię proſunt ad aliquid eſſe ſpeciei accommodatę: ⁊ ſubſtātię ipſius partes ſunt. Nam cum homo ex his differentijs cōſtet. i. rationali ⁊ mortali: rationale ⁊ mortale ſolū poſituꝫ pars eſt ſubſtantię hominis. Nam ſi vtraqꝫ ſimul vnum hominē faciunt: non eſt dubiū quin ad ſubſtantiaꝫ hominis efficiēdā vnaqueqꝫ earum res pars eſſe videatur. Quare illę differētię quęcūqꝫ nō ꝓſunt ad eſſe: neqꝫ ptes ſubſtantię cuiuſlibet ſpēi ſūt ſpecifice dici non habent: quāuis ſola hoc vna ſpecies habeat. Nam ſi homo nauigat poteſt dici animal nauigabile. Sed nauigare in ſubſtātia hominis non vertitur. Neqꝫ enim homo inde ſubſiſtit: quia nauigat: quāuis hoc nullum aliud animal habere poſſit. i. nullum poſſit animal nauigare. Eodē modo ⁊ eſſe rhetorem vel grammaticum. Has igitur differentias quę ad eſſe non proſunt ſed tantum arteꝫ aliquā ſcientiamqꝫ cōmemorant: non ponimus ſpecificas eſſe: quamuis vna puęlibet animalis id ſpecies habeat. Ergo conſiderandum eſt: vt quotiens dicimus diffinitionem differentię illam differentiam eſſe: qua differant ſingula: illam ſignificari differentiam intelligamus: quę ad aliquid eſſe prodeſt: ⁊ quę eſt alicuiꝰ pars ſubſtantię ſpeciei. Illas vero quę ad eſſe non proſunt in hoc genere differentiarū quāuis ſingulę cuiuſqꝫ ſint: nō ponamꝰ. Sꝫ quoniā de differentia dictum eſt: de proprio explicemꝰ. Tunc ſabius. vt arbitror conſequēs eſt.

De proprio.

p **Proprium quatuor dicitur modis. Dicitur nāqꝫ propriū quod vni ſpeciei accidit: etiā ſi non omnibus.**

¶ Et ego. Quattuor ergo modis propria diuiduntur. Eſt enim propriū quod vni accidit: ⁊ ſi non omnibus: vt eſt rhetor vel geometer: vel grāmaticus. Hęc vō omnia vni ſoli ſpeciei: id eſt homini accidunt: non tamen omnibus. Neqꝫ enim omnes homines grāmatici vel rhetores vel geometrę ſunt: atqꝫ ideo vocabitur hoc propriū quod vni ſit: ⁊ ſi non omnibus. Eſt item alia proprietas quę eſt omnibus etiam ſi non ſoli. Nam bipes omni homini accidit. Omnis eniꝫ hō bipes eſt: non ſoli hominū ſpeciei accidit: ſed etiam auibus. Eſt itē tertium proprium quod omni ⁊ ſoli ⁊ aliquo tempore accidit: id eſt in pubertate pubeſcere: ⁊ in ſenectute caneſcere. Nanqꝫ ⁊ omnibus hominibus euenit: ⁊ nulli alij ſpeciei niſi ſoli hominum: ⁊ aliquo tempore. Conſtitutum enim tempus eſt: vel adoleſcētibus pubeſcendi: vel ſeneſcentibus caneſcendi. Neqꝫ enim a. vi. anno vel ſeptimo aliquis pubeſcit: aut a viceſimo caneſcit: niſi forte aliquid accidit noui. Quartum propriuꝫ eſt: quod vni ſpeciei accidit: ⁊ omnibus ſub eadē ſpecie indiuiduis: ⁊ omni tempore. Nam riſibilem eſſe hominem: ⁊ vni ſpeciei ſolum: id eſt homini contingit: ⁊ omnibus ſub eadē ſpecie indiuiduis. Omnes enim ſinguli homines rident: ⁊ omni tempore. Nunqꝫ enim tēpus fuit: vt quicūqꝫ ridere non poſſit. Sed riſibile dico poteſtate: non actu. Nanqꝫ ⁊ ſi non rideat homo tamen quia ridere poteſt: riſibilis appellatur. Et ſunt integre ⁊ vere propria iſta quę ⁊ vni ⁊ omnibus ⁊ omni tempore inſunt. Nanqꝫ hęc ſpeciebus ſuis conuerti poſſunt. Si enim dicas quid eſt homo. Riſibile. Si quid eſt riſibile interroges homo predicabis. Illa vero alia bipes: vel grāmaticus propria quidem ſunt: ſed conuerti non poſſunt. Nam grammaticus ſemper homo: homo vero non ſemper grāmaticus. Et econtrario homo ſemper bipes eſt: non contra bipes ſemper homo eſt. Et hinnibile ſimiliter magis proprium equi eſt. Nam eodem modo hęc proprietas ad ſuam ſpeciem conuerti poteſt. Nam ſi dicas: quid eſt equus: hinnibile reſpondebis. Si quid eſt hinnibile equus predicabitur. Sed q̄ā de proprijs dictum eſt. de accidentibus ſequens tractatus habeat.

De accidenti.

Diffinit porphyrius accidens ſic.

a **Accidens eſt qđ infert ⁊ aufertur ſine eius in quo eſt interitu.**

¶ Hoc autē dicere videtur: illud eſſe accidens ſine quo poteſt cōſtare illud cui accidit: vt puta ſi forte caſu aliquo cuiquam facies inrubuerit: abſcedente rubore illeſa facies permanebit: ſicut eueniente nō leſa eſt. Diuidit ergo accidēs in ſeparabile ⁊ in inſeparabile. Nāqꝫ ſeparabile accidēs eſt: vt puta ſi qs ſedeat vel ambulet: inſeparabile eſt: vt ſi dicas coruū nigrū: cignū albū. A qbus hęc accidētia ſeparari nō poſſūt. Naſcitur aūt huiuſmodi dubietas: vtruꝫ ſuperior diffinitio vera ſit ⁊ omniū accidētiū nomen īcludat. Nam quoniam ſunt quędā (vt ipſe ait) accidentia inſeparabilia: in his talis definitio videtur conuenire non poſſe. Nam ſi ſeparari non poſſunt: nō in illis eſt vera diffinitio: quę dicit accidens eſſe: qđ inferri ⁊ auferri poteſt ſine eius in quo eſt interitu. Naꝫ cum inſeparabilia ſunt: auferri nō poſſunt. Sed hęc tā vehemēs quęſtio ſoluitur ſic: quod hęc ipſa diffinitio de accidentibus facta eſt poteſtate non actu: ⁊ intelligentia non veritate. Non quia ęthiops ⁊ coruus colorem amittunt: ſed ſine iſto colore ad intelligentiam noſtram poſſunt ſubſiſtere. Naꝫ verū eſt: quoniam ethiopem aut coruum color niger nunquam deſerit. Sed ſi quis intelligat colorem iſtum ęthiopē vel coruum poſſe amittere: plumarum tantum color in coruo mutabitur: ⁊ erit auis alba ſpecie ⁊ forma corui: ſi quis hoc intelligat. At vero hominis id eſt ęthiopis amiſſo nigro colore erit eius ſpecies candida: ſicut etiam aliorum hominum. Ergo hoc non ideo: quia fiat dicit: ſed ideo quia ſi poſſet fieri huiꝰ accidentis ſuſceptrix ſubſtantia non periret. Quod ipſe hoc modo demonſtrat. Poteſt autem ſubintelligi ⁊ coruus albus: ⁊ ęthiops colorem ſuum perditurus ſine interitu ſuo quo color fuit. Nihil ad ſpeciem impedit ſi ęthiops vel coruus amiſſo colore in proprię ſubſtantię natura permaneat. Eſt autē alia diffinitio: quę ē huiuſmodi. Accidens eſt quod ꝯtingit alicui ⁊ ineſſe ⁊ nō ineſſe. Nam quod in ſubſtantiam non vertitur: id accidens eſſe dicimus: id eſt non in ſubſtantiā inſitum: ſed extrinſecus veniēs. Ergo ea quę ꝯtingūt ⁊ eſſe ⁊ nō eſſe ideo accidētia vocata ſunt: quoniā in ſubſtantię ratione non accipiunt. Si enim in ſubſtantię ratione ponerentur: nunqꝫ non eſſent: nunquā non eſſe poſſent. Nam quoniam verbi gratia ratio in ſubſtantia hominis eſt: nunquam homo eſſe poterit irrationabilis: quoniam irrationabilitas in ſubſtantia hominis nō eſt. Ex hoc ergo venit etiam alia diffinitio: accidens eſſe illud: quod neqꝫ genus ſit: neqꝫ ſpecies: neqꝫ differentia: neqꝫ proprium. Nam quoniam genus: ſpecies: differētia: ⁊ proprium: in ſubſtantia ſunt: ⁊ cuiuſcunqꝫ illius rei ſubſtātiam monſtrant: idcirco quicquid hox aliquid nō fuerit id accidens merito predicabitur. Explicitis igitur atqꝫ expeditis his quę propoſuit: id eſt genere: ſpecie: ꝓprijs differētijs: accidētibuſqꝫ tractare: nunc exequit illa quę inter hęc cōmunia omnia vel quę differentię ſunt.

De cōmunibus generis: differentię: ſpeciei: proprijs: accidentiſqꝫ.

c **Et primo diuꝫ ſimul interſe cōmuniones explicat. Poſt etiā ſingulorum ꝓprietates.** Et dicit omnium eſſe commune de pluribus predicari. Nanqꝫ genus predicatur de ſpeciebus ⁊ de indiuiduis eodem modo predicatur ⁊ differentia de ſpeciebus ⁊ de

indiuiduis. Etiam pꝛopꝛium ⁊ de ſpecie ⁊ de indiuiduis pꝛedicatur. At vero ſpecies de ſolis tantum indiuiduis appellatur. Genꝰ eni animal pꝛedicatur de equis hominibus: bobus: ⁊ canibus: id eſt ſpeciebus. Pꝛedicatur item ⁊ de his que ſub ipſis ſpeciebus indiuidua cōtinentur. Nam ſicut ipſe ſpecies canis vel equi vel hominis animalia ſunt: ſic ⁊ vnuſquiſqꝫ equus vel homo animalia pꝛedicantur. Differentie vero pꝛedicantur de ſpeciebꝰ ⁊ de indiuiduis hoc modo. Nanqꝫ hō ⁊ equus ſpecies ſunt. Sed rationalis dicitur ad ſpeciē hominis differentia. Pꝛedicatur eodem modo ⁊ ad ciceronē. Nā cum hominis ſpecie indiuiduū ſit: ⁊ ipſe rationalis appellatur. Pꝛopꝛium autem de ſpecie pꝛedicatur: cuꝫ dicitur ſpēs quod eſt homo riſibilis: ⁊ cū dicitur cicero riſibilis: quod eſt indiuiduum: monſtratur pꝛopꝛium de indiuiduis pꝛedicari. Spēs vero de ſuis tantum ſolis indiuiduis p̄dicat̄. Interrogatur quid eſt cicero. Et hō reſpondetur. Accidens vero ante pꝛedicatur de indiuiduis: ⁊ poſtea de ſpeciebus. Nam ſi quis dicat homo ſedet quod eſt accidens ſeparabile: cū quicunqꝫ ſingulum hominem id eſt indiuiduum ſedere viderit: tunc id ⁊ de ſpecie pꝛedicatur: vt dicat quoniam cicero ſedet: cicero autem homo eſt: homo ſedet. Eodem modo inſeparabile de ſpeciebꝰ ⁊ de indiuiduis pꝛedicatur. Expeditis ergo omnium communibus generis ⁊ differentie pꝛimum communiones differentiaſqꝫ declarat.

### De communibus generis ⁊ differentie.

e T pꝛimum dicit generi cum differentia eſſe commune: quod ab vtriſqꝫ ſpecies cōtinentur. Nā genus quod eſt animal: continet ſpeciem hominis atqꝫ equi. Poꝛro autem rationale quod eſt differentia: continet hominem ⁊ deum. Et irrationale quod eſt differentia: continet equum: bouem: atqꝫ auem. Sed ita continet: vt genus ſemper plures ſpecies contineat: quam cōtinet differētia. Nanqꝫ genus ⁊ ipſas differētias cōtinet. Genus enim: id eſt animal rationale atqꝫ irrationale: continet illas ſpecies que ſunt ſub rationali: etiaꝫ eas que ſunt ſub irrationali cōtinet genꝰ: id eſt aīal. At vō differētia. i. rationale irrationale nō continet: ſed rationale tantū hominē atqꝫ deū. Plus igitur genus cōtinet quā differentia. Eſt aūt alia cōmunio. Sed quid eniꝫ ad quodlibet genus ita p̄dicatur: vt eius genꝰ ſit: ⁊ de illis ſpeciebus que ſunt ſub illo genere ad quod pꝛedicatur: illud genꝰ appellatur: ⁊ de indiuiduis que ſub illis ſpeciebus ſunt. Nanqꝫ animal genus eſt hominis ⁊ de animali pꝛedicatur: vt genus ſubſtantia. Genus enim ſubſtantia animalis eſt. Ergo illa ſubſtantia que ad hominis genus id eſt animal ita pꝛedicatur vt genꝰ pꝛedicatur etiam ⁊ ad ipſum hominem. Dicitur enim homo ſubſtantia. Pꝛedicatur item illud generis genus etiam de his que ſunt ſub ſpecie indiuiduis. Dicit̄ eni cicero: quod eſt ſub hominis ſpecie indiuiduuꝫ ſubſtantia. Differentia eodem modo. Naꝫ ſi qua differentia dicta fuerit de alia differentia: vt differentia intelligatur: pꝛedicabitur ⁊ ad ſpeciem que ſub illa differentia eſt ad quam pꝛedicatur: ⁊ de illis indiuiduis que ſub eadeꝫ ſpecie ſunt. Nam ratione vti ad rationalem differentiam vel vti cognata differentia pꝛedicatur. Rationabile autem pꝛedicatur ad hominem. Idem etiam ratione vti p̄dicatur ad ciceronē: quod eſt indiuiduum ſub illa ſpecie: ad quā ſpeciem illa differentia: id eſt rationalis p̄dicatur: de qua pꝛedicabitur vt cognata illa differentia: id eſt ratione vti. Igitur eſt iſta generis differētieqꝫ cōmunitas: quod ea que de genere ſpeciei pꝛedicantur vt genus: ⁊ de ſub eodē ſpecie genere p̄dicant̄: ⁊ de indiuiduis ⁊ illa q̄ de differentia p̄dicat̄ vt differētia: ⁊ de ſub eadem differentia ſpecie ⁊ de indiuiduis. Eſt autꝫ alia communio: quod queadmoduꝫ interempto genere ſpecies interimuntur: ⁊ ſic interempta differentia ſpecies ſub eadem differentia interimuntur. Nam ſi interierit animal: homo atqꝫ equus continuo periturus eſt. Sin vero differentia: id eſt rationale: dij atqꝫ homines interibunt: ⁊ nihil eoꝛum erit quod vti ratione poſſit.

### De pꝛopꝛijs generis ⁊ differētie.

p Oſt demonſtrationem igitur communionū pꝛopꝛietates eoꝛuꝫ differentiaſqꝫ deſignat: ⁊ dicit differentiam pꝛimam eam: qua genus nō ſoluꝫ a differentijs: ſed etiam ſpeciebus vel pꝛopꝛijs vel accidētibus differat. Nanqꝫ dicit genus multo de pluribꝰ pꝛedicari: quam pꝛedicatur differentia vel ſpecies vel accidens vel pꝛopꝛiuꝫ. Nanqꝫ genus dicitur: id eſt animal de quadrupede: de bipede: reptili: id eſt de ſerpente: vel natatili: id eſt de piſce. Quadrupes autem quod eſt a bipede differentia: de ſolis illis dicitur que quatuoꝛ pedes habent: id eſt equus vel bos. De ceteris autꝫ alijs id eſt bipede vel reptili vel natatili: vnde genus equaliter p̄dicat̄ appellari nō pōt. Plus aūt genus a ſpeciebus p̄dicat̄: quod cum hoīs ſpēs ſit ⁊ de ſolis indiuiduis pꝛedicetur: idem tamen homo de equo vel boue vel cane non pꝛedicatur. At vero animal quod eſt genus: de pluribus ſpeciebus pꝛedicatur: id eſt de homine: ⁊ de equo: ⁊ cane: ⁊ boue: ⁊ de oībꝰ q̄ ſunt ſub ipſis poſita indiuiduis. Genus aūt a pꝛopꝛio pꝛedicationibus abūdat: quod pꝛopꝛiū vnius ſpeciei ſemper eſt de ⁊ ſub eadē indiuiduis. Genꝰ vō de multis ſpeciebus ⁊ pꝛopꝛijs p̄dicatur: ⁊ de ſub eiſdeꝫ indiuiduis. Ab accidentibus vero genus magis de plurimis pꝛedicatur: quod cum vnius cigni inſeparabile foꝛtaſſe accidens ſit albuꝫ: animal non ſolum de cigno pꝛedicatur ſed etiam de albis omnibus ⁊ non albis animalibus. At vero accidēs de ſolis tantum illis quibus inſeparabiliter cōtinetur: vel quibus ſeparabiliter. Nam pꝛincipaliter de indiuiduis dicit̄: Quare ꝯſtat multo de pluribus pꝛedicari genꝰ quā accidentia pꝛedicantur: quod accidētia pꝛincipaliter de indiuidus. Genera vero de indiuiduis ⁊ de ſpeciebus ⁊ de differētijs pꝛedicantur. Sed nūc illas differētias accipiamus quibus genus diuiditur: non quibus ſpecies infoꝛmantur. Hoc aūt eſt. Quoniā duas diximus differentiarum foꝛmas: vt alie ſint diuiſibiles: alie conſtitutiue. Conſtitutiuas illas diximus: que ſub eodē ſtilo poſite ⁊ ſubalternis generibus deſcendentes ſpeciem quandam refoꝛmant atqꝫ efficiunt: vt eſt rationale vel moꝛtale que hominis ſpeciem conſtituunt. Alias vero diuiſibiles: que genus diuidunt non ſpecieꝫ infoꝛmāt: id eſt rationale ⁊ irrationale: moꝛtale ⁊ imoꝛtale. Nunc de illis differentijs iſte tractatus habetur: que genus diuidunt: non que ſpeciem conſtituūt. Naꝫ ille que genꝰ diuidunt: in differentiarum integro loco accipiuntur. Nanqꝫ rationale moꝛtalis genus eſt. Poꝛro moꝛtale hominis genus eſt: ⁊ ille conſtituūt ſpeciem. At vero rationale irrationalis ſpecies non eſt: neqꝫ genus. Nec moꝛtale immoꝛtalis neqꝫ genus neqꝫ ſpecies eſt. Atqꝫ ideo quoniam pꝛopꝛiaꝫ vim differentiarum iſta retinent: que neqꝫ genera neqꝫ ſpecies ſibi inuicem eſſe poſſunt. Ipſas nunc differentias accipiamus: in quibꝰ nulla quantuꝫ ad genus eſt ſpecieiqꝫ cōmunitas. Eſt autem generis differentia. Namqꝫ genus a pꝛopꝛijs differentijs pꝛius eſt. Namqꝫ ſi abſtuleris genus: oēs ſimul differentias abſtuliſti. Nam ſi abſtuleris animal rationale atqꝫ irratioale non remanet. Poꝛro autem ſi



rationale abſtuleris: remanet animal. Sed ſi vtraſqꝫ interimeris differentias. i. rationale vel irrationale: poteſt tamen quoddā intelligi: quod ſit ſubſtantia animata ſenſibilis. i. animal. Ita genus ſublatum omnes ſecū auferet differentias. Sublate differentie genus ſecū non interimunt: quod intelligentia genus remanet id eſt quoniā poteſt animal intelligi pꝛeter differentias vt eius tantū diffinitionem animo capias: ⁊ eſſe dicas ſubſtantiam animatam atqꝫ ſenſibilem. Que autꝫ talia ſunt: vt ipſa interempta interimiant: non ſimul alijs interemptis ipſa interimant̄: pꝛioꝛa ſunt illis que poſſunt interimere. Eſt etiam alia differentia: quod genus ſemper in eo quod quid ſit pꝛedicatur: vt dictum eſt: differentia vero in eo quod quale ſit. Sed hoc frequentius inculcatum eſt: atqꝫ ideo id a nobis pꝛetermittendum eſt. Eſt autem alia differentia: quod ad omnē ſpeciem vnū ſemper genus aptatur. Homo enim vnū tantum genus habet: ut animal appellatur. In vnam autē ſpeciem plurime differentie poterunt cōmodari. Nāqꝫ homo ⁊ rationale eſt: que differentia eſt: ⁊ moꝛtale: que eadem differētia eſt: ⁊ ſenſibile quibus ſcilicet omnibꝰ ab alijs differt. Differt enim his omnibus quod ſenſibilis eſt ab inſenſibilibus: quod rationalis: ab irrationabilibus: quod moꝛtalis ab imoꝛtalibus. Eſt etiaꝫ alia differētia que ſuperius dicta eſt. Nā genꝰ ſpeciei ita eſt ut materies: differentia vō vt figura. Naꝫ ſicut in eris materiē veniens figura ſtatuā efficit: ita animali id eſt generi veniens differentia id eſt rationale vel irrationale facit hominis vel pecudis ſpecieꝫ. Que autem cōmunitates vel pꝛopꝛietates generis fuerāt: hactenus dixit ⁊ foꝛtaſſe erūt etiā alie: que pꝛopter breuitatem ſuperſedende atqꝫ omittende ſunt.

### De cōmunibus generis ⁊ ſpeciei.

n Unc autem de generis vel ſpeciei cōmunitatibus pꝛopꝛietatibuſqꝫ tractatur: ⁊ dicit genus ⁊ ſpecies cōmune habere de pluribꝰ pꝛedicari: ſicut dictū eſt. Nam genus ⁊ de ſpeciebus pluribus pꝛedicatur: ⁊ eaꝝ indiuiduis. Et itē ſpecies de ſub ſe plurimis īdiuiduis appellat̄: ⁊ hic quoqꝫ ille ſpecies accipiuntur: que genera non ſunt. Nam ſi ſubalterne accipiunt̄: non magis ſpecies quā genera videbuntur. Nam que ſubalterne ſpēs ſunt: etiā genera ſunt: ⁊ erit abſurdū ⁊ huic pꝛopoſitioni incōueniens de generum inter ſe differentijs cōmunibuſqꝫ tractare. Accipiuntur igitur ille tantum ſpecies: que vere ſpecies ⁊ magis ſpecies appellantur. Eſt etiam alia eoꝛum communio: quod ſicut genus a ſpecie pꝛimuꝫ eſt: ſic ſpecies ab indiuiduis pꝛime ſunt. Nam ſi genus auferas: ſpecies abſtuliſti. Si ſpecies abſtuleris: genera non peribunt. Poꝛro ſi ſpecies abſtuleris: indiuidua moꝛietur. Si indiuidua interierint: ſpecies manent. Eſt etiā his alia cōmunio: quod queadmodū genus quid ſit tantuꝫ declarat: ſic etiam ſpecies. Nam totum quod eſt rationale atqꝫ irrationale: a genere declaratum eſt. Dicitur eniꝫ quicquid fuerit rationale vel irrationale: id eſſe animal. Sic igitur totum quid ſit a genere declaratū. Poꝛro autē quid ſit tota hominū diuerſitas id eſt indiuiduoꝛum: a ſola ſpecie declaratur: cum dicitur homo. Nam ⁊ ſcyta ⁊ indus ⁊ totum quicquid indiuiduis eſt: vno ſolo hominis id eſt ſpecie nomine continetur.

### De pꝛopꝛijs generis ⁊ ſpeciei.

o Sſtentis igitur generis ſpecieiqꝫ cōmunionibꝰ ad pꝛopꝛietates eoꝛum vel differentias tranſitum facit dicens: differre inter ſe genus ⁊ ſpecies quod genera ſpecies continent: nunquam rurſus genera ab ſpeciebus pꝛopꝛijs continentur. Opoꝛtet autem (vt dictū eſt) in hoc tractatu nō ſubalternas ſed magis ſpecies conſiderari. Genus enim plurimarū ſpecieruꝫ eſt continens: ⁊ vnū omniū: ⁊ totum omnibus ⁊ ſingulis. Quod ſi ita eſt: ⁊ genꝰ a ſuis ſpeciebꝰ ſingulis maius eſt atqꝫ ideo eas dicitur continere: non eſt dubium quin ea ipſa genera que continet ſpecies: ab his ipſis contineri non poſſint. Inſuper omnia genera pꝛeiacent: hoc videtur dicere: quod oīa genera pꝛiꝰ ſint ab his ſpeciebꝰ: que ſub ipſis poſite continentur. Nam ſicuti materies pꝛima eſt ab illa re: que veniens in materiā foꝛmam conſtituerit atqꝫ figurauerit: ſic etiam pꝛius eſt genus ab illa ſpecie: quā veniens differentia foꝛmabit atqꝫ conſtituet. Niſi enim in generibus differentia venerit: ſpecies nunqꝫ conſtituentur. Quare pꝛeiacent id eſt pꝛeſunt: ⁊ antiquioꝛa ſunt genera ſpeciebus ſuis. Atqꝫ ideo ſi genera interimantur: ſpecies quoqꝫ peribunt. Naꝫ ſi animal ſuſtuleris: hominem pecudeqꝫ ſuſtuliſti. Si vero ſpecies interimantur: non continuo genus interibit. Nam ſi homo interierit: animal continuo non interemptū eſt: alia enim remanebit ſpecies: de qua ipſum animal id eſt genus pꝛedicetur. Atqꝫ ideo genera ab ſpeciebus ſuis pꝛioꝛa dicuntur: ⁊ quod omnia genera vniuoce de ſpeciebus pꝛedicentur: ſpecies ipſe de generibus nunqꝫ. Hoc (ut arbitroꝛ) in heſterna lucubratione iā dictū eſt. Nā genera ſemꝑ de ſpeciebꝰ vniuoce p̄dicant̄. Homo enim ⁊ homo eſt ⁊ animal. Poꝛro autē animal genus eſt hominis: ⁊ p̄dicatur animal de hoīe. Quoniam ergo animal de homine pꝛedicatur: ⁊ dicitur homo animal: ⁊ aīal ⁊ homo: vno animalis nomine nuncupantur. Scḋ̄ his ipſis diffinitio vna conuenit. Eſt enim animal ſubſtantia animata ſenſibilis: quod non abſurdū eſt in homine dici. Nam ſi homo animal dicatur: non erit abſurdū dici de homine ſubſtantia animata ſenſibilis. Igitur genus de ſpeciebus ſuis vniuoce pꝛedicatur: quod eodem nomine: ⁊ eadem diffinitione conuenit. At vero ſpecies non modo vniuoce non pꝛedicantur de generibus ſuis: ſed nec omnino pꝛedicantur. Nulla enim res minoꝛ de maioꝛe poterit pꝛedicari. Atqꝫ ideo quoniam ſpecies minoꝛes ſunt ſuis generibus: neqꝫ vniuoce neqꝫ aliquo modo poterunt appellari.

**Amplius omnia genera abundant complexione ſub ſe poſitarum ſpecierum: ipſe ſpecies abundant generum ſuoꝛū pꝛopꝛijs differentijs.**

¶ Quod dicit perinde eſt: ac ſi diceret. Omne quod genus eſt: plures ſub ſe ſpecies cōtinet: multas ſub ſe ſpecies habet. Omnis quidem ſpecies plures in ſe differentias habet. Genus enim id eſt animal in hoc homine ſpecie ſuperabundat ⁊ ſupereſt: quod homo ſolū homo eſt. Animal vero non ſolum homo: ſed etiam bos vel auis vel alia huiuſmodi. Species vero in eo ſuperant genera ſua: quod eas differentias quas ſpecies in actu habent: eas genera nō habēt. Nā ſicut ſuperiꝰ dictū eſt: genera differentias illas quas habent ſub ſe ſpecies poſite: poteſtate cōtinent. Non etiam re. Atqꝫ ideo ſpecies que eſt homo: vel alia ſpecies: ſicut eſt equus: a genere ſuo animali in hoc abundant ⁊ ſuperſunt: quod animal ipſum pꝛo ſe neqꝫ rationale: neqꝫ irrationale eſt. At vero homo vel equus hoc rationale. Illud vero rationis expers. Illud etiā quod ſpecies nūqꝫ magis ge-

nus fiet: rurſus ⁊ genus nunq̃ magis ſpecies fit: ⁊ vt ſciren⁹ hic non de ſubalternis ſpeciebus: ſ; de illis magis ſpeciebus ſpecialiſſimiſq; tractari. Quid ait. Quod ea que ſunt genera magis ſpecies fieri nunq̃ poſſunt neq; magis ſpecies aliquando fieri magis genus. Nã ſpecies nunq̃ genus eſt. Quicquid enim fuerit ſpecies genus nõ erit: neq; quicquid fuerit genus ſpecies erit. Quare cõſtat in his eũ tractatibus de ſpeciebus ſolis. non etiam de ſubalternis diſſerere. Subalterne enim poſſunt eſſe etiam ⁊ genera. Magis ſpecies non (vt ipſe ait) nunq̃ genera eſſe poſſunt. Sed poſtq̃ de generũ ſpecierũq; cõmunitatib⁹ differentijſq; tractatus ẽ habitus: ad genera proprijaq; tranſgreſſus eſt ſermo.

De cõmunibus generis ⁊ proprij.

g Eneris ⁊ proprij cõmune hoc ẽ adherere ſpeciebus ⁊ amplectari

Dicit genera ⁊ propria in hoc ſibi eſſe cõſimilia: quod omne genus a ſuis ſpecieb⁹ nunq̃ recedit. Eodẽ modo ⁊ propria. Nam ſi dixeris homo: cũ ipſo homine cõtinuo animal nominaſti. qd̃ ipſius hominis: id eſt ſpeciei genus eſt. At vero etiam ſi hominẽ dixeris: eius etiã propriũ continuo cum homine nominaſti. Omnis enim homo riſibilis eſt. Ita ſemper genus ⁊ propria ſuis ſpeciebus inſerta: ⁊ quodammodo conglutinata ſunt. Similiter ⁊ gen⁹ predicatur de ſpeciebus: ⁊ propriũ de his que ſui participantia ſunt: ⁊ equaliter inquit omnes ſpecies eidem generi ſupponuntur: ⁊ ade as gen⁹ illud appellatur. Sic propria ad ea predicant: que ſui participari poſſunt. Nãq; eq̃liter gen⁹ de hoĩe dicit: ⁊ equo: ⁊ boue: ⁊ ceteris animantibus: quẽadmodum ⁊ riſibile. i. propriũ de hoĩe ſiue dicitur: ⁊ cicerone: ⁊ de ſingulis indiuiduis que ſub eadem ſpecie continentur: ad quam ſpeciem proprium i. riſibile poterit predicari. Namq; genus de ſuis ſpeciebus (vt dictũ eſt) vniuoce predicatur. Ita ⁊ propriũ de ea ſpecie cuius eſt propriũ vniuoce predicatur. Nãq; ⁊ homo eſt ⁊ riſibile. Porro autẽ ſi quis dicat hominẽ eſſe animal rationale ⁊ mortale: ⁊ dixerit riſibile eſſe animal rationale ⁊ mortale: non errabit. Equaliter igitur ⁊ genus de ſpeciebus ſuis: ⁊ propria de ea ſpecie cuius ſunt propria vniuoce predicantur.

De proprijs generis ⁊ proprij.

d Iffert autẽ vtrũq; quod genus primũ ⁊ ſecũdũ eſt ꝓpriũ. Genus enim ſi ab ſpecie primũ eſt: ꝓpriũ autẽ vni tñ ſpeciei adheret: ⁊ eidẽ equale eſt: non eſt dubiũ quin genus quod ſpecie maius ſit: in ꝓprio etiam ſpeciei maius ſit. Nanq; vt ſit riſibile: animal prius eſt. Nanq; ut aliqua ſpecies informetur ꝓprijs ⁊ differentijs: primo erit genus: vbi illa conueniant: ſicut frequentius inculcatum eſt. Accedit etiam quod genus de pluribus ſpecieb⁹ predicatur. Nãq; genus id eſt animal de pluribus: at vero propriũ. i. riſibile de ſola tantum hominis ſpecie predicat. Unde fit: ut ſemper ꝓpria de ſpeciebus ſuis conuerſim predicari poſſint: ſpecies autẽ de genere nũq̃. Neq; enim quod animal eſt: homo eſt: neq; omne quod animal ẽ: riſibile eſt. Poteſt enim eſſe ⁊ equus ⁊ hinnibile: id quod animal nominatur. Porro autẽ omne quod eſt homo: id riſibile eſt: ⁊ omne quod riſibile eſt: id homo eſt. Poſſunt aũt propria ⁊ ſpecies ſibiipſa conuerti: ⁊ cõuerſim ad ſe inuicem predicari. Preterea omni ſpeciei quicquid fuerit ꝓpriũ: ⁊ omni ⁊ ſoli eſt. Nanq; riſibile ⁊ omnibus hominibus eſt: ⁊ ſolius hominis ſpeciei euenit. At vero animal quod genus eſt: ⁊ ſi vni ſpeciei ineſt: non tamen ſoli. Nanq; animal omni homini ineſt: non ſoli tamẽ homini: quia ineſt etiã pecudi: ⁊ ceteris animantibus.

Oportet autẽ hic illa ꝓpria intelligere: que magis propria ſunt: id eſt que integre ꝓpria nominant: que ſunt huiuſmodi: ut ⁊ vni ſpeciei ⁊ omnibus inſunt. Differũt ergo ĩ hoc quoq; genera ⁊ ꝓpria: qd̃ ꝓpria ⁊ vni ſpeciei ⁊ omnibus indiuiduis in eadẽ ſpecie ſunt. Genera vero omnib⁹ quidem indiuiduis in eadẽ ſpecie ſunt ſub eodem genere. Non tamẽ vni ſoli ſpeciei: quonia; genus ſemꝑ de plurib⁹ predicatur. Unde fit: ut ſublata propria non auferant genus. Sublatis vero generibus ipſa quoq; propria auferantur. Nam ſi ſuſtuleris riſibile proprium: remanet hinnibile: remanet natatile. Si vero genus ſuſtuleris: ſimul quoq; ſpecies ſuſtuliſti. Si ſpecies ſuſtuleris: propria etiam que ſunt ſpeciebus ſimul interibunt. Itaq; ſi ſublatis generib⁹ propria ſuſtuleris: ſublatis proprijs: ſimul genera non auferuntur.

De cõmunibus generis ⁊ accidentis.

p Eractis igitur generũ propriorumq; differentijs: ad generu; accidentiũq; cõmunitates vel proprietates tranſitum fecit: ⁊ vnam eorũ predicat cõmunitatem que eſt: quod de pluribus predicãtur. Nanq; ſicut genus de pluribus ſpeciebus predicatur: ita etia; accidens ſeparabile vel inſeparabile de pluribus ſpeciebus predicatur. Dicitur enim ⁊ de coruo ⁊ de homine ethiope nigrũ: ⁊ de equo ⁊ homine moueri: quod illud eſt inſeparabile accidens: illud vero ſeparabile. Et quoniam longius a ſe diſtant: idcirco vnam eorũ ſolam cõmunionẽ dixit: ⁊ alias ſi que forte eſſent: querere ſuperſedit.

Quid inter genus ⁊ accidens ſit.

d Iffert autem genus ab accidẽti: qd̃ genus ante ſpecies eſt. Accidentia vero ſpeciebus inferiora ſunt.

¶ Semper genera ſuper ſpecies: ⁊ his preiacere ⁊ eſſe maiora ſuperius demonſtratũ eſt. Nãq; prius eſt animal ab homine: atq; ideo conſumptum animal: ſpecies quoq; conſumit. Conſumpte ſpecies: non interimunt genera. At vero accidens poſtea neceſſe eſt ut ſit: quam ſunt ipſe ſpecies. Erit enim prius aliquid: cui poſſit accidere. Omne enim accidens preter illud cui accidit eſſe nõ poteſt. Atq; ideo prius erit aliqua res vbi accidat: quam eſt ipſum accidens. Neceſſe eſt igitur ut omne accidens poſt ſpecies inueniatur: ⁊ magis poſt indiuidua quibus principaliter poſſit accidere. Huc accedit quod generis participantia equaliter participant: ſicut omne genus ſpeciebus ſuis equaliter genus eſt: ut ſepius dictum eſt: ⁊ ſpecies omnes equaliter ſuo genere participant. Nanq; equus ⁊ homo equaliter animalia ſunt: neq; equus homine plus: neq; homo plus equo. At vero accidentia non equaliter participant. Nam cu; ſeparabile accidens ſit moueri: poſſunt alie inter ſe ſpecies eidem accidenti eodem modo. Eſt enim ut aliquis nigrioribus oculis ſit: ⁊ alius quãuis nigris tamen purpureis: atq; ideo ⁊ intentionem ⁊ remiſſionem recipit accidens. Nam ⁊ candidus quod dicitur: ⁊ maius ⁊ minus dicitur ⁊ alia huiuſmodi. Quare diſtant hec duo: quod genere que participant: equaliter participant: accidentia fortaſſe non equaliter. Huc accidit quod genera non modo ante indiuidua: ſed ante ſpecies ſunt. Accidentia vero non modo poſt ſpecies: ſed etiam poſt indiuidua ſunt. Ipſi enim principaliter accidunt: vt dictum eſt. Eſt etiam differentia: que iam ſuperius dicta eſt. nam genus in eo quod quid ſit predicatur. Accidẽs võ in eo quod quale ſit: aut quomodo ſe habeat. nã ſi qd ſit ſocrates interroges: homo atq; animal reſpondet. ſi vero qualis ſit: fortaſſe caluus: aut ſimus: que accidẽtia ſunt inſeparabilia. Sin vero quomõ ſe habeat: aut iacet reſpondetur: aut ſedet aut quid aliud faciens contigerit. Ergo quoniam ad ſpeciem generis ⁊ differentia; ad proprium ⁊ accidens diuiſa ſubſtantia eſt. Nunc vero poſteriora perſequitur. Sunt autem omnes differentie viginti. Nam cum quinq; res ſint: ⁊ vnaqueq; ipſarum ab alijs quatuor diſtet: ⁊ item quatuor differentias habeat: quinquies quaterni viginti differentie efficiuntur. nã ſi genus differt ab ſpecie: proprio: differentia: accidenti: quatuor differentie ſiũt. Sin vero ſpecies differt a genere: proprio: differentia: accidenti: item alie quatuor. Que iuncte cũ ſuperioribus. viij. ſiunt. Et ſi differentia diſtat ab ſpecie: proprio: genere: accidenti: alie quatuor ſupercreſcunt. Que iuncte cum viij. prioribus. xij. faciunt. At vero ſi propriũ differt a genere: ſpecie: differentia: ⁊ accidenti: alijs quatuor differentijs ſuper duodecim poſitis: omnes. xvi. differentie ſiunt. Quod ſi accidentis quoq; differentias ad quatuor reliqua dixeris: quatuor ſuper. xvi creſcentibus: xx. omnes differentie perficiunt. Quarũ ita. xx. ſunt vt ad ſufficientẽ doctrine cumulũ. x. tantũ differẽtie numerantur. nam quod dictũ eſt genus differre a differentia ſpecie: proprio: ⁊ accidenti: quatuor fuere differẽtie. Si aute; differentiã dicamus: differentia: ſpecie: proprio: ⁊ accidenti: ſuperuacuũ eſt differentie cũ genere differentiam cõmemorare: cũ iam prius cõmemorauerim⁹ quãdo generis ad differentiã differẽtiã dixim⁹. hiſde; eni; (vt opinor) differt differentia a genere: quibus differebat gen⁹ a differentia. Ita relinquenda eſt hec differẽtia: qua diſtat differentia a genere: quoniã ſuperius ia; dicta eſt cu; diceretur quod genus diſtaret a differẽtia. Remanent igitur tres differentie: quibus ipſa differẽtia ab ſpecie: proprio: accidenti diſtat: ⁊ cum ſuperiores generis ad alia quatuor differentie fuerint: nunc vero differẽtie ad alia tres diſtantie videãtur: ſeptẽ he diſtãtie ſiunt. At vero ſpecies quid a genere diſtet iam tunc dictũ eſt: cum dicebatur qd̃ genus diſtet a ſpecie. Quid autẽ differentia diſcreparet: tunc demonſtratũ eſt: cũ diceremus in quo differentia a ſpecie diſcerneretur. Remanent igitur due differentie ſpeciei. i. a proprio ⁊ accidenti differentie: que iuncte cũ ſuperioribus. vij. viiij differentias efficiunt. Reſtat igitur vna proprij ⁊ accidentis differentia: que dicatur. nã qd a genere diſtet dictum eſt: cum quid genus diſtaret a proprio diceretur. Porro quid a ſpecie diſtaret dudũ dicebatur: cũ qd ſpecies a proprio differret enumerabatur. Porro autẽ qd a differentia: etiã id dictũ eſt: cũ a proprio differẽtia ſepararetur. Sed nunc quẽadmodũ differentia a ſpecie: proprio accidentiq; diſcernatur: videamus.

De cõmunib⁹ differentie ⁊ ſpeciei.

e St cõmunio differẽtie ⁊ ſpeciei qd̃ equaliter ſpecies ſub ſe indiuidua eſſe pmittit: ⁊ equaliter indiuidua ſpeciei ipſa participãt. nãq; omnes homines equaliter homines ſunt: ⁊ hominiſ partipatione eque participant: eodẽmodo etiã differentia. namq; oẽs homines equaliter rationales ſunt: ⁊ rationabilitatem que eſt differentia: omnes qui ratione participant eque participant. Eſt etiã alia communitas: qd̃ quemadmodum ſpecies nunq̃ dederit ea quoꝝ ſpecies eſt ⁊ quibus ſupereſt: ſic ⁊ differẽtia nũq̃ ea deſerit que diſtare ab alijs facit. namq; ſocrates quoniã ſub ſpecie hominis eſt: nũq; ab hoĩs ſpecie deſerit. Semper enim ſocrates homo eſt. At vero differẽtia ſocratem: quĩa ſocrates rationalis eſt: nũq̃ deſerit. Semper eni; ſocrates rationale animal eſt.

De proprijs differentie ⁊ ſpeciei.

d Ifferunt autem inter ſe ſpecies ⁊ differentia: quod differentia ſemper in eo quod quale ſit predicatur. Nam quale animal ſit: vt rationale reſpondeatur. Nam dicitur quid ſit ſocrates: vt homo reſpondeatur. Nanq; hominis qualitas rationale eſt: ſ; nõ ſimpliciter. Illa eni; qualitas pro differentia accipitur: que veniens in genere ſpeciem conſtituit: ⁊ de qualitate ſubſtantiali facta eſt ſubſtantialis ⁊ ſpecifica differentia. Iſta igitur talis qualitas differentia nominat: ⁊ ea in eo quod quale ſit ad hominẽ predicatur. hoc etiam eſt in coꝝ differentijs. Namq; differentia in plurib⁹ ſpeciebus cõſideratur. Differentia enim quadrupes in bouis: ⁊ in equi: ⁊ ĩ canis ſpecie eſt. ⁊ differentia rationalis hominis ⁊ dei. Species vero nũq̃ alijs niſi ſolis ſub ſe poſitis indiuiduis preeſt. Nunq̃ enim alia res homo eſt: niſi quod eſt indiuiduũ: vt ſocrates: ⁊ plato: ⁊ cicero. Unde fit vt ſublata differẽtia: ſpecies quoq; tollatur. Nam ſi ſuſtuleris rationale: hominẽ ſuſtuleris. Sin vero ſuſtuleris ſpeciẽ: differentia manet. Nã ſi ſuſtuleris homine;: rationalis dei differentia remanebit. Eſt vero etiã hec differẽtia quod differentia cũ alia differentia iungi poteſt: vt aliqua ex his ſpecies informet Nãq; rationalis differentia ⁊ mortalis differẽtia hominis iuncte vnius ſpeciẽ reddiderũt. Iũcte vero ſpecies: nunq̃ aliquã ex ſe ſpeciẽ conſtituent. Si eni; iungas hominẽ boui: nulla ex his ſpẽs informabit. Sed fortaſſe dicat aliquis aſini atq; equi cõiunctione mul⁹ naſcitur. ſed nõ ita eſt. Namq; indiuidui coniunctiõe natũ eſt aliqd indiuiduũ. Si autẽ ſic ſimpliciter ſpecie; ipſam aſini atq; equi coniungas: nulla ex his vnq̃ ſpecies cõſtituitur. Neq; enim ſic ſe poſſunt indiuidua cõmiſcere: idcirco ẽt ſpecies indiuiduorũ in alterutrã ſubſtantiã tranſeunt: atq; ideo conſtat iũctas ſpecies vna; ſpeciẽ non poſſe cõponere: cũ differentie iuncte vni⁹ ſpeciei conſtitutiue ſint: hiſq; tranſactis ad differentie ⁊ proprij cõmunia cõponamus.

De cõibus differentie ⁊ proprij.

d Ifferentia ⁊ propriũ cõmune habent: quod quibus differentia eſt ⁊ a quibus ipſa differentia participatur: equaliter participatur. nam rationalis differentia quoniã ineſt hominibus: ⁊ omnes homines rationabili differẽtia participant: non eſt dubiũ quia omnes homines equaliter ſint rationales: atq; eq̃liter rationabilitate participent. At vero propriũ quod riſibile ẽ equaliter omnibus hominibus eſt: omnes enim homines equaliter riſibiles ſunt. Eſt etiam hec coꝛũ; cõmunitas: quod ſicut poteſtate riſibile dicitur: etiã ſi non rideat: ita etiam poteſtate bipes dicitur: etiam ſi quis vno pede minuatur: nõ eni quod eſt dicitur: ſed quod eſſe poſſit. nam quoniam ille ridere poteſt: riſibilis nominatur: quod ille duos pedeſ habere poſſit bipes. Atq; ideo nunq̃ ab illis in quib⁹ ſederint: propriũ differẽtiaq; diſcedũt. Semper enim homo riſibilis eſt: etiã ſi nõ rideat. Semper bipes: etiã ſi vno pede minuatur. In his enim differentijs ⁊ proprijs (vt dictum eſt) quod poteſtate eſſe poſſit: non qd̃ vere ſit conſideratur.

De proprijs eorũdem.

d Ifferunt autẽ inter ſe quod differentia de pluribus ſpeciebus predicatur: ꝓpriũ vero de vna Nanq; differentia que eſt mortalis predicatur de homine: ⁊ de boue: ⁊ equo: ⁊ ceteris animãtibus. ⁊ rationale p̃dicatur ⁊ de deo: ⁊ de homine. At vero riſibile de ſola tãtũ ſpecie hoĩs predicatur. Unde euenit: ut omnis differentia quoniam plurimarum continens eſt ſpecierum: a ſuis ſpeciebus maior ſit. Atq; ideo ipſa de ſpeciebus predicari poteſt. Porro autem de ipſa ſpecies predicari non poſſunt: neq; conuerſim dici poteſt. Nam quoniam homo dicitur rationalis non contradicitur qd̃ rõnale eſt: id hõ eſt. Põt enim eſſe etiam non homo ſed deus. At vero propriũ: quoniam equaliter ⁊ ad vnã ſpeciẽ ſemꝑ aptatur: equa vice atq; appel

latione conuertitur. Quib⁹ pertractis ad differentiam ⁊ accidens tranſgreſſa diſputatio eſt.

De cōmunibus differentię ⁊ accidentis.

Jfferentia ⁊ accidens cōmune habent de pluribus pꝛędicari. Nāqȝ differentia dr̄ ⁊ de homine ⁊ de deo: quoniā vtriqȝ rationales ſunt. Et accidens dr̄ de homine ⁊ de ęquo: ut homo ęthiops niger: ⁊ equ⁹ niger. Eſt etiā alia cōmunio qd̄ inſeparabile accidēs cuicūqȝ ſpēi fuerit inſepabiliter ⁊ oib⁹ ineſt ut differentia. Nanqȝ inſeparabile eſt accidēs quod eſt nigrum: coꝛuo inſeparabiliter accidit: ⁊ omnibus coꝛuis. Eodē modo etiam differentia. Nam quoniā accidit hominibus ut bipes ſit: ſemper ⁊ omnibus hominib⁹ eſt eſſe bipes.

De pꝛopꝛijs eoꝛundem.

Jfferunt autē inter ſe: quod omnis differentia ſpecies cōtinet. Non contra ipſa a ſpecieb⁹ continetur. Nam ſi differentia plures ſub ſe ſpecies habet: ut dictū eſt: maioꝛ erit ſub ſe poſitis ſpeciebus Si maioꝛ erit: nūqȝ eam quęlibet ſpecies cōtinet. Maioꝛ enim a minoꝛi nunqȝ continetur. Nam quod eſt rationale: continet hominē ⁊ deū. Homo vero rationale non cōtinet. Accidentia vero aliquotiens continent: aliquotiens continentur. Nāqȝ continent: quoniā frequēter vnū accidens duas ſub ſe ſpecies habet: ut nigrū habet ęthiopē: habet coꝛuū. Continentur vō quoniā ſpecies vna habet duo vel tria vel quālibet plurima accidentia. Si quis enim glaucus vel criſpus vel candid⁹ vel pꝛocerus: hęc omnia accidentia ille vnius cui acceſſerunt complectitur ⁊ cōtinet. Atqȝ ideo ſpecies illa quę illud indiuiduū continet: qd̄ indiuiduū plura in ſe accidentia ſuſcepit: accidentis illius complexiuum eſt. Dehinc differentia nūqȝ intenditur: neqȝ relaxatur. Quod dicit hoc eſt rationale in vnaquaqȝ ſpecie: neqȝ pl⁹ neqȝ minus eſt. Nullus enim homo: alio homine ad ſubſtātiā plus rationalis eſt neqȝ minus. At vero accidens ⁊ intēditur ⁊ relaxatur. Dr̄ enim quicūqȝ pꝛocerioꝛ: dicitur quicūqȝ velocioꝛ: dicit̄ quicūqȝ criſpioꝛ: quę omnia accidentia eſſe non dubiū eſt. Pꝛęte. ea īmixtę ſemper ſunt contrarię differentię. Immixtę ait. i. imiſcibiles: q̄ miſceri non poſſunt. Neqȝ enim rationale cū irrationali miſceri poteſt: neqȝ in vna ſpecie cōuenire. At vō contraria accidentia manifeſtū eſt in vna ſpecie poſſe ꝯgruere. Poteſt enim quicūqȝ homo cum ipſe ſit candidus: nigros tamē capillos habere. Ergo quemadmodū ſpecies differat a genere vel differentia: dictū eſt: cū de generis ad ſpeciē: vel differētię ad ſpeciē diſtantia diceretur⁹.

De cōmunibus ſpeciei ⁊ pꝛopꝛij.

Unc dicemus id quod reliquū eſt de ſpeciei pꝛopꝛijſqȝ cōmunibus. Et eſt vna eoꝝ cōmunio: quod de ſeipſa inuicē pꝛędicant̄. Nam quoniā ęqua ſibi ſunt: neqȝ ſpecies hominis alij pꝛopꝛio cōuenit: niſi riſibili: neqȝ riſibile alij ꝯuenit ſpeciei niſi homini: atqȝ ideo dicitur quid ē homo? quod riſibile? Quid riſibile? Quod homo? Cōmune eſt etiā illud: qd̄ omne pꝛopꝛiū ęqualiter ad ſub ſe poſita pꝛędicat̄. Nanqȝ oēs homines ęqualiter riſibiles ſunt: ⁊ ſpecies ęqualiter ad ſub ſe poſita pꝛędicatur. Nanqȝ oēs homines indiuidui ęqualiter vno nomine homines nūcupantur.

De pꝛopꝛijs eoꝛundē.

Jfferunt a ſe: quoniā ſpecies poteſt etiā genus alteri eſſe: pꝛopꝛiū eſſe nō poteſt. Sed hic illā ſpeciē intelligamus: quę ſubalterna eſt: nō illā quę magis ſpecies eſt: ⁊ genus eſſe nunqȝ poteſt. Atqȝ ideo nos illā modo ſolā: quę ſubalterna ſpecies eſt intelligamus: quę ſcilicet poterit eſſe ⁊ genus. Nāqȝ moꝛtale rōnalis generiſ ſpecies eſt: hominis gen⁹ eſt. At vō riſibile de nulla vnqȝ ſpecie alia poterit pꝛędicari: neqȝ enim alia eſſe pꝛopꝛiū: ſicut eſt hominis: Jlla enim ſemper (ut dictum eſt) pꝛopꝛia ſunt quę nulli alij niſi ad vnam ſpeciem ſemper aptantur. Deinde ſpecies pꝛęcedit: ⁊ ſic pꝛopꝛiū ſequitur. Quod dicit tale eſt omnis ſpēs ut habeat pꝛopꝛiū: pꝛimo eam eſſe ⁊ conſtare neceſſe eſt. Opoꝛtet enim pꝛius hominē eſſe ut ſit riſibilis: nō pꝛius eſſe riſibile ut ſit homo. Naȝ quoniā pꝛopꝛiū dr̄: per ſe pꝛopꝛiū nō conſtat: niſi alicui⁹ ſpeciei ſit. Atqȝ ideo pꝰus eſſe neceſſe eſt illud cui⁹ eſt ꝑpꝛiū quā ſit ꝑpꝛiū Huc accidit quod ſpecies ſemper in opere intelligitur cuiuſcūqȝ ſubiecti. Species eni ſemper in actu eſt: non ſolū pꝛopꝛia poteſtate. Homo eniȝ reuera ⁊ opere ⁊ actu homo eſt. i. nunqȝ poterit eſſe non homo. At vero riſibile quod eſt pꝛopꝛiū poteſtate tantū dicitur: etiā ſi actu non ſit. Poteſt enim quilibet ille non ridere: tamē quia ridere poteſt: riſibile nominatur. Diſtant igitur in hoc: quod ſemper ſpēs in actu eſt ⁊ in opere: pꝛopꝛiuȝ vero aliquotiens poteſtate: deinde, quoꝛū diffinitiones diuerſę ſunt: neceſſario etiā ipſa quoqȝ diuerſa ſunt. Ois diffinitio ſubſtantiā diffinit. Ergo ſi qua eiuſdem ſubſtantię fuerint: eadem etiam diffinitione monſtrantur. Si qua eiuſdē diffinitionis fuerint: eadem ſubſtantia pꝛędicantur. At vero ſi qua diffinitionibus differant: differunt etiam ſubſtantijs. Quę ſubſtantijs differūt longe a ſeipſis alia ſunt. Nunc igitur quoniā diffinitiones pꝛopꝛij ⁊ ſpeciei differunt: ſpēs ipſa quoqȝ ⁊ ꝑpꝛiū a ſe differunt. Eſt autē ſpeciei diffinitio ſub genere eſſe ⁊ ad plurima numero differētia in eo quod quid ſit pꝛędicari. At vero ꝑpꝛij vni tantū ineſſe ſpeciei: ⁊ ſub ipſa de omnibus indiuiduis pꝛędicari. Sed quoniā ⁊ diffinitiones differunt: ipſa quoqȝ ſpēs a pꝛopꝛio diſtabit.

De cōmunibus ſpeciei ⁊ accidentis.

Oſt hęc ad cōmunitates ſpeciei ⁊ accidentis diſputationē trāſtulit: ⁊ dicit eoꝝ raras eſſe alias cōmunitates: niſi has ſolas quod de pluribus pꝛędicantur. Longe eniȝ a ſe diſtare videntur: in ſubſtātia ſui ⁊ in poteſtate patiendi atqȝ faciendi id quod alicui rei accidit: ⁊ id cui accidit. Nāqȝ illud cui accidit: q̄ſi quoddā accidentis fundamentū eſt. Jllud vō quod accidit pꝛęter id cui accidit: eſſe in ſui ſubſtantia nō poteſt.

De pꝛopꝛijs eoꝛum.

Ropꝛia vero ſingulorū ſunt hęc: quod ſpecies in eo quod quid ſit pꝛędicatur: accidēs vō in eo qd̄ quale ſit ⁊ quodāmodo ſe habens. Nā ſi qs dicat: quid ſocrates eſt? homo dr̄. Si quis dicat qualis ſit? caluus, vel ſimus appellatur. Si qs vō quō ſe habens: ſedens aut iacens appellabitur. Item in hoc differunt quod vnaquęqȝ ſubſtantia vnam ſpeciē habet. Nanqȝ hominis ſubſtātia vnā ſolam hominis ſpeciē habet. Subſtantia vō equi vnam ſolius equi ſpeciē habet. At vero vna ſubſtantia plura frequenter accidētia continebit. Nam ⁊ in eodem equo quędam pars frequēter nigra: quędam alba eſt. Et eſt in eo pꝛoceritas: eſt altitudo: ē aquilinū caput: ⁊ alia huiuſmodi. Habet etiā non ſolum inſeparabile accidens eadē ſubſtantia: ſed etiam ſeparabile. Nam foꝛtaſſe quidam velox eſt: ⁊ idem etiā coꝛpoꝛe validus eſt: idem etiam ſagittatoꝛ et cętera. Huc accedit quod ſpecies pꝛęnoſcuntur. i. pꝛęintelligūt̄: hoc eſt ante eē ꝑnoſcunt̄ quā accidētia. Et pꝛi⁹ erit aliq̄ res vbi accidat quā illa q̄ accidat: ideoqȝ an̄ ſpecies intelligitur eſſe quā accidens. Accidentia vero poſtea ſunt a foꝛis veniētia ⁊ extranea: a qualibet illa ſubſtantia etiam ſi inſeparabilia ſunt. Hęc quoqȝ eſt eoꝛuȝ ſeparatio: quod ſemper omnia quę participant ſpeciē: ęqualiter participant. Equaliter enim ⁊ ſocrates ⁊ cicero ⁊ plato homines ſunt. At vero illa quę participant accidenti: etiam ſi inſeparabile accidens ſit: tamen non ęqualiter participant. Nam quāuis inſeparabile ſit accidens ęthiopes nigros eſſe: tamen eſt aliquis inter ipſos nigrioꝛ: nec omnes illa nigredine ęqualiter participant.



De Cōmunibus ꝑpꝛij ⁊ accidentis.

Elinquit̄ igitur de cōmunibus ꝑpꝛij accidentiſqȝ tractare. Nam pꝛopꝛiū quid diſtaret vel a ſpecie vel a genere vel a differentia: ſuperi⁹ demonſtratū eſt. Pꝛopꝛiū aūt ⁊ inſeparabile accidens cōmune habent: quod ſine his nūqȝ conſiſtunt: ea quę eoꝝ participant: ⁊ in quib⁹ ipſa cōſiderantur. Naȝ neqȝ hō amittit riſibile eſſe: nec ęthiops: aut coꝛuuſ nigrū. Atqȝ ideo ſine his ipſis. i. ꝑpꝛijs ⁊ accidentibus: quę eoꝛum participant: cōſtare nō poſſunt. Ne foꝛte cōtra ſuperiorē diffinitionē accidentis venire videatur iſta cōmunio Eſt eniȝ ita diffinitū. Accidens eſt quod infertur ⁊ aufertur ſine ei⁹ in quo eſt interitu. Quod nūc dici videt̄ ſine his conſtare nō poſſe: cū ſuperius ſine eoꝝ interitu poſſe diceretur auferri. Sed hoc modo dicitur: nō quod ſi auferatur hoc accidens inſeparabile: intereat illud cui accidit: ſed quoniā ſeparari nō poteſt: idcirco ſine his cōſtare non poſſit. Eſt etiā inſeparabilis accidentis ⁊ pꝛopꝛij alia cōmunio: quod ſicut ⁊ omni ⁊ ſemper ineſt pꝛopꝛiū: cui ineſt. i. homini (ſemꝑ eniȝ ⁊ omnis homo riſibilis eſt) Sic etiā quodlibet accidens inſeparabile: ⁊ ſemper ⁊ omni eſt accidēs inſeparabile. Nāqȝ ⁊ omnis coꝛuus: ⁊ ſemper niger eſt. Sola autem inſeparabilibus accidentibus illa communio eſt: quod quemadmodū de multis indiuiduis pꝛopꝛiū pꝛędicatur: ita etiam accidens de multis indiuiduis poteſt pꝛędicari. Plures etiā currunt: plures etiā ambulant: quę ſcilicet accidētia ſeparabilia ſunt: quēadmodū plures poſſunt eſſe riſibiles.

De Pꝛopꝛijs eoꝛum.

Jfferunt autē iſta: quod pꝛopꝛiuȝ ſemper vni ſpeciei ineſt: accidens vō ⁊ pluribus. Nā accidens pluribus ſpeciebus ⁊ animatis ⁊ inanimatis euenit: ut eſt ebeno nigrū: coꝛuo nigrum. homini ęthiopi nigrū. Riſibile vō nulli: niſi ſoli homini. Atqȝ ideo conuerſim ꝑpꝛiū pꝛędicatur: quia vnius ſpeciei cōtinens eſt: ⁊ illi ſpeciei ſoli ęqualis eſt. At vō accidēs cōuerſim pꝛędicari non poteſt: quia plures ſub ſe ſpēs habet. Nō eni poteſt dicere id eſſe nigrū qd̄ ebenū: aut dicas hoc eē ebenū qd̄ nigrū. Poteſt eniȝ eē nigrū ⁊ nō eē ebenū. Deinde oē ꝑpꝛiuȝ ęqualiter ſe his reb⁹ quę ſub ſe fuerit dat: ⁊ ab his ęqualiter participatur. Socrates eni ⁊ cicero ⁊ virgilius ęqualiter ⁊ riſibili participant: ⁊ ęqualiter riſibiles ſunt. At vō accidens nō ſemꝑ ęqualiter eſt accidens. Poteſt enim quicūqȝ eſſe pꝛocerioꝛ: ⁊ alius eſſe velocioꝛ. Quod ſcilicet illud ſeparabile eſt accidens: illud inſeparabile. Et foꝛtaſſe alię eoꝝ quędā pꝛopꝛietates vel cōmuniones eſſe videātur. Sed nūc quātū introductioni ſat eſt: iſta ſufficiant. Sed iam tibi mi Fabi omnia quęcūqȝ ad introductionē poꝛphyrij pertinent: plenius vberiuſqȝ tractata ſunt. Poſt vō ſiquid vnquā me egueris: ſtudijs pꝛęſertim tuis: quę nulla vnquā honeſtate caruerunt: libēs animo hoꝛtatoꝛqȝ ad eaſdē cupiditates parebo. Hic fabi⁹. Tu inquit paterno hęc mihi animo polliceris. verū ego nunqȝ deficiaȝ ab hijs ſtudijs ⁊ pꝛęſertim docente: a quo totā foꝛtaſſe logicę ariſtotelis: ſi vita ſuppetit capiam diſciplinam. Et ego faciā inquā libentiſſime. Sed quoniā iam matutinus (vt ait petronius) ſol teſtis arriſit: ſurgamus ⁊ ſiqd eſt: illud diligētioꝛe poſtea cōſideratione tractabit̄

Finis.

# Anicij Manilij Seuerini Boetij viri clariſſimi traductio Iſagogarū Porphyrij Phenicis: ⁊ in traductionē cōmētariū.

Ecundus hic arreptę expoſitionis labor noſtrę ſeriem tranſlationis expediet: in qua quidē vereor ne ſubierim fidi interpretis culpam: cum verbum verbo expreſſum comparatūq; reddiderim. Cuius incepti ratio eſt: q in his ſcriptis in quibus rerū cognitio queritur: non luculentę orationis lepos: ſed incorrupta veritas exprimenda eſt. Quo circa multum profeciſſe videor: ſi philoſophię libris latina oratione compoſitis per integerrimę tranſlationis ſynceritatem nihil in grecorum litteris amplius deſideretur. Et quoniā humanis animis excellētiſſimū bonū philoſophię comparatū eſt: vt vię ex filo quodam procedat ratio: ex animę ipſius efficiētijs ordiendum eſt. ¶ Triplex animę omnino vis in vegetandis corporibus deprehēditur. Quarū vna quidem vitam corpori ſolū subminiſtrat: vt naſcendo creſcat: alendoq; ſubſiſtat. Alia vero ſentiendi iudiciū prebet. Tertia vi mentis ⁊ ratione ſubnixa eſt. Quarū quidem primę id officiū eſt: vt creandis nutriendiſq; corporibus preſto ſit. Nullū vero rationis preſtet ſenſus ve iudicium: hęc autē eſt herbarum atq; arborū: ⁊ quicquid terrę radicibus affixum tenetur. Secūda vero compoſita atq; coniuncta eſt: ⁊ primam ſibi ſumens ⁊ in parte cōſtituens variū: de quibus capere poteſt: ac multiforme iudiciū capit. Omne enī animal quod viget ſenſu: nutritur idē ⁊ naſcitur ⁊ alitur. Senſus vero diuerſi ſunt: ⁊ vſq; ad qnariū numerū tendunt. Ita quicquid alitur tātū non etiam ſentit: quod vero ſentire poteſt: ei prima quoq; animę vis naſcēdi. ſ. atq; nutriendi probatur eſſe ſubiecta. Quib⁹ vero aialibus ſenſus adeſt: nō tm̄ eas rerū capiūt formas: quib⁹ ſenſibili corpore feriūtur pſente: ſed abſente quoq; ſenſibilibuſq; ſenſu ſepoſitis aīs cognitarū ſenſus formarū imagines tenēt: memoriāq; cōſciunt: ⁊ prout quodq; aīal valet: lōgius breuiuſq; cuſtodit. Sed has imaginatiōes cōfuſas atq; inēuidētes ſumunt: ſic ut nihil ex earū cōiunctiōe ac cōpoſitiōe efficere poſſint. Atq; idcirco meminiſſe quidē poſſunt nec ęque omnia. Amiſſam vero obliuione memoriam recolligere ac reuocare nō poſſunt. Futuri vero his nulla cognitio eſt. Sed animę vis tertia quę ſecum vires alendi ac ſentiendi trahit: hiſq; velut famulis atq; obedientibus vtitur: eadem tota in ratione eſt conſtituta: eaq; vel in rerum preſentiū firmiſſima contemplatiōe vel in abſentiū intelligentia: vel in ignotarum inquiſitione atq; inuentione verſatur: hęc tm̄ humano generi preſto eſt: q nō ſolum ſenſus imagineſq; perfectas ⁊ nō inconditas capit: ſed ⁊ pleno actu intelligentię qd̄ imaginatio ſuggeſſit: explicat atq; confirmat. Itaq; vt dictum eſt: huic diuinę naturę nō ea tantū in cognitione ſufficiunt: quę ſubiecta ſenſibus comprehendit: verū etiam imaginatione concepta: ⁊ in ſenſibilibus ⁊ abſentibus rebus nomina indere poteſt: ⁊ quod intelligētię ratione comprehendit: vocabulorū quoq; poſitionibus aperit: illud quoq; ei naturę propriū eſt: ut per ea quę ſibi nota ſunt ignota veſtiget: ⁊ non ſolū vnūquodq; an ſit: ſed quid ſit etiā: ⁊ quale ſit: necnon cur ſit oportet agnoſcere. Quā triplicis animę vim ſola hominū (vt dictū eſt) natura ſortita eſt. Cui⁹ animę vis intelligentię motibus non caret: quia in his quattuor proprię vim rationis exercet. Aut enī aliquid an ſit inquirit: aut ſi eſſe cōſtiterit: quid ſit id dubitat. Qd̄ ſi etiā vtriuſq; ſcientiā ratione poſſidet: quale ſit vnūquodq; veſtigat: atq; in eo cetera accidentiū momenta pquirit: quibus cognitis cur ita ſit queritur: ⁊ rōne nihilomin⁹ veſtigat: cū; igit hic act⁹ ſit humani animi vt ſemp aut in preſentiū rerum comprehenſione: aut in abſentiū intelligentia: aut in ignotarū inquiſitione atq; inuentione verſetur. Duo ſunt in quibus omnē operam vis animę ratiocinantis impendit. Unū quidem vt rerū naturas certa inquiſitionis ratione cognoſcat. Alterū vero ut ad ſcientiā prius veniat q poſt grauitas moralis exerceat: quibus inquirendis permulta eſſe neceſſe eſt: quę veſtigantem animū a recti itineris non minimū progreſſione deducant: ut in multis euenit epicuro qui ex atomis mundū conſtare putabat: ⁊ honeſtum corporis voluptate metiebatur. Hęc autem idcirco huic atq; alijs accidiſſe manifeſtum eſt: quoniā per imperitiā diſputandi quicquid ratiocinatione comprehenderant: hęc in res quoq; ipſas euenire arbitrabantur: hic vero magnus error eſt: neq; enim ſeſe res ut ī numeris ita etiam in ratiocinationibus habet. In numeris enī quicquid in digitis recte computantis euenerit: id ſine dubio in res quoq; ipſas neceſſe eſt euenire: ut ſi ex calculo centum eſſe contigerit: centū quoq; res illi numero ſubiectas eſſe neceſſe eſt: hoc vero nō ęque in diſputatione ſeruatur: neq; enim quicquid ſermonū decurſio inuenerit: id in natura quoq; affixum tenetur. Quare neceſſe erat eos falli: qui abiecta ſcientia diſputandi de rerū natura perquirerēt. Niſi enī prius ad ſcientiā venerit: quę ratiocinatio veram teneat diſputandi ſemitam: quę veriſimilem ⁊ agnouerit quę fida: quę poſſit eſſe ſuſpecta: rerum incorrupta veritas ex ratiocinatione nō poteſt inueniri. Cū igitur veteres ſępe multis lapſi erroribus falſa quędam ⁊ ſibi contraria in diſputatione colligerent: atq; id fieri impoſſibile videret: ut de eadem re contraria concluſione facta vtraq; eſſent vera: quę ſibi diſſentiens ratiocinatio cōcluſiſſet: cuius ratiocinatione credi oporteret eſſet ambiguū: viſum eſt prius diſputationis ipſius veram atq; integrā conſiderare naturam: qua cognita illud quoq; per diſputationē inueniretur: ⁊ an verū comprehenſū eſſet: poſſet intelligi. Hinc igitur perfecta eſt logicę peritia diſciplinę: quę diſputādi modos atq; ipſas ratiocinatione internoſcēdi vias parat: ut q̄ ratiocinatio nūc quidē falſa nūc aūt vera ſit: q̄ vero ſemp falſa: q̄ nunq̄ falſa poſſit agnoſci. Hui⁹ aūt vis duplex eſſe perpendit. vna qdē in inueniēdo: altera in iudicādo: qd̄ Marcus Tullius in eo libro cui topica titul⁹ eſt: euidēter expreſſit dicēs. Cū oīs ratio diligēs diſſerēdi duas habeat ptes: vnā inueniendi: alterā iudicādi: vtriuſq; princeps (ut mihi videtur quidē) Ariſtoteles fuit. Stoici autē in altera elaborauerunt. Iudicandi enim vias diligenter perſecuti ſunt eam ſcientiā quā dialecticen appellāt: inueniendi vero artē quę topice dicitur: quęq; ad vſū potior erat: ⁊ ordine naturę certe prior: totam reliquerunt. ¶ Nos autem quoniā in vtraq; ſūma vtilitas eſt: et vtrāq; ſi erit ociū perſequi cogitamus: ab ea quę prior eſt: ordiemur. Cū igitur tātus hui⁹ cōſiderationis fructus ſit: danda eſt huic tam ſolertiſſimę diſciplinę tota mentis intentio: ut primis firmatis in diſputādi veritate veſtigijs: facile ad rerum ipſarum certā comprehenſionem venire poſſimus. Et quoniam quid ſit ortus logicę diſciplinę prędiximus: eſſe reliquū videtur adiungere: an omnino pars quędā ſit philoſophię: an (vt quibuſdam placet) ſuppellex atq; inſtrumentū: per quod philoſophia cognitionē rerum naturāq; deprehendat. Cuius quidē rei has econtrario video eſſe ſententias. ¶ Hi enim qui partē philoſophię putant logicam conſiderationē: his fere argumentis vtuntur dicētes: philoſophiam indubitanter habere partes: ſpeculatiuam: atq; actiuam. De hac tertia rationali. i. logica queritur an ſit in parte ponenda: ſed eam quoq; partem eſſe philoſophię nō poteſt dubitari. ¶ Nam ſicut de naturalibus ceteriſq; ſub ſpeculatiua poſitis ſolius

philoſophię veſtigatio eſt: itemq; de moralibus ac de reliquis quę ſub actiuam partē cadunt ſola philoſophia perpendit: ita quoq; de hac parte tractat. i. de his quę logicę ſubiecta ſūt ſola philoſophia iudicat. Quod ſi ſpeculatiua atq; actiua idcirco philoſophię ptes ſūt quia de his philoſophia ſola pertractat: propter eādem cauſam erit logica philoſophię pars: quoniam philoſophię ſoli hęc diſputandi materia ſubiecta eſt. ¶ Ita vo inquiunt cū in his tribus philoſophia verſetur. Cūq; actiuam ⁊ ſpeculatiuam conſiderationem ſubiecta diſcernant: ꝙ illa de rerum naturis: hęc de moribus querit: dubiū non eſt quin logica diſciplina a naturali atq; morali ſuę materię proprietate diſtincta ſit. Etenim logicę tractatus eſt de propoſitionibus atq; ſyllogiſmis ⁊ cęteris huiuſmodi: quod neque ea quę non de ratiōe ſed de rebus ſpeculatur. Neq; actiua pars quę de moribus inuigilat: eque preſtare poteſt. Quod ſi in his tribus idē ſpeculatiua actiua atq; rationali philoſophia conſiſtit: quę proprio tripliciq; a ſe fine diſiuncta ſunt Cūq; ſpeculatiua ⁊ actiua philoſophię partes eſſe videntur: non dubium eſt quin rationalis quoq; philoſophię pars eſſe conuincatur. Qui vero non partem ſed philoſophię inſtrumentum putant: hęc fere aſſerūt argumenta. ¶ Non eſſe inquiunt ſimilem logicę finem ſpeculatiuę atq; actiuę partis extremo. vtraq; enim illarū ad ſuū propriū terminū ſpectat: vt ſpeculatiua qdē rerum cognitionem. Actiua vero mores atq; inſtituta perficiat. Neq; altera refert ad alterā logicę vero finis non poteſt eſſe abſolutus: ſed quodammodo cū reliqs duabus partibus colligatus atq; cōſtrictus eſt. Quid enim eſt in logica diſciplina: qđ ſuo merito debeat optari niſi ꝙ propter inueſtigationem rerum huius effectio artis inuenta eſt. Scire enim quemadmodū argumentatio concludatur vel quę vera ſit quę veriſimilis: ad hęc. ſ. tendit: vt vel ad cognitionem rerū referatur hęc rationum ſcientia: vel ad inuenienda ea quę in exercitium moralitatis adducta beatitudinem pariunt. Atq; ideo quoniā ſpeculatiuę atq; actiuę ſuus certuſq; finis eſt. Logicę autem ad duas reliquas partes refertur extremum: manifeſtum eſt non eam eſſe philoſophię partem ſed potius inſtrumentum. Sunt vero plura quę ex alterutra parte dicantur: quorū nos ea quę dicta ſūt ſtrictim notaſſe ſufficiat. Hanc litem vero tali ratione diſcernimus. Nihil quippe dicimus impedire vt eadē logica partis vice ſimul inſtrumentiq; fungatur officio Quoniam enim ipſa ſuū retinet finem: iſq; finis a ſola philoſophia cōſideratur. Pars quidē philoſophię eſſe ponenda eſt: quoniam vero finis ille logicę quem ſola ſpeculatur philoſophia: ad alias eius partes ſuā operam pollicetur: inſtrumentum eſſe philoſophię non negamus. Eſt autē finis logicę inuentio iudiciumq; rationū. quod quidem. ſ. non eſſe mirum videbitur: qđ eadem pars: ⁊ eadem quoddam ponitur inſtrumentū Si ad partes corporis animum reducamus quibus ⁊ ſit aliquid: vt his quaſi quibuſdam inſtrumentis vtamur: ⁊ in toto tamen corpore partium optinent locum Manus enim ad tractandum: oculi ad videndum: cęteręq; corporis partes proprium quoddam videntur habere officium. Qđ tamen ſi ad totius vtilitatē corporis referantur: inſtrumenta quedā corporis eſſe deprehenduntur: quę etiā partes eſſe nullus abnuerit. Itaq; logica diſciplina pars quędā philoſophię eſt: quoniam eius philoſophia ſola magiſtra eſt. Supellex vero eſt: ꝙ per eā inq̄ſita philoſophię veritas veſtigatur. Sed quoniā quātū mihi quidē breuitas ſuccincta largita eſt: oratū logicę ⁊ quid ipſa logica eſſet explicaui. Nunc de eo libro nobis pauca dicenda ſunt: quē in preſens ſumpſimus exponendū. Titulo enim proponit Porphirius introductionē ſe in Ariſtotelis pdicamēta cōſcribere. Quid vero valeat hęc introductio vel ad quid lectoris animū pareat: breuiter explicabo. Ariſtoteles enim qui de decē predicamentis inſcribitur librū hac intētione cōpoſuit vt infinitas rerū diuerſitates quę ſub ſcientiā cadere nō poſſūt paucitate generū comprehenderet: atq; id quod per incomprehenſibilē multitudinē ſub diſciplinā venire nō poterat: per generū (vt dictū eſt) paucitatē animo fieret ſcientięq; ſubiectum. Decē igitur genera rerū eſſe omnium cōſiderauit Ariſtoteles. i. vnā ſubſtantiā ⁊ accidentia nouē: quę ſunt qualitas: quantitas: relatio vbi: quando: facere: ⁊ pati: ſitus: habere. quā quę genera eſſent ſuprema ⁊ quib⁹ nullū aliud ſuperponi poſſet genus. Omnē neceſſe eſt multitudinē rerū per horū decē generū ſpecies inueniri. Quę quidē genera omnibus a ſe differentijs diſtributa ſunt. Nec quicquā vident habere cōmune: niſi tantū nomē: quā omnia eſſe predicant. Quippe ſubſtantia eſt: qualitas eſt: quātitas eſt: ⁊ de alijs omnibus eſt: verbū cōmuniter predicatur: ſed non eſt eorū cōmunis vna ſubſtantia vel natura: ſed tm̄ nomen. Itaq; decem genera ab Ariſtotele reperta omnibus a ſe differentijs diſtributa ſūt. Sed quę aliquibus differentijs diſiunguntur: neceſſe eſt vt habeatur propriū quiddā: qđ ea ī ſingularē ſolitariāq; vēdicet formā. Non ē aūt idem propriū qđ accidens. Accidentia enim ⁊ venire ⁊ abeſſe poſſūt: ꝓpria vero ita ſūt inſita: vt abſq; his quorū propria ſunt eē nō poſſūt quę cum ita ſint: cumq; Ariſtoteles decē rerū genera reperiſſet: q̄ vel intelligendo mens caperet: vel loquendo diſputator efficeret (qcquid enī intellectu capimus: id ad alterū ſermone vulgamus) Euenit vt ad horū decē ꝑdicamentorū intelligentiā quinq; harū rerū tractatus incurreret. ſ. generis: ſpeciei: differentię: proprij: accidētis. Generis quidē quoniā oportet ante prędiſcere qd ſit genus: vt decem illa quę Ariſtoteles cęteris prępoſuit rebus: genera eſſe poſſemus agnoſcere. Speciei vo cognitio plurimū valet: vt q̄ cuiuſq; generis ſit ſpecies poſſit agnoſci. Si enim quid ſit ſpecies ignoramus: nihil īpedit errore turbari: fieri enī poteſt vt ꝑ ſpeciei inſcientiā ſępe quantitatis ſpecies in relatione ponam⁹ ⁊ cuiuſlibet primi generis ſpecies alteri cuilibet generi ſubdamus: atq; ita fiet permixta rerū atq; indiſcreta cōfuſio. qđ ne accidat quę ſit natura ſpeciei ante noſcendū eſt. Nec vero in hoc tm̄ prodeſt ſpeciei cognoſcenda natura: ne priorū generū ſpecies inuicē ꝑmutemus. Verūetiam vt in eodem quolibet genere proximas ſpecies generum nouerimus eligere: vt ne ſubſtantię mox animal dicamus eſſe ſpeciem potius q̄ corpus: aut corporis hominem potius q̄ animatū corpus. At vero differentiarū ſcientia in his maximum retinet locū. Quomodo enī omnino qualitatem a ſubſtantia vel cętera a ſe genera diſtare cognoſcimus niſi eorū differentias viderimus. Quomodo autem diſcernere eorū differentiā poſſumus: ſi quid ipſa ſit differentia neſciamus. Nec hunc ſolum nobis in ſcientia differentię effundit errorē verūetiam ſpecierū quicquid tollit omne iudiciū. Nā omnes ſpecies differentię informant. Ignorata differētia ſpecies quoq; neceſſe eſt ignorari. Quomodo vero fieri poteſt: vt quālibet differentiā poſſimus agnoſcere ſi omnino q̄ ſit nominis huius ſignificatio neſciamus Iā vero ꝓprij tantus vſus eſt: vt Ariſtoteles quoq; ſingulorum predicamentorū propria perquiſierit: quę ꝓpria eſſe quis deprehenderit: anteq̄ qd omnino ſit proprium diſcat. Nec in his tantum hęc cognitio proprijs valet quę ſingulis nominibus efferuntur: vt in hominis riſibile: verum etiā in his quę adhibentur in locum diffinitionis. Omnia enim propria quę adhibentur ad diffinitionem ſubſtantialem: rem ſubiectam quodā termino deſcriptionis includunt. qđ ſuo quoq; loco opportunius commemorabo. Accidentis quoq; cognitio quantum afferat: quis dubitare queat: cum videat inter decē predicamenta nouē accidentis naturas



Quę quomodo accidentia eſſe putabimus: ſi omnino quid ſit accidens ignoramus. Cum preſertim nec differentiarum nec proprij ſcientia cognita ſit: niſi accidentis naturam firmiſſima conſideratione teneamus. fieri enim poteſt vt differentię loco vel proprij per inſcientiam accidens apponatur: quod eſſe vicioſum etiā diffinitiones probant: quę cum ipſę ex differentijs cōſtēt. Et ſiant vniuſcuiuſq; proprię: accidens tamen non videntur admittere. cum igitur Ariſtoteles rerum genera collegiſſet quę numerū diuerſarū ſub ſe ſpecierū continerent: quę ſpecies nunquā diuerſę forent: niſi differētijs ſegregarentur. Cumq; omnia in ſubſtantiam atq; accidens: accidens vero in alia predicamenta ſoluiſſet. Cumq; aliquorum predicamentorum ſit propria perſecutus: de his ipſis quidem predicamentis docuit. Quid vero eſſet genus: ⁊ quid ſpecies: quid differentia quid illud accidens: de quo nunc dicendum eſt: vel qd proprium velut nota preterijt. Ne igitur ad predicamēta Ariſtotelis venientes: qd ſignificaret vnūquoq; eorum: quę ſuperius dicta ſunt: ignorarent hunc librū Porphyrius de earum quinq; rerum cognitione perſcripſit: quo perſpecto ⁊ conſiderato quid vnunquodq; eorum quę ſupra poſuit: deſignaret: facilior intellectus ea quę ab Ariſtotele ꝓponerentur addiſceret. Hęc quidem intētio eſt huius libri quē Porphyri⁹ ad introductionē ꝑdicamentorū ſe conſcripſiſſe ipſa (vt dictū eſt) tituli inſcriptiōe ſignauit. Sed licet ad hoc vnū hui⁹ libri referat intētio: nō tm̄ ſimplex eſt ei⁹ intētio: ſed multiplex: ⁊ in maxima quoq; diffuſa eſt: quam idem Porphirius in principio huius libri cōmmoret dicēs.

**Cū ſit neceſſariū chryſaori ⁊ ad eā quę eſt apđ Ariſtotelē predicamentorū doctrinā: noſſe quid ſit genus: quid differentia: quid ſpecies: quid proprium: ⁊ quid accidens: ⁊ ad diffinitionum aſſignationē: ⁊ omnino ad ea quę in diuiſione vel in demonſtratione ſunt: vtili iſtarum rerum ſpeculatiōe cōpendioſam tibi traditionem faciens tentabo breuiter: velut introductionis modo: ea quę ab antiquis dicta ſunt aggredi: altioribus quidem queſtiōibus abſtinens: ſimpliciores vero mediocriter coniectans.**

¶ Vtilitas huius libri quadrifariā ſpargit: nanq; ad illud etiam ad quod eius libri dirigitur intētio: magno vſui legentibus eſt: ⁊ ad cetera quę cū extra intētōē ſint non tamen minor ex his legentibus vtilitas comparatur. Eſt enī per hoc opuſculū ⁊ predicamētorū facilis cognitio: ⁊ diffinitionū integra aſſignatio: ⁊ diuiſionū recta perſpectio: ⁊ demonſtrationū veraciſſima cōcluſio. Quę res quanto difficiles atq; arduę ſunt: tāto perſpicatiorē ſtudioſiorēq; animū lectoris expectāt. Dicēdū vero eſt qđ in omnibus libris euenit. Nā primum ſi quę ſit intentio cognoſcatur: q̄ſita quoq; vtilitas inde ꝓuenire poſſit: expedit. ⁊ licet extra multa (vt ſit) huiuſmodi librū ſequātur: tamen illam permaxime vtilitatē videtur habere: ad quid eius refertur intentio vt in hoc ipſo libro quem ſumpſimus exponendum: cū eius intētio ſit ad predicamenta intellectum facilē cōparandi: nō dubium eſt quin hęc eius pricipalis probetur vtilitas licet non minores ſint comites diffinitio: diuiſio: ac demonſtratio. Quorum nobis principia ſuggeruntur q̄dam: ſenſus vero totus huiuſmodi eſt: cum ſit inquit vtilis generis: ſpeciei: differentię: proprij: accidentiſq; cognitio ad predicamenta Ariſtotelis: eiuſq; doctrinā ad diffinitionum etiam aſſignationē: ⁊ ad demonſtrationē: ⁊ ad diuiſionem: quia ſit earum rerū vtilis vberrimaq; cognitio: compēdioſā inquit traditionē faciēs ea quę ab antiquis large ac diffuſe dicta ſunt: temptabo breuiter aperire. Neq; enim eſſet compendioſa: niſi totum opus breuitate conſtringeret. Et quoniā introductionem ſcribebat: altiores inquit queſtiones ſponte refugiam: ſimpliciores vero mediocriter cōiectabo. i. ſimpliciorū queſtionū obſcuritatem habita in eis quadam cōiectura ratiocinatione tractabo. Tota quidē ſententia huiuſcemodi prohemij talis eſt: quę ⁊ vtilitate vberrima ⁊ facilitate incipientis aīo blandiatur. Sed dicēdū videt quid nā celet amplius altitudo ſermonū neceſſariū ī latino ſermōe ſicut in grēco αναγκαιον plura ſignificat. Diuerſa enim ſignificatione Marcus Tulius dicit neceſſariū ſuū eſſe aliquē atq; noſtrum. Item neceſſariū dicimus vt cum neceſſariū eſſe nobis dicimus ad forum deſcendere: qua in voce quędā vtilitas ſignificatur. Alia quoq; ſignificatio eſt qua dicim⁹ ſolem neceſſariū eſſe moueri. i. neceſſe eſſe. ⁊ illa quidē prima ſignificatio pretermittenda eſt. Omnino enī ab eo neceſſario: quod hic Porphyrius ponit aliena eſt. Hę vero duę huiuſmodi ſunt: vt inter ſe certare videātur: quę huius loci optineat ſignificationem: in quo dicit Porphyrius. Cum ſit neceſſariū chryſaori: nanq; (vt dictum eſt) neceſſariū ⁊ vtilitatē ſignificat ⁊ neceſſitatem. Videntur autē huic loco vtraq; cōgruere. Nā ⁊ ſūme vtile eſt ad ea quę ſuperius dicta ſunt: de genere ⁊ ſpecie ⁊ cęteris diſputare: ⁊ ſūma eſt neceſſitas: quia niſi ſint hęc ante precognita: illa ad quę iſta preparantur: non poſſunt cognoſci quę predicamenta dicuntur. Nam neq; preter cognitionem generis ⁊ ſpeciei predicamenta diſcuntur. Nec diffinitio genus relinquit ⁊ differentiā. ⁊ in cęteris quā ſit vtilis iſte tractat⁹ cū de diuiſione ⁊ demonſtratiōe diſputabit apparebit. Sed q̄q̄ neceſſe erit hęc quinq; de quib⁹ hic diſputandū eſt prius ad cognitionem venire: quam ea quibus illa ꝑparantur non tamen ea ſignificatiōe hic a Porphirio poſitum eſt: qua neceſſitatem ſignificare vellet: ac non potius vtilitatem. ipſa enim oratio contextuſq; ſermonū id clariſſima intelligentię ratione ſignificant. Neq; enī quiſquam ita vtimur ratione: vt aliquam neceſſitatem referri dicat ad aliud. Neceſſitas enim per ſe quidem eſt vtilitas vero ſemper ad id quod vtile eſt: refertur: vt hic quoq;. Ait enim cū ſit neceſſariū chryſaori: ⁊ ad eā quę eſt apud Ariſtotelem predicamentorū doctrinā. Si hic igitur neceſſarium vtile intelligamus: ⁊ id nomine ipſo vertamus dicētes: cū ſit vtile chryſaori ⁊ ad eam quę eſt apud Ariſtotelem: predicamentorū doctrinam: noſſe quid ſit genus ⁊ cetera rectę intelligentię ſermonum ordo conuenit. Sin vero id ad neceſſe permutetur: vt dicamus: cum ſit neceſſarium chryſaori ⁊ cetera: rectę intelligentię ſermonum ordo nō cōuenit. Quocirca hic diucius īmorandū nō eſt. Quāq̄ enī ſit ſūma neceſſitas his ignoratis nō poſſe ad ea: ad q̄ hic tractatus intendit ꝑueniri: nō tm̄ de neceſſitate hoc dictū eſt neceſſariū: ſed potius de vtilitate. Nō vero licet idem ſuperius dictū ſit: tm̄ breuiter ꝙ ad ꝑdicamenta generis ſpeciei: differētię: proprij: atq; accidētis proſit cognitio diſputemus. Ariſtoteles enī in ꝑdicamentis decē genera conſtituit rerū: quę de cunctis alijs prędicarent vt quicquid ad ſignificationem venire poſſet: id ſi integram ſignificationem teneret: cuilibet eorum ſubiceret generi. De quib⁹ ariſtoteles tractat in eo libro: qui de decem predicamentis inſcribitur. hoc ipſum vero referri ad aliquid velut ad genus: tale eſt: quale eſt ſi quis ſpeciem ſupponat generi. Hoc vero neq; preter cognitionē generis ⁊ ſpeciei vllo modo fieri poteſt: nec vero ipſę ſpecies quid ſint: vel cuius magis ſint: poſſumus agnoſcere. Niſi eorū differentię cognoſcantur. Sed differentiarū natura incognita: quę vniuſcuiuſq; ſpeciei ſint differentię: modis omnibus ignorabitur. Quare ſciendum eſt quoniam ſi de generibus Ariſtoteles tractat in predicamentis: generum natura cognoſcenda eſt

ceſſus cognitionem ſpeciei quoq; comitatur agnitio.
Sed hoc cognito: quid ſit differentia: non poteſt igno-
rari: quoniam eodem libro plura ſunt: ad que niſi maxi-
mam peritiam ⁊ generis ⁊ ſpeciei ⁊ differentie lector
attulerit: nullus omnino intellectus patebit: vt cum ip
ſe Ariſtoteles dicat. Diuerſorum generum ⁊ non ſub
alternatim poſitorum diuerſe: ſunt ſpecie differentie quod
his ignoratis intelligi impoſſibile eſt: ſed idem Ariſto.
proprium vniuſcuiuſq; predicamenti diligentiſſima
inquiſitione veſtigat: vt cum ſubſtantie proprium poſt mul
ta dicit eſſe: quod idem numero contrariorum ſuſceptibile
ſit: vel rurſus quantitatis: quod in ea ſola equum atq; in
equale dicatur: qualitatis etiam: quod per eam ſimile atq;
diſſimile aliud aliis eſſe proponimus: ⁊ in ceteris eodem
modo: vt que ſit contrarii proprietas: que ſcilicet relationis
oppoſitionis: ⁊ que priuationis ⁊ habitus: que affirma
tionis ⁊ negationis: in quibus ita tractat tanquam iam
peritis ſcientibuſq;: que ſit proprietatis natura: quam ſi
quis ignorat: fruſtra ea que de his diſputantur aggre-
ditur. Jam vero illud manifeſtum eſt: quod accidens maxi
mum predicamentorum obtineat locum: quod proprio
nomine nouem predicamenta circundat: ⁊ ad predicamenta q
dem quanta ſit huius libri intentio: ex his manifeſtum
eſt. Quid vero ait: ⁊ ad aſſignationem diffinitionum faci
le cognoſci poteſt: ſi prius ſubſtantie rationum diuiſio
fiat. ſubſtantie ratio alia quidem in deſcriptione poni
tur. Alia vero in diffinitione. ſed ea que eſt in deſcriptio-
ne: proprietatem quandam colligit eius rei: cuius ſub
ſtantie rationem prodit: ac non modo proprietate id quod
demonſtrat: informat: verum etiam ipſa fit proprium:
quod in diffinitionem quoq; venire neceſſe eſt. Si quis enim
quantitatis rationem reddere velit: vt dicat licebit: quan
titas eſt ſecundum quam equale atq; inequale dicitur. ¶ Si
cut igitur proprietatem quidem quantitatis in ratione po-
ſuit quantitatis: ⁊ ipſa tota ratio ipſius quantitatis pro-
pria eſt: ita deſcriptio ⁊ proprietates colligit ⁊ ipſa pro-
pria fit deſcriptio. Diffinitio vero ipſa quidem proprias
non colligit: ſed ipſa quidem fit propria diffinitio. Nam
qui ſubſtantiam monſtrat: genus differentiis iungit:
⁊ ea que per ſe ſunt communia atq; multorum in vnum
redigens vni ſpeciei quam diffinit reddit equalia. Ita
igitur ad deſcriptionem vtilis eſt proprii cognitio: quo-
niam proprietas ſola in deſcriptione colligitur: ⁊ ipſa fit
propria: ſicut diffinitio quoq; ad diffinitionem vero ge-
nus: quod primum ponitur: ⁊ ſpecies ad quam genus illud
aptatur: ⁊ differentie quibus iunctis cum genere ſpe-
cies diffinitur: ſed ſi cui hec preſſior quam expoſitionis
modus expoſtulat: videbitur: hoc eum ſcire conuenit
nos (ut in prima editione dictum eſt) hanc expoſitio-
nem noſtro reſeruaſſe iudicio: vt ad intelligentiam ſim-
plicem huius libri editio prima ſufficiat. Ad interio-
rem vero ſpeculationem confirmatis pene iam ſcientia
nec in ſingulis vocabulis rerum herentibus: hec poſte-
rior editio collocatur. ¶ Ad diuiſionem vero faciendam
ram hic liber Iſagogarum vtilis eſt: ut preter earum ſcien-
tiam rerum: de quibus in hac libri ſerie diſputatur: caſu fi-
at potius quam ratione partitio. Hoc autem manifeſtum erit: ſi diui
ſionem ipſam diuidamus: id eſt ſi nomen ipſum diuiſio
nis in ea que ſignificat partiamur. Eſt namq; diuiſio
generis in ſpecies: vt cum dicimus: coloris aliud eſt
album: aliud nigrum: aliud vero medium. Rurſus di
uiſio eſt quotiens vox plura ſignificans aperitur: ⁊ quod
multa ſunt que ab ea voce ſignantur: oſtenditur: vt ſi quis
dicat nomen canis plura ſignificat: ⁊ hunc latrabilem
quadrupedemq;: ⁊ celeſte ſydus: ⁊ marinam beſtiam:
que omnia a ſe diffinitione diſiuncta ſunt. Diuidi autem
dicitur: quotiens totum in partes proprias ſeperatur:
vt cum dicimus: domus aliud ſunt fundamenta: aliud
parietes: aliud tectum. Et hec quidem triplex diuiſio
ſecundum ſe partitio nuncupatur. Eſt autem alia que ſecundum

accidens dicitur: ea quoq; fit tripliciter: aut cum accidens
in ſubiecta diuidimus: ut cum dico: bonorum alia ſunt
in anima: alia in corpore: alia extrinſecus: vel rurſus
ſubiectum in accidentia: ut corporum alia ſunt alba: alia
ſunt nigra: alia medii coloris. Et rurſus cum accidentia
ſeperamus: ut cum dicimus: liquentia alia alba: alia ni
gra: alia medii coloris. Et rurſus alborum alia ſunt du
ra: alia liquentia: quedam mollia. cum igitur ita omnis
fiat diuiſio: aut ſecundum ſe: aut per accidens: vtraq; vero
partitio tripliciter fiat: cumq; in ſuperiore ſecundum ſe tripli-
ci partitione ſit vna diuiſionis forma: genus in ſpeci-
es ſeperare. Id neq; preter generis ſcientiam fieri vllo
modo poteſt. Neq; vero preter ſcientiam differentiarum
quas neceſſe eſt in ſpecierum diuiſione ſumi. Maniſe-
ſtum eſt igitur quanta vtilitas huius libri ad hanc diuiſionem
ſit: que primo aditu genus ac ſpecies ⁊ differentias tra-
ctat. Secunda vero ea diuiſio que eſt ſecundum vocis ſigni-
ficantias: nec hec quidem ab huius libri vtilitate diſcreta eſt.
Uno enim modo cognoſci poterit: vtrum vox cuius diuiſionem fa
cere querimus: equiuoca eſſe videatur an genus: ſi ea que ſignificat
diffiniantur: ⁊ ſi ea que ſub communione ſunt: vna diffinitione
cludantur: ſpecies eſſe neceſſe eſt ⁊ illud commune earum
genus. Quod ſi illa que propoſita vox deſignat: non poſ
ſunt vna diffinitione concludi: nemo dubitat: quin
illa vox ſit equiuoca: neq; etiam ita ſit communis his de
quibus predicatur vt genus: quandoquidem ea que ſub
ſe poſita ſignificat: ſecundum commune nomen non poſſunt
vna diffinitione comprehendi. Si igitur ex diffinitione
manifeſtum ſit quod genus ſit: quid vero nomen equiuocum:
diffinitio vero per genera differentiaſq; diſcurrit: quiſq;
ne dubitare poteſt eque in hac diuiſionis forma pluri
mum huius libri auctoritatem valere. Illa vero ſecundum
ſe diuiſio que eſt totius in partes quemadmodum diſ-
cernitur: ac non potius generis in ſpecies diuiſio eſſe putabitur:
niſi ſint genus ⁊ ſpecies ⁊ differentie earum: quamuis
ante ratione diſcipline tractata. Cur enim non quiſq; dicat co-
mus ſpecies potius eſſe: quam partes fundamenta: parietes
⁊ tectum. Sed cum occurrerit generis nomen in vnaquaq;
ſpecie totum poſſe congruere: totius vero in vnaquaq; parte
ſua nomen conuenire non poſſe: manifeſtum ſit aliam di
uiſionem eſſe generis in ſpecies: aliam totius in partes
Conuenire autem nomen generis ſingulis ſpeciebus oſten
ditur per id quod homo ⁊ eque ſingula animalia nuncu-
pantur. Neq; tectum vero neq; parietes aut funda-
menta ſingulatim domus nomine appellari ſolent: Sed
cum fuerint iuncte partes: tunc recte totius nomen exci-
piunt. De ea vero diuiſione que ſecundum accidens fit
nullus ignorat: quia incognito accidenti incognitaq;
vi generis ac differentiarum facile euenire poſſit: vt ac-
cidens ita in ſubiecto ſoluatur quaſi genera in ſpecies:
⁊ poſtremo omnem hunc ordinem partitionis fediſſime per
miſcebit in ſcientia. Et quoniam quod ad diuiſionem hic liber
proſit oſtendimus: nunc de demonſtratione dicemus:
ne per ardua atq; difficilia hereat: qui in tanta diſciplina
vigilantiſſimo ingenio ⁊ ſollertiſſimo labore ſudauerit.
ſit enim demonſtratio: id eſt alicuius queſite rei certa ra
tionis collectio ex ante cognitis naturaliter ⁊ ex conue-
nientibus ex primis ex cauſa ex neceſſariis ⁊ per ſe inhe
rentibus. Sed genera ſpeciebus propria propriis priora
ſunt naturaliter. Ex generibus enim ſpecies fluunt. Item
ſpecies ſub ſe poſitis vel ſpeciebus vel indiuiduis priores
naturaliter eſſe manifeſtum eſt. Que vero priora ſunt
ea quos pregnoſcuntur ⁊ notiora ſunt ſubſequentibus na
turaliter. Duobus enim modis primum aliquod ⁊ notum
dicitur ſecundum nos ſcilicet ⁊ ſecundum naturam. nobis enim illa
magis cognita ſunt: que proxima ⁊ indiuidua ſunt: de
hinc ſpecies: poſtremo genera. At vero natura conuerſo
modo ea ſunt magis cognita que nobis minus proxima
ſunt. Atq; ideo quantumlibet ſe longius a nobis genera
protulerunt: tanto magis ſunt lucida ⁊ naturaliter nota



Differentie vero ſubſtantiales ille ſunt quas per ſe his
rebus ineſſe que demonſtrantur agnoſcimus. Prece-
dere autem debet generum ac differentiarum cognitio:
vt in vnaquaq; diſciplina que ſunt eius rei que demon
ſtratur conuenientia principia poſſit intelligi. Neceſſa
ria vero eſſe ea ipſa: que genera ⁊ differentias dicimus
nullus dubitat: qui ſpeciem ſine genere ⁊ differentie in
intelligit eſſe non poſſe. Genera vero ⁊ differentie ſunt
cauſe ſpecierum. Idcirco enim ſpecies ſunt: quia genera
earum ⁊ differentie ſunt: que in ſyllogiſmis poſita demon
ſtrantibus illis non rei ſolum verum concluſionis etiam
cauſe ſunt: que poſtremis reſolutoriis locupletius dice-
mus. cum igitur perutile ſit ⁊ diffinitione quodlibet illud
circumſcribere: ⁊ diuiſione diſſoluere: ⁊ demonſtrantibus
comprobare: hec autem preter earum rerum ſcientiam:
de quibus in hoc libro diſputabitur: neq; intelligi ne-
que exerceri valent. quis vnquam poterit dubitare
quin hic liber maximum totius logice adiumentum ſit: pre
ter que cetera que in ea magnam vim tenent: nullum do
ctrine aditum prebent. Sed meminit Porphyrius in-
troductionem ſeſe conſcribere: neq; vltra quam inſtitutio-
nis modus eſt: formam tractatus egredi. Ait enim ſe al-
tiorum queſtionum modis abſtinere: ſimplices vero me-
diocri coniectura perſtringere. Que vero ſint altiores
queſtionis quas ſe differre permittit: ita proponit.

**Mox de generibus ⁊ ſpeciebus illud qui
dem ſiue ſubſiſtant: ſiue in ſolis nudis in-
tellectibus poſita ſint: ſiue ſubſiſtentia cor-
poralia ſint an incorporalia: ⁊ vtrum ſeparata
a ſenſibilibus: an in ſenſibilibus poſita: et
circa ea conſiſtentia dicere recuſabo. Altiſſi
mum enim negocium eſt huiuſmodi: ⁊ maio-
ris egens inquiſitionis.**

Altiores inquit queſtiones preteream: ne eis intempeſti
ue lectoris animo ingeſtis initia eius primitiaſq; per-
turbem. Sed ne omnino faceret negligentem: ut nihil
preterquam quod ipſe dixiſſet: lector amplius putaret occultum
id ipſum cuius executionem ſeſe differre promiſit: addi-
dit: ne de his minime obſcure penituſq; tractando le-
ctori quicquam obſcuritatis effunderet: ⁊ tamen ſcientia
roboratus quid queri iure poſſet: agnoſceret. Sunt au
tem queſtiones: quas ſeſe reticere promittit: ⁊ perutiles
⁊ ſecrete ⁊ temptate quidem a doctis viris: nec a pluri-
bus diſſolute. Quarum prima eſt huiuſmodi. Omne
quod intelligit animus: aut id quod eſt in natura rerum
conſtitutum: intellectu concipit: ⁊ ſibimet ratione deſcribit:
aut id quod non eſt: vacuus ſibi imaginatione depingit. Er-
go intellectus generis ⁊ ceterorum cuiuſmodi ſit queritur
vtrum ne ita intelligamus ſpecies ⁊ genera ut ea que ſunt:
⁊ ex quibus verum capimus intellectum: an noſmetipſos
ludimus: cum ea que non ſunt animi caſſa imaginatione
formamus. Quod ſi eſſe conſtiterit: ⁊ ab his que ſunt in-
tellectus concipi dixerimus. ¶ Tunc alia maior ac diffi
cilior queſtio dubitationem parat: cum diſcernendi atq; in
telligendi generis ipſius naturam ſumma difficultas oſten
ditur. Nam omne quod eſt: aut corporeum aut incorporeum
eſſe neceſſe eſt: genus igitur ⁊ ſpecies in aliquo horum
eſſe oportebit. Quale erit igitur id quod genus dicitur
vtrum ne corporeum an vero incorporeum. neq; enim quid ſit
diligenter intenditur: niſi in quo horum poni debeat agno-
ſcatur. Sed neq; cum hec ſoluta fuerit queſtio: omne
excluditur ambiguum. ſubeſt enim aliquid quod ſi incorpora
lia eſſe genus ac ſpecies dicantur: obſideat intelligentiam
atq; detineat euolui poſtulans: vtrum circa corpora ipſa
ſubſiſtant: an etiam preter corpora ſubſiſtentia incorpora
lia eſſe videantur. Due quippe incorporeorum forme
ſunt: ut alia preter corpora eſſe poſſint: ⁊ ſeparata a cor-
poribus in ſua incorporalitate perdurent: vt deus mens
anime. Alia vero cum ſint incorporea tamen preter corpora

eſſe non poſſunt: ut linea: vel ſuperficies: vel numerus: vel
ſingule qualitates: quas tamen etſi incorporeas eſſe pro-
nunciamus: quod tribus ſpatiis minime diſtendantur: ta
men ita in corporibus ſunt: ut ab his diuelli nequeant
aut ſeperari: aut ſi a corporibus ſeperata ſint: nullo mo
do permaneant. Quas licet queſtiones arduum ſit ipſo
Porphyrio renuente diſſoluere. Tamen aggrediar: ut
nec anxium lectoris animum relinquam: nec ipſe in his que
preter muneris ſuſcepti ſeriem ſunt: tempus operamq;
conſumam. Primum quidem pauca ſub queſtionis am-
biguitate proponam: Poſt vero eundem dubitationis
nodum euoluere atq; explicare temptabo. Genera ⁊ ſpe-
cies aut ſunt ⁊ ſubſiſtunt: aut intellectu ⁊ ſola cogitatione
formantur: Sed genera ⁊ ſpecies eſſe non poſſunt: Hoc
autem ex his intelligitur. Omne enim quod commune eſt
vno tempore pluribus: id in ſe vnum eſſe non poterit.
Multorum enim eſt quod commune eſt: preſertim cum
vna atq; eadem res in multis vno tempore tota ſit. quan-
tecunq; enim ſunt ſpecies: in omnibus genus vnum eſt
non quod de eo ſingule ſpecies quaſi partes aliquas carpant
ſed ſingule vno tempore totum genus habeant. quo fit
ut totum genus in pluribus ſingulis vno tempore po
ſitum vnum eſſe non poſſit. neq; enim fieri poteſt vt cum
in pluribus totum vno ſit tempore: in ſemetipſo ſit vnum
numero. Quod ſi ita eſt: vnum quiddam genus eſſe non po
terit: quo fit vt omnino nihil ſit. Omne enim quod eſt
idcirco eſt quia vnum eſt. ⁊ de ſpecie idem conuenit dici
Quod ſi eſt quidem genus ac ſpecies ſed multiplex. neq;
vnum numero: non erit vltimum genus: ſed habebit aliud
ſuperpoſitum genus: quod illam multiplicitatem vnius
ſui nominis vocabulo concludat: vt enim plura anima
lia quoniam habent quoddam ſimile: eadem tamen non ſunt.
Idcirco eorum genera perquirunt: ita quoq; quoniam ge
nus quod in pluribus eſt: atq; ideo multiplex: habet ſui
ſimilitudinem quod genus eſt: non eſt vero vnum: quoniam
in pluribus eſt: eius quoq; generis genus aliud querendum
eſt: cumq; fuerit inuentum: eadem ratione que ſuperius
dicta eſt: rurſus genus tertium veſtigatur. itaq; in infi
nitum ratio procedat: neceſſe eſt: cum nullus diſcipline
terminus occurrat. Quod ſi vnum quoddam numero
genus eſt commune multorum eſſe non poterit. vna. n.
res ſi communis eſt: aut partibus communis eſt: ⁊ non
iam tota communis: ſed partes eius proprie ſingulorum
ſunt: aut in vſu habentium etiam per tempora tranſit
vt ſit commune: vt puteus ⁊ fons: vt ſeruus communis
vel equus: aut vno tempore omnibus commune fit: non
tamen ut eorum quibus commune eſt: ſubſtantiam conſti
tuat: vt eſt theatrum: vel ſpectaculum: aliquid quod ſpe
ctantibus omnibus commune eſt. Genus vero ſecun-
dum nullum horum modum commune eſſe ſpeciebus
poteſt: nam ita commune eſſe debet: vt ⁊ vnum totum in
ſingulis ⁊ vno tempore ſit: ⁊ eorum quorum commune eſt
conſtituere valeat ⁊ conformare ſubſtantiam. Quocirca
ſi neq; vnum eſt: quoniam commune eſt: neq; multiplex:
quoniam eius quoq; multitudinis genus aliud inqui
rendum eſt: videbitur genus omnino non eſſe: idemq;
de ceteris intelligendum eſt. Quod ſi tantum intellecti
bus genera ⁊ ſpecies ceteraq; capiuntur cum omnis intel
lectus aut ex re fiat ſubiecta: vt ſeſe res habet: aut ut res
ſeſe non habet (nam ex nullo ſubiecto fieri intellectus non
poteſt) Si generis ⁊ ſpeciei ceterorumq; intellectus ex re ſub-
iecta veniat: ita vt ſeſe res ipſa habet que intelligitur: iam non
tantum in intellectu poſita ſunt: ſed in rerum etiam veritate con
ſiſtunt. Et rurſus querendum eſt que ſit eorum natura
quod ſuperior queſtio veſtigabat. quod ſi ex re quidem ge-
neris ceterorumq; ſumitur intellectus: neq; ita vt ſeſe res
habet que intellectui ſubiecta eſt: vanum neceſſe eſt eſſe
intellectum: qui ex re quidem ſumitur: non ita vt ſeſe
res habet. id enim eſt falſum quod aliter atq; res eſt
intelligitur. Si igitur quoniam genus ⁊ ſpecies nec ſunt

nec enim intelliguntur verus eſt eorum intellectus non ẽ ambiguũ: quin omnis hec ſit deponenda de his q̄nq; propoſitis diſputandi cura: quandoquidem neq; de ea re: que ſit: neq; de ea: de qua verum aliquid intelligi ꝑ ſeriue poſſit inquiritur. hec quidem eſt ad preſens de propoſitis queſtio: quam nos Alexandro conſentiente hac ratiocinatione ſoluemus. Non enim neceſſe eſſe dicimus omnem intellectum qui ex ſubiecto quidem ſit: non tamen vt ſeſe ipſum ſubiectum habet: falſum ⁊ vacuum videri. In his enim ſolis falſa opinio ac non potius intelligentia eſt: que per coniunctionem fiunt. Si enĩ quis componat atq; coniungat intellectu id quod natura iungi non patiatur: illud falſũ eſſe nullus ignorat: vt ſi quis equum atq; hominem iungat imaginatione: atq; effiget centaurum. Quod ſi hoc per diuiſionem ⁊ abſtractionem fiat: non ꝙ ita res ſeſe habet: vt intellectus eſt. Intellectus tamen ille falſus eſt minime. ſunt enim plura que in alijs ſuum eſſe habent: ex quibus aut omnino ſeperari non poſſunt: aut ſi ſeperata fuerint: nulla ratione ſubſiſtunt. Atque vt hoc nobis in peruulgato exemplo manifeſtum ſit: linea in corpore eſt aliquid: ⁊ id quod eſt: corpori debet: hoc eſt eſſe ſuum per corpus retinet: quod docetur ita. ſi enim ſeperata a corpore ſit nõ ſubſiſtit. quis. n. vnq̃ ſenſu vllo ſeperatam lineam a corpore cepit. Sed animus cũ confuſas res permixtaſq; in ſe a ſenſibus cepit: in propria vi ⁊ cogitatione diſtinguit. Omnes res huiuſmodi incorporee in corpore ſuũ eſſe habentes ſenſus cũ ipſis nobis corporibus tradit: at vero animus: cui poteſtas eſt ⁊ diſiuncta componere: vel cõpoſita ⁊ coniuncta diſſoluere: ea que a ſenſibus cõfuſa ⁊ corporibus cõiuncta traduntur: ita diſtinguit: ut in corporeã naturam ꝑ ſe ac ſine corporibus in quibus eſt concreata: ⁊ ſpeculetur ⁊ videat. Diuerſe enim proprietates ſunt incorporeorũ corporibus permixtorũ: etiam ſi ſeperentur a corpore. Genera ergo ⁊ ſpecies ceteraq; vel ĩ incorporeis rebus: vel in his que ſunt corporea: reperiuntur: ⁊ ſi ea in rebus incorporeis inuenit animus: habet illico incorporeũ generis itellectũ. Si vero corporaliũ rerũ generaſpecieſq; proſpexerit: auferet (vt ſolet) a corporibus incorporeorũ naturam: ⁊ ſolam puramq; vt in ſe ipſa forma eſt contuet. Ita hec cũ accipit anim⁹ ꝑmixta corporibus incorporalia: ea diuidens ſpeculatur atq; cõſiderat. Nemo ergo dicant falſam nos cogitare lineã: qm̃ ita eã mẽte capim⁹ quaſi preter corpora ſit: cũ p̄ter corpa eſſe nõ poſſit. Nõ enĩ omnis qui ex ſubiectis rebus capitur intellect⁹: aliter q̃ ſeſe ipſe res habent: falſus eſſe putandus eſt: ſed (vt ſuperius dictum eſt) ille quidem qui hoc in compoſitione facit falſus eſt: vt cum hominẽ atq; equũ iungens putat eſſe centuarũ. Qui vero id ĩ diuiſionib⁹ ⁊ abſtractionib⁹ atq; aſſũptionib⁹ ab his rebus: ĩ quib⁹ ſunt: efficit: nõ ſolũmodo falſus non eſt: verum etiam ſolus intellectus id quod in proprietate verum eſt: inuenire poteſt. Sunt igitur huiuſmodi res in corporalibus atq; in ſenſibilibus rebus. Intelliguntur autem preter ſenſibilia: vt eorum natura perſpici: ⁊ proprietas valeat cõprehendi. Quocirca cũ genera ⁊ ſpecies cogitantur: tunc ex ſingulis ex quibus ſunt eorum ſimilitudo colligitur: vt ex ſingulis hominibus inter ſe diſſimilibus humanitatis ſimilitudo colligitur: cogitata aĩo veraciterq; ꝑſpecta fit ſpecies: quarũ ſpecierũ rurſus diuerſarũ cõſiderata ſimilitudo: que niſi in ipſis ſpecieb⁹: aut in earũ indiuiduis eſſe nõ põt efficit gen⁹. itaq; hec ſunt q̄dẽ ĩ ſingularibus. Cogitãt vͦ vniuerſalia: nihilq; aliud ſpẽs eſſe putanda eſt niſi cogitatio collecta ex indiuiduorum diſſimiliũ numero ſubſtantiali ſimilitudine: genus vero collecta cogitatio ex ſpecierũ ſimilitudine. Sed hec ſimilitudo cum in ſingularibus eſt: fit ſenſibilis: cũ in vniuerſalibus fit. intelligibilis: eodẽq; modo cũ ſenſibilis eſt: in ſingularibus ꝑmanet: cum intelligitur fit vniuerſalis. Subſiſtunt ergo circa ſenſibilia: intelligũt aũt preter corpora neq; enĩ interclusũ eſt: ut due res eodẽ in ſubiecto nõ ſint: q̃ q̃ rõne diuerſe ſint: ut linea curua atq; caua eſt: que res cũ diuerſis terminationibus terminentur: diuerſuſq; earũ intellectus ſit: ſemꝑ tamen in eodẽ ſubiecto reperiunt: eadem caua linea eademq; curua eſt. Ita quoq; generib⁹ ⁊ ſpecieb⁹ idẽ ſingularitatis ⁊ vniuerſalitatis vnũ quidẽ ſubiectũ eſt: ſed alio modo vniuerſale eſt cũ cogitatur: alio ſingulare cũ ſentitur in rebus his: in quibus eſſe ſuũ habet. His igitur terminatis oĩs (ut arbitror) queſtio diſſoluta eſt. ipſa enĩ genera ⁊ ſpecies ſubſiſtunt quidẽ alio modo: intelligunt vero alio: ⁊ ſunt incorporalia. ſed ſenſibilib⁹ iuncta ſubſiſtũt in ſenſibilib⁹. Intelligunt vero preter corpora: ut per ſemetipſa ſubſiſtẽtia: ac nõ in alijs eſſe ſuũ habẽtia. Sed Plato genera ⁊ ſpecies ceteraq; nõ modo intelligi vniuerſalia: verũetiã eſſe atq; preter corpora ſubſiſtere putat. Ariſtoteles vero intelligi quidẽ incorporalia atq; vniuerſalia: ſed ſubſiſtere in ipſis ſenſibilibus putat: quorũ diiudicare ſententias aptũ eſſe non duxi. Altioris enĩ eſt philoſophie. idcirco vero non ſtudioſius Ariſtotelis ſententiã executi ſumus: nõ ꝙ eã nõ maxime probaremus: ſed ꝙ hic liber ad predicamenta cõſcript⁹ eſt: quorũ Ariſtoteles auctor eſt.

**Illud vero quemadmodũ de his: ac de ꝓpoſitis probabiliter antiqui tractauerunt ⁊ horũ maxime peripatetici: tibi nunc tentabo monſtrare.**

¶ Pretermiſſis his queſtionibus: quas altiores eſſe ꝓdixit: exoptat mediocrẽ introductorij operis tractatũ: ſed ne hec ipſa harũ queſtionũ omiſſio vicio daret: appoſuit: quemadmodũ de propoſitis tractaturus eſt: ex quorũq; hoc opus auctoritate ſubnixus aggredit: ante denũciat. Cũ mediocritatẽ quidẽ tractaturus ꝓmittit detracta obſcuritatis difficultate: animũ lectoris inuitat: vt vero acquieſcat ac ſileat ad id quod dicturus eſt: peripateticorũ auctoritate ↄfirmat. Atq; ideo ait de his id eſt de generibus ⁊ ſpeciebus: de quib⁹ ſuperiores intulerat q̃ſtiones: ac de propoſitis. i. de differẽtijs: proprijs accidentibus: ſeſe probabiliter diſputaturũ: probabiliter aũt ait. i. veriſimiliter: qd̓ greci λογικῶσ vel ἐνδόξωσ dicunt. Sepe enĩ ⁊ apud Ariſtotelem λογικῶσ veriſimiliter ac ꝓbabiliter dictum inuenimus: ⁊ apud Boetiũ ⁊ apud Alexandrũ. Porphyrius quoq; ipſe ĩ multis hac ſignificatiõe hoc vbo vſus ẽ. qd̓ nos. ſ. ĩ trãſlatiõe ꝙ dixit λογικώτερον ita interꝑtari: ut rõnabiliter diceremus omiſimus. Longe enĩ melior ac verior ſignificatio ea viſa ẽ: ut probabiliter ſeſe dicere ꝓmitteret. i. nõ p̄ter opinionẽ ingrediẽtiũ atq; lectorũ: qd̓ introductionis eſt propriũ. Nã cũ ab imperitorũ hominũ mentibus doctrine ſecretum altioris abhorreat: talis eſſe introductio debet ut nõ preter opinionẽ ingredientiũ ſit. Ergo melius probabiliter q̃ rõnabiliter interpretati ſumus. Antiquos autẽ ait de eiſdẽ diſputaſſe rebus: ſed eorũ illũ maxime tractatũ inſequi: quẽ peripatetici Ariſtotele duce reliquerũt: ut tota diſputatio ad ꝓdicamenta cõueniat.

**Videtur autẽ neq; genus neq; ſpecies ſimpliciter dici.**

¶ Queri in expoſitionũ principijs ſolet: cur vnũquodq; ceteris in diſpoſitionis ordine preponat: velut nũc in generi dubitari ſolet: cur genus ſpeciei: differẽtie: proprio: accidentiq; ꝓtulerit: de eo enĩ primitus ꝑtractat. Reſpõdebimus itaq; iure factũ videri: oẽ enim quod vniuerſale eſt: intra ſemetipſuꝫ cetera concludit: ipſum vero nõ magnitudine claudit. Maioris itaq; meriti eſt ac principalis nature: illud quod ita cetera cohercet: ut ipſum nature magnitudine nequeat ab alijs contineri. Genus igiẗ ſpẽs intra ſe poſitas habet: ⁊ earum differentias: proprijaq;: nihilominus etiã accidentia. atq; ita de genere inchoandũ fuit: quod cetera nature ſue magnitudine coercet ⁊ continet. Preterea illa ſemꝑ priora ſunt que ſi auferat quis contenta cetera perimũtur: illa poſteriora quibus poſitis ea que ceterorum ſubſtantiam perficiunt: conſequũt: vt in genere ⁊ ceteris. Nam ſi animal auferas: qd̓ eſt hominis genus: homo quoq; qui eſt ſpecies: ⁊ rationale: quod differentia: ⁊ riſibile: quod proprium: ⁊ grãmaticum: quod accidens eſt: non manebit: ⁊ interemptũ genus cuncta cõſumit. Si vero hominẽ eſſe conſtituas: vel grãmaticũ vel rõnale vel riſibile: animal quidẽ eſſe neceſſe eſt. Siue enĩ homo eſt: animal eſt: ſiue rationale: ſiue riſibile: ſiue grãmaticũ: ab animali ſubſtantia non recedit. Sublato ergo genere ⁊ cetera cõſumuntur: poſitis vero ceteris ſeq̄tur genus. prior eſt igitur natura generis poſterior eſt ceterorũ. Iure eſt igitur in diſputatiõe prepoſitũ genus ſed q̃m generis nomẽ multa ſignificat (hoc ẽ. n. qd̓ ait: videtur autem neq; genus, neq; ſpecies ſimpliciter dici. Ubi enim nõ eſt ſimplex dictio: illic multiplex ſignificatio eſt) prius huius nominis ſignificationes diſcernit: ac ſeperat: vt de qua ſignificatione generis tractaturus eſt: ſub oculis ponat. Sed cũ neq; genus: neq; ſpẽs: neq; differẽtia: nec ꝓpriũ: nec accidẽs ſignificatiõe ſimplicia ſint. Cur d̓ his tm̃ duob⁹ genere inq̃ ac ſpecie dixit nõ ſimpliciter dici cũ ꝓpriũ differẽtia: atq; accidẽs ipſa quoq; ſint ſignificatiõe multiplici. Dicẽdũ eſt q̃m lõgitudinẽ vitãs tm̃ ſpeciẽ notauit: eãq; idcirco ne ſolũ gen⁹ eſſe ſignificatiõis multiplicis putaret. Enumerat aũt primã generis ſignificationem hoc modo.

**Genus enĩ dicit ⁊ aliquorũ quodãmodo ſe habentiũ ad vnũ aliquod: ⁊ ad ſe inuicem collectio: ſcdm quã ſignificationẽ romanorũ dicit genus ab vnius. ſ. habitudine. Dico autẽ romuli ⁊ multitudinis habentiũ aliquo modo ad inuicẽ eã: q̃ ab illo eſt: cognationem ſcdm diuiſionem ab alijs generibus dictum.**

Una inquit generis ſignificatio ẽ: que in multitudinẽ venit a quolibet vno principiũ trahens: ad quod. ſ. ita illa multitudo cõiuncta eſt: vt ad ſe inuicẽ per eiuſdem vnius principiũ copulata ſit: vt cũ romanorũ gen⁹ dicitur multitudo enĩ romanorũ an vno romulo vocabulũ trahens ⁊ ipſi romulo: ⁊ ad ſe inuicẽ quaſi quadã nominis hereditate cõiuncta eſt. Eadẽ enĩ que a romulo ſocietas deſcẽdit romanos inter ſe omnes vno generis nomine deuincit ⁊ colligat. Uidetur aũt ſecuiſſe hanc generis ſignificationẽ in duas partes: cum copulatiuã cõiunctionẽ admiſcuit dicens. Genus dicitur aliquorũ quodãmodo ſe habentiũ ad vnũ aliquod ⁊ ad ſe inuicẽ collectio: tanq̃ ⁊ illud genus dicatur ad vnũ aliquo modo ſe habere: ⁊ hoc rurſus gen⁹ dicatur: qd̓ ad inuicẽ vnius generis ſignificatione cõiuncti ſunt. hoc vero minime eſt. eadẽ. n. a quolibet vno propagata ſocietas: ⁊ ad illũ qui princeps eſt generis: totã multitudinẽ perfert ⁊ ipſã inter ſe multitudinẽ vno generis nomine cõnectit ⁊ cõtinet. Quocirca non eſt putandus diuiſionem feciſſe: ſed omne quicquid in hac generis ſignificatione intelligendũ fuit aperuiſſe. Ordo autẽ verborum ita ſe ſe habet qui eſt hyperbaton intelligendus. Genus. n. dicitur: ⁊ aliquorũ ad vnũ ſe aliquo modo habentiũ collectio: ⁊ ad ſe inuicẽ aliquo modo habentiũ: rurſus collectio ſubaudienda eſt. eſt enim ⁊ zeugma. cuius ſignificationis adiecit exemplũ. ſcdm quã ſignificationẽ romanorũ dicitur gen⁹ ab vnius. ſ. habitudine. Dico aũt Romuli: ⁊ multitudinis rurſus habitudine: habentiũ aliquo modo ad inuicẽ cognationẽ: eã. ſ. que ab illo eſt idest Romulo. ſcdm diuiſionẽ ab alijs generibus dictum. ſcilicet multitudinis. hec enim multitudo aliquo modo ad vnũ, ⁊ ad ſe inuicem habẽs cognationẽ genus dicta eſt: vt ab alijs diſcerneretur: vt Romanorũ genus ab athenienſium genere ceterorũq; ſepararetur: vt ſit integer verborũ ordo. genus enim dicit ⁊ collectio aliquorũ ad vnũ ſe quodãmodo habẽtium: ⁊ ad ſe inuicẽ: ſcdm quã ſignificationẽ Romanorũ dicitur genus ab vnius. ſ. habitudine. dico aũt Romuli. ⁊ multitudinis ſcdm diuiſionẽ ab alijs generibus dictum: habentiũ. ſ. hominũ aliquo modo ad inuicem eã que ab illo ẽ Romulo cognationẽ. atq; hec hactenus: nũc de ſcda generis ſignificatione dicendum eſt.

**Dicitur aũt ⁊ aliter rurſus genus quod eſt vniuſcuiuſq; generationis principiũ: vel ab eo qui genuit: vel ab eo loco: in quo q̄s genitus eſt. Sic. n. Oreſtem quidem dicimus a tantalo genus habere. Hyllũ autẽ ab Hercule. Et rurſus Pindarũ thebanũ eſſe genere. Platonẽ vero athenienſem. etenim patria principiũ eſt vniuſcuiuſq; generationis: quẽadmodũ ⁊ pater: hec autẽ videt̃ promptiſſima eſſe ſignificatio generis. romani enĩ dicunt̃ qui ex genere deſcẽdũt romuli: ⁊ Cecropide: qui ex genere deſcẽdunt Cecropis: ⁊ eorũ proximi.**

Quattuor omnino ſunt ꝓncipia: que vnũ quodq; ꝓncipaliter efficiũt. eſt. n. vna cauſa que effectiua dicitur: velut pater filij. ⁊ alia eſt materialis: velut lapides domus. Tertia forma: velut hominis rationabilitas. Quarta quã ob rẽ: velut pugna victorie. Due vero ſunt que per accidẽs vniuſcuiuſq; dicuntur eſſe principia: locus. ſ. ac tẽpus. omne. n. quod naſcitur. in loco ac tempore eſt: ⁊ quicq̄d loco vel tẽpore natũ factũue fuerit: eũ locũ vel id tempus accidentaliter dicitur habere principiũ. Horũ omniũ in hac ſecunda generis ſignificatione duo quedã ex alterutris aſſumit que ad ſignificationẽ generis videbantur accomodata. Ex his quidẽ cauſis que principalia ſunt effectiuũ. Ex his vͦ q̄ accidẽtia: locũ. ait enim, genus dicitur: a quo q̄s genitus eſt que eſt effectiua principaliuꝫ cauſa. ⁊ in quo quis loco eſt ꝓcreatus: q̄ eſt accidens cauſa principij. Itaq; hec ſcda ſignificatio duo cõtinet: eum a quo quis procreatus eſt ⁊ locũ in quo quis editus eſt: vt exempla quoq; ipſa demonſtrant. Oreſtẽ enim dicimus a Tantalo genus ducere. Tãtalus quippe Pelopẽ. Pelops Atreũ. Atreus Agamẽnonem: Agamẽnõ genuit Oreſtem. Itaq; a procreatiõe genus hoc dictũ eſt. at vero Pindarum dicimus eſſe thebanũ. ſ. quoniam Thebis editus eſt: tale generis nomen accepit. ſed quoniam diuerſũ eſt illud a quo quiſq; procreatus eſt: ⁊ locus in quo quiſq; editus eſt: videtur diuerſa eſſe generis ſignificatio procreantis: ⁊ loci: quam in ſecunda parte enumerans vnã fecit: ſed ne videretur duplex: per ſimilitudinẽ cõiunxit dicẽs etenĩ patria principiũ vniuſcuiuſq; generatiõis: quẽadmodũ pater. Sed quoniam in ſignificationibus euenit ſepe: vt aliquid ſit quod itellectui ſignificate rei propinquius eſſe videatur: ⁊ quoniam duas generis appoſuit ſignificationes: multitudinis ſcilicet ⁊ procreantis: cui generi nomen cõuenientius aptetur: indicat atq; diſcernit dicens: hanc eſſe promptiſſimã generis ſignificationẽ: que a procreante deducta ſit. hi enĩ maxime cecropide ſunt: quia a cecrope deſcendunt: hi romani: qui a Romulo: que cũ ita ſint: confundi rurſus generis ſignificationes videntur. Si enim ſunt hi maxime romani: qui a Romulo originem trahunt: ⁊ hec ſignificatio illa eſt que a procreante deducitur vbi eſt reliqua quã primã quoq; enumerauit: que eſt multitudinis ad

vnū ⁊ ad ſe inuicem quodammodo ſe habentium collectio. Sed acutius intuētibus plurimę admodum differentię ſunt. Aliud enim eſt a quolibet primo procreante genus deducere: aliud vnū genus eſſe pluriſmoꝝ. Illud enim ex recta ſanguinis linea fieri poteſt ⁊ nō in multa diffundi: vt ſi per vnicos familia deſcēdat. huic enim aptatur ſecunda illa generis ſignificatio: quę a ꝓcreantē deducitur prima vero non niſi multitudine conſiſtit. illud quoqꝫ eſt: quod prima procreationis principium nō quęrit: ſed (vt ipſe ait) ſufficit aliquo modo ſe habere ad id: vnde huiuſmōi generis principiū ſumitur. Secunda vero ſignificatio nullā viꝫ niſi a procreāte ſortitur. Iteꝫ in illa prima ſignificationis multitudine: huius ſecundę particularitas cōtinetur: vt in romanoꝝ genere Scipiadaꝝ genus. nā cū ſunt romani ſcipiades ſunt. Qm̄ enim ad romulū: ⁊ ad ceteros romanos ſcđm Romuli habitudinē iuncti romani ſunt. Scipiade vero dicūtur ad ſcđam generis ſignificatiōeꝫ: qa coꝝ familię Scipio: ⁊ ſanguinis principiū fuit.

**Et quidē prius appellatū eſt genus vniuſcuiuſqꝫ generatiōis principiuꝫ: dehinc etiā ⁊ multitudo coꝝ qui ſunt ab vno principio vtꝰ a romulo: quā diuidētes ⁊ ab aliis ſeperantes: dicebamus oēm illam collectioneꝫ eſſe romanoꝝ genus.**

Senſus vero facilis ⁊ expeditus eſt: ſi tamen vna ambiguitas ſoluatur. cū. n. priꝰ multitudinis ſignificationeꝫ retulerit ad generis nomen: poſt auteꝫ ad procreationis initiuę: nunc contrario modo illā poſterius a ſe dinumeratā ſignificationē dicere videtur priorē: quę ē procreationis: illaꝫ vero poſteriorē: quę eſt multitudinis: quod contrariū videri poteſt: ſi quis ad ordineꝫ ſuperius digeſtę diſputationis aſpexerit. ſed hic non de ſe loquitur: ſed de humani cōſuetudine ſermonis: in quo prius eā ſignificationē generis fuiſſe dicit: quę a ꝓcreāte ſit ducta. Accedente vero ętate loquendi vſu nomen generis etiā ad multitudinē habentē ſe quodāmō ad aliquē fuiſſe tranſlatū. hoc vero icirco dixit: quoniā ſupiꝰ dixerat. hęc enim videtur ꝓmptiſſima ſignificatio: vt ab hac idest ſecunda: quā ꝓmptiſſimā ſignificationem dixit: illa quoqꝫ nuncupata videretur: quę eſt multitudinis. prius enim genus inter homines appellatū eſt: quod quis a generante deduceret. poſt autē factū eſt vt per loquendi vſum etiā multitudinis ad aliquā quodāmodo ſe habentis genus diceret̄ propter diuiſionē. ſ. gētiū: vt eſſet inter eas nominis ſocietatiſqꝫ diſcretio. Igitur his expletis venit ad tertiū genus qđ inter phōs tractatur: cuiuſqꝫ ad dialecticaꝫ facultatē multus vſus eſt. hoꝝ quippe generum hiſtoria magis vel poeſis tractat exordium. Tertium vero genus apud phōs conſideratur: de quo hoc modo loquitur.

**Aliter aūt rurſus dr̄ genus: cui ſupponitur ſpēs: ad hoꝝ fortaſſe ſimilitudinē dictum. Eteni principiuꝫ quoddaꝫ eſt huiuſmodi genus earum quę ſub ipſo ſunt ſpecieꝝ. videtur autem ⁊ multitudinē continere oiuꝫ quę ſub eo ſunt ſpecieꝝ.**

Duplicem ſignificationē generis ſupra propoſuit: nūc tertiaꝫ monſtrare contendit. Hanc aūt ad ſuperiorū ſimilitudinē dictā eſſe arbitratur. Superius duę dictę ſignificationes ſunt: vna qdē: cū generis nomen quadā principij antiqtate ad ſe iunctā multitudinē cōtineret. Alia vero: cuꝫ genus ab vnoquoqꝫ procreante duceretur: qđ eorū que procreantur principium eſt. Cuꝫ igitur ſint ſuperius duę generis ſignificatiōes propoſite. Tertiū nūc addit de quo inter phōs ſermo eſt: illud. ſ. cui ſupponitur ſpecies. quod icirco genus vocatum eſſe ſub opinionis ſuę credit ambiguo quoniā habet aliquaꝫ ſimilitudinē ſuperiorū. naꝫ ſicut illud genus quod ad multitudinē dicitur: vno ſolo nomine multitudinē claudit: ita quoqꝫ genus plurima ſpecies coercet ⁊ cōtinet. Itē vt genus illud quod ſcđm procreationeꝫ dicitur: principiū quoddā eſt eorū quę ab ipſo procreantur: ita genus ſpeciebus ſuis eſt principiū. Ergo qm̄ vtriſqꝫ eſt ſimile: icirco nomen quoqꝫ generis ⁊ in hac ſignificatione a ſuperibus mutuatum eſſe veriſimile eſt.

**Tripliciter igit̄ cuꝫ genus dicat̄: de tertio ꝑaud philoſophos ſermo ē: qđ etiā deſcribētes aſſignauerūt dicētes: genuſ eē qđ de pluribus ⁊ differētibus ſpecie in eo quod quid ſit prędicatur: vt animal.**

Iure tertiuꝫ genus philoſophi ad diſputationē ſumūt hoc enim ſolum eſt: quod ſubſtantiam monſtrat. Cętera vero aut vnū quidē oſtendunt: aut quēadmodum a cęteris hoībꝰ in vna quaſi forma populi diuidat̄ oſtēdit nā illud qđ multitudinē cōtinet genꝰ: illiꝰ multitudinis quā ꝯtinet: ſubaꝫ nō demonſtrat: ſed tm̄ vno noīe collectōnē facit ppl̄i: vt ab alteriꝰ generis pplo ſegreget̄ Itē illud qđ ſcđm ꝑcreationē dictū eſt: non rei ꝑcreate ſubaꝫ mōſtrat: ſed tm̄ qđ eiꝰ fuerit ꝑcreationis initiuꝫ. At vō genꝰ id cui ſupponit̄ ſpēs ad differētiā accōmodatū ſpeciei ſubaꝫ informat: ⁊ qꝛ inter phōs hęc maxīa eſt q̄ſtio qd vnūqđqꝫ ſit. tunc. n. vnūqđqꝫ ſcire videmur: qm̄ qd ſit: agnoſcimus. Icirco reiectis cęteris de hoc genere q̄ꝫ maxime apud phōs ſermo eſt: qđ etiā deſcribētes aſſignauerūt ea deſcriptōe: quā ſubter inſeruit. Diligēter vō ait deſcribētes nō definiētes. definitio. n. fit ex genere. genꝰ aūt aliud: q̄liter fit diffinitio: genꝰ habere nō poterit: idqꝫ obſcuriꝰ eſt: q̄ꝫ ut primo aditu dictuꝫ pateat. fieri aūt pōt: ut res q̄ alij genus ſit: alij generi ſupponat̄: ſed cū ſupponit̄ nō q̄ſi genꝰ: ſed tanq̄ꝫ ſpēs ſub alio collocat̄. vnde nō in eo ꝙ genus eſt: ſupponi alicui pōt: ſed cum ſupponit̄ illico ſpēs fit: q̄ cum ita ſint: oſtēditur genus ipſiuꝫ in eo qđ eſt genus: genus habere nō poſſe. ſi igit̄ voluiſſet genꝰ diffinitiōe ꝯcludere nullo modo potuiſſet. Genꝰ eni aliud qđ ei poſſet ꝑponi nō habet: atqꝫ icirco deſcriptioneꝫ ait eſſe factam nō diffinitionē. deſcriptio vō eſt (ut in priori volumie dictū eſt) ex ꝓprietatibꝰ informatio q̄dā rei: ⁊ tanq̄ꝫ coloribꝰ quibuſdā depictio. Cū eni in vnū plura cōuenerint: ita ut oīa ſimul rei cui applicātur ęquentur: niſi ex genere vel differentijs hęc collectio fiat: deſcriptio nūcupatur. Eſt igitur deſcriptio hęc generis: genꝰ eſt qđ de pluribꝰ ⁊ differētibꝰ ſpecie in eo qđ qd ſit p̄dicat̄. Tria hęc reqrūtur in genere: ut de pluribꝰ p̄dicetur: ut de ſpecie differentibꝰ: ut in eo ꝙ qd ſit. De q̄ re qm̄ ipſe poſterius latiꝰ diſputat: nos breuiter huius rei intelligētiaꝫ ſignificemꝰ hoc modo. Sit eni nobis in forma generis aīal: id de aliqbꝰ ſine dubio p̄dicatur hoīe. ſ. equo: boue ⁊ cęteris: ſed hęc plura ſunt. aīal igit̄ de pluribꝰ p̄dicat̄ hō vō: equus: atqꝫ bos talia ſunt: ut de ſe diſcrepēt: nec q̄libet mediocri re: ſed tota ſpecie. i. tota forma ſuę ſubę: de quibꝰ dr̄ aīal. hō. n. ⁊ equus: ⁊ bos aīalia nūcupant̄ p̄dicatur ergo aīal de pluribꝰ ſpē differentibus. ſed qm̄ modo fit hęc p̄dicatio. nō. n. qcqd interrogaueris mox aīal r̄ndetur. nō. n. ſi quātꝰ ſit hō interrogaueris: aīal r̄ndebit̄. hoc. n. ad quātitatē ꝑtinet nō ad ſubſtantiā. Iteꝫ ſi qualis eſt hō interroges: ne huic qdē reſpōſio cōuenit aīalis: cęteriſqꝫ omnibꝰ īterrogationibꝰ hanc aīalis reſponſionē ineptā atqꝫ inutilē ſemꝑ eſſe reperies: niſi ei tm̄ apta ſit: quę qd ſit interroget. interrogātibꝰ eniꝫ nobis quid ſit homo: quid ſit equus: quid bos: aīal r̄ndebit̄. ita nomē animalis ad interrogationē qd ſit de homine equo atqꝫ boue ac de cęteris p̄dicabit̄. vn̄ fit vt animal



prędicet̄ de pluribꝰ differētibꝰ ſpecie in eo ꝙ qd ſit. Et qm̄ generis hęc diffinitio eſt: animal hominis equi bouis genus eſſe neceſſe ē. omne autē genꝰ aliud eſt: qđ in ſemetipſo: atqꝫ in re intelligit̄: aliud qđ ad alterius prędicationē refert̄. ſua. n. ꝓprietas ipſiuꝫ eſſe cōſtituit. ad alterū relatio genꝰ facit vt ipſuꝫ animal. ſi eiꝰ ſubſtātiaꝫ q̄ras: dicā ſubſtātiā eſſe animatū atqꝫ ſenſibilē: hęc igit̄ diffinitio rē demonſtrat ꝑ ſe ſicuti eſt: nō tanq̄ꝫ referatur ad aliud. at vō cū dicimus aīal genus eſſe: nō (vt arbitror) tunc de re ipſa hoc nomē dicimꝰ: ſed de ea relatiōe qua pōt animal ad cęteroꝝ quę ſibi ſubiecta ſunt: p̄dicationē referri. Itaqꝫ caracter qdaꝫ ē ac forma generis i eo ꝙ referri prędicatione ad eas res poteſt: quę cū ſint plures ⁊ ſpecie differentes: i eaꝝ tm̄ ſubſtātia p̄dicat̄. huiꝰ autē diffinitionis rationeꝫ per exēpla ſubiecit dicens.

**Eoꝝ eni q̄ prędicant̄: alia quidē de vno dicuntur ſolo: ſicut indiuidua. ſicut ſocrates: ⁊ hic ⁊ hoc. alia vero de pluribus: quēadmodū genera ⁊ ſpēs: ⁊ differētia: ⁊ ꝓpria: ⁊ accidentia coīter ſed nō ꝓprie alicui. Eſt aūt genus: ut aīal. ſpēs vō: ut homo. differentia: vt rationale. propriuꝫ ut riſibile. accidēs: ut album: nigrum: ſedere.**

¶ Omniū quę p̄dicant̄ quolibet modo facit Porphyrius diuiſionē: icirco vt a reliqs oībus prędicationem generis ſeiūgat ac ſeparet hoc modo. Omniū inqt in p̄dicatis: alia de ſingularitate dicunt̄: alia de pluralitate de ſingularitate vō inquit p̄dicantur: quęcunqꝫ vnum quodlibet habēt ſubiectū: de quo dici poſſint: ut ea quibus ſingula ſubiecta ſunt indiuidua: ut ſocrates: ⁊ plato: ut hoc albū qđ in hac niue ꝓpoſita eſt: ut h̄ ſcānū in quo nunc ſedemus: nō omne ſcānū (hoc eniꝫ vniuerſale eſt) ſed hoc quod nūc ſuppoſitū eſt: nec albū qđ in niue eſt (vniuerſale enim eſt albū) ſed hoc albū quod in hac niue nunc eſſe conſpicitur. hoc enim non poteſt de quolibet alio albo prędicari: quod in hac niue eſt: quia ad ſingularitatem deductum eſt: atqꝫ ad indiuiduam formā conſtrictum eſt indiuidui participatione Alia vero ſunt quę de pluribꝰ p̄dicant̄: vt genera ſpecies differentię ⁊ ꝓpria ⁊ accidentia cōmuniter ſed non ꝓprie alicui. ⁊ genera qdeꝫ de pluribꝰ p̄dicant̄ ſpeciebꝰ ſuis. ſpecies vero de pluribꝰ prędicātur indiuiduis. homo eni ꝙ eſt aīalis ſpecies plures ſub ſe homīes habꝫ de quibus appellari poſſit. Itē equus q ſubeſt aīali loco ſpeciei: plurimos habet indiuiduos equos de quibꝰ prędicat̄: differentia vero ipſa quoqꝫ de pluribꝰ ſpeciebꝰ dici poteſt: vt rōnale de homine ac de deo corporibuſqꝫ celeſtibꝰ: quę (ſicut Platoni placet) animata ſunt ⁊ ratione vigētia. ꝓpriū item ⁊ ſi de vna ſpecie prędicat̄: de multis tm̄ indiuiduis dicit̄: quę ſub ipſa ſpecie collocāt̄ vt riſibile de platone ſocrate ⁊ cęteris indiuiduis dicit̄ quę homini ſupponunt̄. accidens etiā de multis dicit̄. albuꝫ. n. ⁊ nigrū de multis oīno dici pōt: q̄ a ſe genere ſpecieqꝫ ſeiūcta ſunt. ſedere etiā de multis dicit̄ hō eni ſedet: ſimia ſedet: aues quoqꝫ quarū ſpecies lōge diuerſe ſunt: accidens aūt qm̄ ꝯmuniter accidēs eſſe poteſt ⁊ ꝓprie alicui: icirco determinauit dicēs accidētia ꝯmuniter ſed non ꝓprie. quę eni proprie alicui accidunt indiuidua fiunt: ⁊ de vno tm̄ valētia prędicari: ⁊ ea quę communiter accipiunt̄: de pluribꝰ dici queūt: vt eni de niue dictū eſt. illud albū qđ in hac niue ſubiecta eſt: nō eſt cōmuniter accidens ſed ꝓprie huic niui quę oculis oſtenſioniqꝫ ſubiecta eſt. ita quoqꝫ ex eo qđ cōmuniter prędicari poterat (de multis. n. albū dici poteſt: vt albꝰ equꝰ alba nix) factū eſt: vt de vna tm̄ niue prędicari illud albū poſſit: cuius participatiōe ipſum quale quid factum eſt ſingulare. Omnino autē omnia genera vl̄ ſpecies vl̄ differentias vel propria: vel accidētia: ſi ꝑ ſemetipſa ſpeculemur in eo ꝙ genera vel ſpecies vel differentię vl̄ ꝓpria vel accidentia ſunt: manifeſtū eſt qm̄ de pluribus prędicātur. at ſi ea ſpeculemur in quibus ſunt: vt ſcđm ſubiectū eorū formā ⁊ ſubaꝫ metiamur: euenit vt ex pluralitate p̄dicationis ad ſingularitatē videātur adduci. animal. n. qđ genus eſt: de pluribus p̄dicat̄: ſed cū hoc aīal in ſocrate conſideramꝰ: ex pluralitate p̄dicatiōis adducit̄ ad ſingularitatē: ſocrates. n. aīal eſt: ⁊ ipſum fit indiuiduū qm̄ ſocrates eſt indiuiduū ac ſingularis. Iteꝫ homo de pluribus quidē hominibus prędicatur: ſed ſi illā humanitatē q̄ in ſocrate eſt indiuiduo ꝯſideremꝰ: indiuidua eſt: qm̄ ſocrates ipſe indiuiduus eſt atqꝫ ſingularis. itē differētia vt rōnale de pluribꝰ dici pōt: ſed in ſocrate indiuidua eſt: riſibile etiā cū de pluribꝰ hoībꝰ p̄dicat̄: fit vnicū. coīter quoqꝫ accidens: ut albū: cuꝫ de pluribꝰ dici poſſit: in vnoquoqꝫ ſingulari ꝑſpectū indiuiduū eſt. Fieri aūt potuit cōmodior diuiſio hoc mō: vt eoꝝ q̄ prędicātur: alia qdē ad ſingularitatē dicunt̄: alia ad pluralitatē eorum quę de pluribus prędicātur: alia ſcđm ſubſtantiam prędicantur: alia ſcđm accidens: eorum quę ſcđm ſubſtantiā p̄dicātur: alia in eo qđ quid ſit dicunt̄: alia in eo ꝙ q̄le ſit. in eo ꝙ qd ſit quidē genꝰ ⁊ ſpēs: in eo ꝙ q̄le ſit differētia. itē eoꝝ q̄ in eo ꝙ qd ſit p̄dicātur: alia de ſpeciebꝰ p̄dicāt̄ pluribꝰ: alia minime: de ſpeciebus qdē pluribꝰ p̄dicant̄: ut genera: de nullis vō ſpēs: eoꝝ aūt q̄ ſcđm accidēs p̄dicātur: alia quidē ſunt: q̄ de pluribus p̄dicātur: ut accidētia: alia q̄ de vno tm̄: ut ꝓpria. Pōt aūt fieri etiā huiuſmōi diuiſio. eoꝝ quę p̄dicātur: alia de ſingulis p̄dicātur: alia de pluribus: eorū q̄ de pluribus: alia in eo ꝙ qd ſit: alia in eo ꝙ q̄le qd ſit p̄dicātur: ea q̄ in eo ꝙ qd ſit: alia de differētibꝰ ſpēbꝰ dicunt̄: vt genera. alia minime: ut ſpēs. eoꝝ aūt q̄ in eo ꝙ q̄le ſit: de pluribus p̄dicātur: alia qdē de differētibuſ ſpē p̄dicātur: ut differētię ⁊ accidētia coīter. alia de vno tm̄ ſpē: ut ꝓpria. eoꝝ vō q̄ de pluribus differentibus ſpē in eo ꝙ quale ſit p̄dicantur. alia in ſubſtātia p̄dicantur: vt differētię. alia in coīter eueniētibus: ut accidētia Et ꝑ hāc diuiſionē qnqꝫ harū reruꝫ diffinitiōes colligi poſſunt hoc modo. Genus eſt qđ de pluribus in eo ꝙ qd ſit ſpecie differentibus p̄dicat̄. Spēs qđ de pluribus minime ſpecie differentibus in eo ꝙ qd ſit: prędicat̄. Differētia eſt qđ de pluribꝰ ſpecie differentibus in eo ꝙ q̄le ſit in ſubſtātia p̄dicatur. Propriū ē ꝙ de vna tm̄ ſpecie in eo ꝙ q̄le ſit nō in ſubſtātia p̄dicat̄. Accidēſ eſt qđ de pluribus ⁊ ſpecie differentibus in eo ꝙ q̄le ſit nō in ſubſtātia p̄dicat̄. Et nos qdē has diuiſiones fecimus: ut oīa a ſemetipſis ſeparemus. Porphyrio vero alia intentio fuit. Non. n. omnia a ſemetipſis nunc diſiūgere feſtinabat: ſed tm̄ vt cętera a generis forma ⁊ proprietate ſepararet. Icirco diuiſit omnia quę p̄dicantur. aut in ea quę de ſingulis p̄dicātur: aut in ea quę de pluribus: ea vō quę de pluribꝰ prędicantur: aut genera eſſe dixit: aut ſpecies: aut cętera. hoꝝ quoqꝫ exēpla ſubijciēſ adiungit.

**Ab his ergo q̄ de vno ſolo prędicant̄: differūt genera: eo ꝙ hęc de pluribus dicunt̄ Ab his aūt q̄ de pluribus: a ſpeciebus qdē primuꝫ: qm̄ ſpēs ⁊ ſi de pluribus p̄dicant̄: nō tm̄ de differentibus ſpecie: ſed numero. hō eni cuꝫ ſit ſpecies: de ſocrate: ⁊ de platone p̄dicat̄: qui nō ſpecie a ſe inuicē differūt ſed numero. Aīal vō cū ſit genus: de hoīe equo: ⁊ boue p̄dicat̄: qui differunt a ſe inuicē ſpecie: nō numero ſolū. A proprio vero differt genus: qm̄ propriū de vna ſola ſpē cuius eſt ꝓpriuꝫ p̄dicat̄: ⁊ de his q̄ ſub vna ſpecie ſūt indiuiduis: quēadmodū riſibile**

de hoīe ſolo: ⁊ de particularibus hoībus genus autē nō de vna ſolū ſpecie ꝑdicatur: ſed de pluribus ⁊ differētibus. A differentia vero ⁊ ab his q̄ coiter ſunt accidētia: differt genus: qm̄ ⁊ ſi de pluribus ⁊ differentibus ſpecie ꝑdicētur differentię: ⁊ coiter accidētia: non tn̄ in eo qḋ qd ſit dicimus ꝑdicari: ſed potius in eo ꝙ quale eſt. Interrogantibus eni qd eſt illud de quo ꝑdicāt̄ hęc: genus reſpōdebimus: differētias autē ⁊ accidētia nō reſpōdebimus. Non eni in eo ꝙ qd eſt ꝑdicant̄ de ſubiecto: ſed magis in eo ꝙ quale ſit. Interrogantibus enim qualis eſt hō: dicimuſqꝫ ratōnalis: ⁊ qualis eſt coruus: dicimus ꝙ niger. Eſt autē rōnale differentia: nigrū vero accidēs: qm̄ autē qd eſt homo interrogamur: aīal reſpōdemus: eſt autē genus hominis animal.

Nunc genus a cęteris oībus: q̄ quolibet modo ꝑdicant̄: ſeparare cōtendit hoc modo. Qm̄ eni genus de pluribus ꝑdicat̄: ſtatim differt ab his quidē: q̄ de vno tm̄ ꝑdicant̄: ⁊ q̄ vnūquodlibet habēt indiuiduū: ac ſingulare ſubiectū: ſed hęc differētia generis ab his q̄ de vno ſolo ꝑdicant̄: cois eſt ei cū cęteris. i. ſpecie: differentia: ꝓprio atqꝫ accidēti. Iccirco qm̄ ipſa quoqꝫ de pluribꝰ ꝑdicant̄. hoꝝ igit̄ ſingulorū differētias a genere colligit: ut ſolū intelligēdū genꝰ: quale ſit: ſub animi deducat aſpectū dicens. Ab his autē q̄ de pluribus. i. ab his q̄ de pluribꝰ ꝑdicant̄: differt genus: a ſpeciebꝰ quidē primū: qm̄ ſpecies ⁊ ſi de pluribꝰ ꝑdicant̄: nō tn̄ de differētibꝰ ſpecie: ſed numero. Spēs eni ſub ſe plurimas ſpēs habere nō poterit: alioqn genꝰ nō ſpēs appellaret̄. Si. n. genus eſt qḋ de pluribus ſpecie differentibus ⁊ in eo ꝙ qd ſit predicatur: cum ſpecies de pluribus predicatur ⁊ in eo ꝙ qd ſit: huic ſi addatur: vt de ſpecie differentibꝰ predicetur: forma ſpeciei tranſit in generis. id quoqꝫ exemplo intelligi fas eſt. homo enim cū ſit ſpecies: predicatur de ſocrate platone ⁊ cęteris quę a ſe nō ſpecie diſiuncta ſunt: ſicut homo atqꝫ equꝰ vel bos: ſed numero. quę quidem habent dubitationē qd ſit hoc ꝙ numero dicitur differre. Numero enim differre aliqd videbitur quotiēs numerꝰ a numero differt: vt grex boū: qui forſitaſſe continet triginta boues: differt numero ab alio boū grege: ſi centū continet in ſe boues. in eo. enim ꝙ grex eſt: nō differūt: neqꝫ in eo ꝙ boues: niſi numero quidē differunt: ꝙ illi plures illi vero ſunt pauciores. Quo ergo ſocrates ⁊ plato ſpecie nō differunt: ſed numero: cū ⁊ ſocrates vnus ſit ⁊ plato vnus: ⁊ vnitas numero ab vnitate nō differat: ſed ita intelligēdū eſt qḋ dictum eſt numero differentibꝰ. i. in numerādo differētibꝰ: hoc ē dū numerātur differētibꝰ. cū eni dicimꝰ hic plato ē. hic ſocrates: duas fecimꝰ vnitates: ac ſi digito tāgamꝰ dicētes: hic vnꝰ eſt de ſocrate: rurſus de platone: hic vnꝰ eſt: nō eadē vnitas in ſocrate numerata eſt quę in platone: alioqn poſſit fieri: ut ſecūdo tacto ſocrate plato etiā demonſtraret̄: qḋ nō fit. niſi eni tetigeris ſocratē vel mēte vel digito: itēqꝫ niſi tetigeris platonē: nō facies duos dū numerant̄. ergo differūt q̄ ſunt numero differentia. Aīal vero cū genus ſit: de hoīe ⁊ boue ⁊ equo ꝑdicatur qui differunt a ſe inuicē ſpecie quoqꝫ non numero ſolo. cū igitur ſpecies de numero differentibus nō ſpecie predicetur genus de pluribꝰ ⁊ differētibus ſpecie dicit̄: vt de boue ⁊ equo: ⁊ de cęteris quę a ſe ſpecie īuicē differūt non numero ſolo. Tribus eni modis vnūquodqꝫ vel differre ab aliquo dicit̄: vl' alicui idē eſſe. i. genere ſpecie numero. quęcūqꝫ igitur genere eadē ſunt: nō neceſſe eſt eſſe eadē ſpecie: vt ſi eadē ſint genere differāt ſpecie. ſi vero eadē ſunt ſpecie: genere quoqꝫ eadē eſſe neceſſe eſt: vt cū homo atqꝫ equus idē ſunt genere (vterqꝫ eni aīal nūcupat̄) differūt ſpecie: qm̄ alia ē hoīs ſpēs: alia equi Socrates vero atqꝫ plato cū idē ſint ſpecie: idē quoqꝫ ſunt genere: vterqꝫ. n. ſub aīalis ꝑdicatiōe ponit̄. ſi qd vero vel genere vel ſpecie idē ſit: nō neceſſe eſt idē eſſe numero. quod ſi idē ſit numero: idē ⁊ ſpecie ⁊ genere eſſe neceſſe eſt: vt ſocrates ⁊ plato: cū ⁊ genere aīalis ⁊ ſpecie hominis idē ſint: numero tn̄ reperiunt̄ eſſe diſiūcti. gladius vero atqꝫ enſis idē ſunt numero: nihil. n. oīno aliud eſt enſis quā gladiꝰ: ſꝫ nec ſpecie diuerſe ſunt. vtrūqꝫ eni gladius eſt: nec genere: vtrūqꝫ enim inſtrumentū ē: quod eſt gladij genus: qm̄ igit̄ homo bos atqꝫ equus de quibꝰ animal ꝑdicatur: ſpecie differūt: numero ergo etiā eos differre neceſſe eſt. iccirco hoc plus habet genus qḋ a ſpecie differētibꝰ ꝑdicat̄. nā ſi integrā generis diffinitionē demus: dabimus hoc mō. Genꝰ eſt qḋ de pluribꝰ differentibꝰ ſpecie ⁊ numero in eo ꝙ qd ſit ꝑdicatur At vō ſic ſpecies. Spēs eſt ꝙ nō ſolū de pluribus ⁊ differētibus numero in eo ꝙ qd ſit ꝑdicat̄. a ꝓprio vō differt genus: qm̄ ꝓpriū de vna ſola ſpecie: cuiꝰ eſt ꝓpriū ꝑdicat̄: ⁊ de his q̄ ſub vna ſpecie ſunt indiuiduis: quē admodū riſibile de hoīe ſolo: ⁊ de particularibꝰ hoībus ꝓpriū ſꝑ ſpeciei vni adeſſe pōt: neqꝫ eā relinqt: nec trāſit ad aliā. atqꝫ iccirco ꝓpriū nuncupatū eſt: ut riſibile hoīs eſt. itaqꝫ ⁊ de ea ſpecie cuiꝰ eſt ꝓpriū ꝑdicat̄: ⁊ de his indiuiduis: q̄ ſub illa ſunt ſpecie: ut riſibile de hoīe dicit̄ ⁊ de ſocrate ⁊ de platone ⁊ cęteris: q̄ ſub hoīs noīe ꝯtinētur. genꝰ vō nō de vna tm̄ ſpecie: ut dictū ē: ſed de pluribꝰ ⁊ differētibꝰ ſpecie. differt igit̄ genꝰ a ꝓprio eo ꝙ de pluribꝰ ſpeciebꝰ ꝑdicat̄: cū ꝓpriū de vna tm̄ de q̄ dicit̄ appellet̄: ⁊ his quę ſub illa ſunt indiuiduis. Differētię atqꝫ accidētis diſcrepātia a genere vna ſeꝑatiōe ꝯcludit̄. Oīno. n. quia hęc in eo qḋ qd ſit minime ꝑdicant̄: eo ipſo ſegregant̄ a genere. nā in cęteris ꝓpinqua ſunt generi. nā ⁊ de pluribꝰ ꝑdicant̄: ⁊ de ſpecie differētibꝰ: ſed nō in eo ꝙ qd ſit. Siqs. n. interroget qualis ē hō: rn̄detur rōnalis: q̄ eſt differētia. Siqs interroget qualis eſt coruus: dicit̄ niger: qḋ eſt accidens. Si autē interroges qd eſt hō: aīalis rn̄debitur: quod eſt genus Qḋ vō ait. nec in eo ꝙ qd ſit ꝑdicari dicimus: ſed magis in eo ꝙ quale ſit: hoc magis q̄ſtioni occurrit hmōi. Ariſt. n. differētias in ſuba putat oportere ꝑdicari: qḋ aūt in ſuba ꝑdicat̄: hāc rem de qua ꝑdicat̄: nō quale ſit: ſed qd ſit: oſ̄dit. vnde nō videt̄ differētia in eo ꝙ quale ſit ꝑdicari: ſed potiꝰ in eo ꝙ qd ſit. ſed ſoluit̄ hoc modo. differētia. n. ita ſubam demōſtrare ſolet: ut circa ſubā q̄litatē determinet. i. ſubā q̄litatē ꝓferat: qḋ ergo dictū ē magis: tale ē tāqꝫ ſi diceret. videt̄ qdē ſubā ſignificare: atqꝫ in eo ꝙ qd ſit ꝑdicari. Sꝫ magis illud ē veriꝰ: q: tā ⁊ ſi ſubſtātiā mōſtret: tn̄ in eo ꝙ q̄le ſit ꝑdicat̄.

Quare de pluribus ꝑdicari: diuidit genus ab his q̄ de vno ſolo dicuntur: ſicut indiuidua. de differētibus vero ſpecie ſeparat genus ab his q̄ ſicut ſpēs ꝑdicant̄: vel ſicut ꝓpria: in eo qd ſit ꝑdicari diuidit a differētijs ⁊ coiter accidētibus: q̄ nō ī eo ꝙ qd ꝑdicāt̄ ſed magis in eo ꝙ q̄le eſt vel quō ſe habēs

Tria hęc eſſe diximus quę ſignificationē hanc tertiā generis informarent: ideſt de pluribꝰ predicari: de ſpecie differentibus: ⁊ in eo ꝙ quid ſit. quę ſingule partes genus a cęteris quę quomodolibet predicantur diſtribuunt ac decernūt. quod ipſe breuiter colligēs dicit. id enim quod de pluribus predicatur genus ab his diuidit quę de vno tm̄ predicantur indiuiduo. Indiuiduū autem pluribus modis dicitur. dicitur indiuiduū qḋ omnino ſecari non poteſt: vt vnitas vel mens. dicitur indiuiduum: quod ob ſoliditatē diuidi nequeat: vt adamas. dicitur autem indiuiduū cuius predicatio in reliqua ſimilia non conuenit: vt ſocrates. nam cū illi ſint cęteri homines ſimiles: non conuenit proprietas ⁊ predicatio ſocratis in ceteris. ergo ab his quę de vno tm̄ ꝑ predicant̄: genus differt. eo ꝙ de pluribus predicatur. Reſtant igitur quattuor ſpecies ⁊ propriū ⁊ differentiā ⁊ accidens: quorū a genere differentias colligamus. ſingulis igitur differentijs ab his rebus ſegregabitur genus. ea qdem differentia qua de ſpecie differētibꝰ predicari genus dicitur: ſeparatur ab his quę ſicut ſpecies ꝑdicantur vel ſicut propria ſpecies: ſpecies enim omnino de nulla alia ſpecie dicitur: ꝓprium vero de vna tm̄ ſpecie predicatur: atqꝫ ideo non de ſpecie differentibꝰ. Itē genus a differētia ⁊ accidente differt: quod in eo ꝙ quid ſit predicatur: illa vero in eo quod quale ſit appellantur ut dictum eſt. itaqꝫ genus quidē ab his quę de vno predicantur: differt in quātitate predicationis. a ſpeciebus vero ⁊ proprio in ſubiecto: ū natura: qm̄ genus de ſpecie differentibus dicit̄: propriū vero ⁊ ſpecies minime. Item genus in qualitate predicationis a differentia accidentiqꝫ diuiditur. Qualitas eni predicationis quędā eſt: vel in eo quod quid ſit. vel in eo qḋ quale ſit ꝑdicari

Nihil igitur neqꝫ ſuperfluū: neqꝫ minus cōtinet generis dicta deſcriptio notionis.

Omnis enī deſcriptio vel diffinitio debet ei quod diffinitur ęquari. ſi enim diffinitio non ſit ęqualis: ⁊ ſi quidē maior ſit: etiam quędam alia cōtinebit: nō neceſſe eſt vt ſꝑ diffiniti ſubſtātiā mōſtret: ſi minor ſit: ad oēm diffinitionem ſubſtantie non peruenit. omnia eni quę maiora ſunt de minoribus predicant̄: vt animal de homine: minora vero de maioribus minime. nemo enī vere dicere poteſt. omne animal homo eſt. atqꝫ iccirco ſi ſibi predicatio conuertenda eſt equalis oportet vt ſit. id autem fieri poteſt: ſi neqꝫ ſuperfluū quicqꝫ habet. neqꝫ diminutū: vt in ea ipſa generis deſcriptione. dictū eſt enim genus eſſe quod de pluribus differentibꝰ ſpecie in eo ꝙ quid ſit predicatur. quę deſcriptio cū genere conuerti pōt: vt dicamus: ꝙ de pluribꝰ ſpecie differētibus in eo ꝙ quid ſit predicetur: id genꝰ eſſe. quod ſi conuerti poteſt (vt ait) nec plus nec minꝰ generis cōtinet facta deſcriptio.

Superior diſputatio de genere videt̄ forſitā omnē etiā ſpeciei cōſumpſiſſe tractatū: nam cum genꝰ ad aliquid predicetur: ideſt ad ſpeciem cognoſci natura generis nō poteſt: ſi ſpeciei quę ſit intelligētia neſciatur. Sed qm̄ diuerſa eſt in ſuis naturis eorum cōſideratio: atqꝫ diſcretio diuerſa in ꝑmixtis: iccirco ſicut ſingula in prohemio ꝓpoſuit: ita cūcta diuidere perſequit̄. ac ꝑmū poſt generis diſputationē de ſpecie tractat: de qua qdē dubitari poteſt. ſi enim hęc fuit ratio preponēdi generis reliquis omnibus ꝙ naturę ſuę magnitudine cętera cōtineret: non equū erat ſpeciē differentię in ordine tractatus anteponere: ꝙ differentia ſpeciem cōtineret: cū preſertim differentię ipſas ſpecies informēt. prius autem eſt ꝙ informat ꝗ̄ id quod eius informatione perficitur. Poſterior igitur ſpecies a differentia eſt: prius igitur de differentia tractandum fuit: ⁊ in prohemio etiam cōſentiret: in quo eū ordinem collocauit: quem naturalis ordo ſuggeſſit: dicens utile eſſe noſſe qd genus ſit: ⁊ qd differentia. huic reſpondendū eſt queſtioni: qm̄ omnia quecūqꝫ ad aliqd predicātur: ſubſtantiū ſemꝑ ex oppoſitis ſumūt. vt igitur non poteſt eſſe pater niſi filius ſit nec filius niſi precedat pater: alteriuſqꝫ nomē pendet ex altero: ita etiā in genere ac ſpecie videre licet. ſpecies qppe niſi generis non eſt: rurſuſqꝫ genus eſſe non poteſt niſi referatur ad ſpeciem. nec vero ſubſtantię quędā aut res abſolutę eſſe putandę ſunt genus ac ſpecies: vt ſuperiꝰ quoqꝫ dictū eſt. ſed quicquid illud eſt quod in naturę proprietate conſiſtat: id tūc genus ſit ac ſpecies: cū vel ad inferiora vel ad ſuperiora referuntur. Quorum ergo relatio eſt ad alterutrum: eorum continēs factus ē iure tractatus. de ſpecie igitur inchoans ait hoc modo,

Species autē dicit̄ quidē ⁊ de vniuſcuiuſqꝫ forma: ſcōm qḋ dictū eſt Primū quidē ſpecies digna ē imperio: dicit̄ autē ſpēs ⁊ ea q̄ eſt ſub aſſignato genere: ſcōm qḋ ſolemus dicere: hoīe quidē ſpeciem aīalis: cū ſit genus animal: album autē coloris ſpeciē: triangulū vero figure ſpeciem.

Sicut generis ſupra diſtinxit ſignificationes equiuocas: ita quidē in ſpecie facit dicens nō eſſe ſpeciei ſimplicem ſignificationem. ⁊ ponit quidē duas. longe aūt plures eē manifeſtū eſt: quas iccirco preterijt ne lectoris animū prolixitate confunderet. dicit autē primū quidē ſpeciem vniuſcuiuſqꝫ figurā vocari: quę ex accidentiū congregatione ꝑficitur. cautiſſime autē dictū eſt vniuſcuiuſqꝫ: hęc eni ſcōm accidēs dicitur. quę enī vnicuiqꝫ forma indiuiduo eſt: ea nō ex ſubſtantiali quadā forma ſpecies: ſed ex accidētibus venit. alia eſt enim ſubſtantialis forme ſpecies: quę humanitas nuncupatur: eaqꝫ nō eſt quaſi ſuppoſita aīali: ſed tanqꝫ ipſa qualitas ſubſtantiā monſtrans. hęc enī ⁊ ab hac diuerſa eſt: quę vniuſcuiuſqꝫ corpori accidentaliter inſita eſt: ⁊ ab ea quę genus deducit in partes. poſtremū vero plura ſunt: quę cum eadem ſint: diuerſis tn̄ modis ad aliud atqꝫ aliud relata intelliguntur: vt hanc ipſam humanitatem in eo ꝙ ipſa eſt ſi ꝓſpexeris ſpēs eſt ea q̄ ſubſtātialē determinat qualitatē: ſi ſub animali eā intelligēdo locaueris deducit animalis in ſe participationem. ſeparaturqꝫ a cęteris animalibus: ac ſit ſpecies generis: ꝙ ſi vniuſcuiuſqꝫ proprietatem conſideres: ideſt quā viridis vultus: quā firmius inceſſus: cęteraqꝫ quibus īdiuidua cōformant̄: ⁊ quodāmodo depingunt̄: hęc eſt accidēs ſpecies: ſcōm quam dicimus quēlibet imperio eſſe aptū propter forme eximiā dignitatē. huic aliā adiungit ſpeciei ſignificationē: ideſt eam quā ſupponimus generi. Nos vero triplicem ſpeciei ſignificationem eſſe ſubijcimus: vnam quidē ſubſtantie qualitatē: aliā cuiuſlibet propriā formā indiuidui: tertiā de qua nunc loquitur quę ſub genere collocatur. Credendum vero eſt propter obſcuritatē eius quam nos adiecimus: quia nimirū altiorem atqꝫ eruditiorē quęreret intellectum: eam tacite pręterijſſe: cęteraſqꝫ edidiſſe. cuius quidē ſpeciei hęc exēpla ſubiecit ⁊ hominē quidem eſſe aīalis ſpeciē: albū aūt coloris: triangulū vero figurę. hęc enī omnia ſpecies nūcupantur: eorūqꝫ ſunt genera: animal quidē hominis: color autē albi: figura trianguli.

Quod ſi etiā genus aſſignātes ſpeciei meminimus dicētes quod de pluribus ⁊ differentibus ſpecie in eo quod quid predicatur ⁊ ſpeciem dicimus id quod ſub aſſignato genere eſt.

Dudum autem cū generis deſcriptionē aſſignaret in generis diffinitione ſpeciei nomen iniecit dicens: id eſſe genus quod de pluribus ſpecie differētibus in eo ꝙ quid ſit predicaretur: vt ſcilicet per ſpeciei nomen diffiniret genus. nunc vero cum ſpeciem diffinire contendat generis vtitur nuncupatione dicens: ſpeciem eſſe: quę ſub genere ponatur: cui quidem dicto illa queſtio iure videtur opponi. omnis enim diffinitio rem declarare debet: quam diffinitione concludit: eamqꝫ apertiorem reddere: quam ſuo nomine monſtrabatur. Ex notioribus igitur fieri oportet diffinitionem quā res illa ſit: quę diffinitur. cum. n. per ſpeciei nomen deſcribe-

ſer: vel diffiniret genus: abuſus eſt vocabulo ſpeciei velut notiore ꝙ̄ generis: atqꝫ ita ex notioribus deſcripſit genus: nunc vero cum ſpeciem vellet termino deſcriptionis includere: generis vtitur nomine: rerum conuertit notionem: vt in generis quidem deſcriptione ſit notius ſpeciei vocabulum: in ſpecie autem deſcriptione ſit notius generis: qđ fieri nequit. ſi enim generis vocabulum notius eſt quam ſpeciei: in diffinitiõe generis ſpeciei nomine vti non dubuit. Qđ ſi ſpeciei nomē facilius intelligitur ꝙ̄ generis: in diffinitiõe ſpeciei nomen generis nõ fuit apponendū: cui queſtioni occurrit dicēs

**Noſſe oportet ꝙ quoniā genus ⁊ alicuius eſt genus: ⁊ ſpecies alicuius eſt ſpecies: idcirco neceſſe eſt ⁊ in vtrorūqꝫ rationibus vtriſqꝫ vti.**

Omnia queçūqꝫ ad aliquid p̄dicantur: ex his de quibus predicantur: ſubſtantiam ſortiuntur. ꝙ ſi diffinitio vniuſcuiuſqꝫ ſubſtantie proprietatem debet oſtendere: iure ex alterutro ſit deſcriptio in his que ad ſe inuicem referuntur. ergo quoniam genus ſpeciei genus eſt: ⁊ ſubſtantiam ſuam ⁊ vocabulum genus a ſpecie ſumit: in diffinitionem generis ſpeciei nomen fuit aduocandum. Quoniam vero ſpecies id quod eſt ſumit ex genere: nomen generis in deſcriptione ſpeciei nõ fuit relinquendum. quoniam vero diuerſe ſunt ſpecierum qualitates. alie enim ſunt ſpecies: que ⁊ genera eſſe poſſunt: alie que in ſola ſpeciei ꝓprietate permanent: neqꝫ in naturam generis tranſeunt: iccirco multiplicem ſpeciei diffinitionem dedit dicens.

**Aſſignant ergo ⁊ ſic ſpeciē. Species ē que ſub genere ponitur: ⁊ de qua genus in eo ꝙ quid ſit p̄dicatur. Amplius autē ſic quoqꝫ ſpecies eſt: que de pluribus ⁊ differētibus numero in eo ꝙ quid ſit predicatur: ſed hec quidē aſſignatio ſpecialiſſime eſt: ⁊ q̄ ſoluꝫ ſpēs eſt: alie vero ⁊ nõ ſpecialiſſimaꝝ.**

¶ Tribus ſpecies diffinitionibus informauit: quarū quidem due omni ſpeciei conueniūt: omneſqꝫ que quolibet modo ſpecies appellantur: ſuā cõcluſione determināt: tertia vero non ita: cū enī due ſint ſpecierum forme: vna qdē eſt cū ſpecies alicuius aliquando etiā alterius genus eſſe poteſt: altera cū tm̄ ſpecies eſt neqꝫ i formam generis tranſit. Priores due: vna. ſ. in qua quidē dictuꝫ eſt id eſſe ſpeciem qđ ſub genere ponitur: ⁊ rurſus in qua dictum eſt id eſſe ſpeciem: de qua genus i eo ꝙ quid ſit predicetur: omni ſpeciei conueniunt. Id eniꝫ tantum he diffinitiones monſtrant: quod ſub genere ponitur nam vim ſignificat ſpeciei: qua refert ad genus ⁊ ea que dicit id eſſe ſpeciem: de quo genus in eo qđ qđ ſit p̄dicatur: eā rurſus ſignificat ſpeciei formaꝫ quā retinet ex generis predicatiõe. idē eſt aūt ⁊ ſupponi generi: ⁊ de eo predicari genus: ſicut idem eſt ſupponi generi: ⁊ ei genus preponi. Quod ſi omnes ſpecies collocātur ſub genere: manifeſtū eſt omnem ſpeciem hoc ambitu deſcriptionis includi. Sed tertia diffinitio de ea tantū ſpecie loquetur: que nunqꝫ gen⁹ eſt: ⁊ que ſolū ſpecies reſtat. hec autem ſpecies eſt ea: que de differentibus ſpecie minime p̄dicatur. nam ſi id habet genus plus a ſpecie: quid de differētibus ſpecie predicatur: ſi qua ſpecies quidem predicet̄ de ſubiectis: ſed non de ſpecie differentibus: ea ſoluꝫ erit ſpecies ſuperioris generis: ſubiectorum vero non erit genus: igitur predicatio ea quā ſpecies habet ad ſubiecta: ſi talis ſit: vt de differentibus ſpecie non predicetur: diſtinguit eam ab his ſpeciebus: que genera eſſe poſſunt: ⁊ monſtrat eam ſolū ſpeciem eē nec generis predicationem tenere dicitur. Illa igitur tertia deſcriptio ſpeciei que magis ſpecies ac ſpecialiſſima diffinitur hoc modo. Species eſt quod de pluribus numero differentibus in eo quod quid ſit predicatur: vt homo: predicat̄ eniꝫ de cicerone ac demoſthene ⁊ ceteris qui a ſe (vt dictum eſt) non ſpecie ſed numero diſcrepant. Ex tribus igitur diffinitionibus duabus quidē ⁊ ſpecialiſſimas ⁊ non ſpecialiſſimas ſpecies claudit: hec vero tertia ſolum vltimam ſpeciem tangit. Ut autē apertius id liqueat paulo altius rem orditur: eamqꝫ cõgruis illuſtrat exemplis.

**Planū autē erit quod dicitur hoc modo: in vnoquoqꝫ predicamento ſunt quedā generaliſſima: ⁊ rurſus alia ſpecialiſſima: ⁊ inter generaliſſima ⁊ ſpecialiſſima ſunt alia. Eſt autē generaliſſimuꝫ quidē: ſupra quod non eſt aliud ſuperueniēs genus. Specialiſſimū autē poſt quod non eſt alia inferior ſpecies. Inter generaliſſimū autē ⁊ ſpecialiſſimuꝫ alia genera ⁊ ſpecies ſunt eadē: ad aliud tamē ⁊ ad aliud ſumpta. Sit autē manifeſtuꝫ in vno predicamēto quod dicitur. ſubſtantia eſt quidem ⁊ ipſa genus: ſub hac aūt ē corpus: ⁊ ſub corpore aīatū corpus: ſub quo aīal: ſub aīali vō rõnale aīal: ſub quo hõ ſub homine vō ſocrates ⁊ plato: ⁊ q ſūt ꝑticulares homines. Sed hoꝝ ſubſtātia quidē generaliſſimuꝫ eſt ⁊ genus ſolum. hõ vero ſpecialiſſimuꝫ ⁊ ſoluꝫ ſpecies. corpus vero ſpecies eſt ſubſtantie: genus vero corporis animati: ⁊ animatū corpus ſpecies quidē eſt corporis: genus vero animalis: animal vero ſpecies quidem eſt corporis animati: genus vero aīalis rationalis: ſed rationale animal ſpēs quidē eſt animalis: genus autē hominis: homo vero ſpecies eſt rationalis animalis: nõ autē genus particulariū hominū: ſed ſoluꝫ ſpecies: ⁊ oē quod ante indiuidua proximuꝫ eſt: ſpecies erit ſolum: non etiam genus.**

¶ Prediximus ab Ariſto. decē p̄dicamenta eſſe diſpoſita: q̄ iccirco p̄dicamenta vocauerit: qm̄ de ceteris omnib⁹ p̄dicant̄: ſi qꝫqđ vō de alio p̄dicat̄ ſi nõ potuerit p̄dicatio cõuerti: maior ē res illa q̄ p̄dicat̄: ab ea de qua p̄dicat̄. Itaqꝫ hec p̄dicamēta maxima omniū rerū: qm̄ de oībus p̄dicant̄: oſtēſa ſunt. In vno quoqꝫ igit̄ hoꝝ p̄dicamētoꝝ quedā generaliſſima ſunt genera: ⁊ ē lõga ſeries ſpecieꝝ: atqꝫ a maxio decurſ⁹ ad minima. Et illa qdē q̄ de ceteris p̄dicāt̄, vt genera: neqꝫ vllis alijs ſupponunt̄ ut ſpēs: generaliſſima genera nuncupantur. Iccirco quia his nullū aliud ſupponit̄ genus. Infima vero que de nullis ſpeciebus dicūtur: ſpecialiſſime ſpecies appellātur: iccirco quoniā integrū cuiuſlibet rei vocabuluꝫ illa ſuſcipiunt: que pura inmixtaqꝫ in ea de q̄ queritur proprietate ſunt conſtituta. at quoniā ſpecies id quod ſpecies eſt ex eo habet nomē: quia ſupponitur generi: ipſa erit ſimplex ſpecies: ſi ita generi ſupponatur vt nullis alijs differētijs preponat̄ vt gen⁹. Spēs. n. que ſic ſupponitur generi alij: vt alij preponatur: non eſt ſimplex ſpecies: ſed habet quādam generis mixtionē illa vero ſpecies que ita ſupponitur generi vt minime ſpeciebus alijs preponatur: illa ſolū ſpecies ſimplex eſt ſpecies: atqꝫ iccirco ⁊ maxime eſt ſpecies: ⁊ ſpecialiſſima nūcupat̄. inter genera igit̄ que ſūt generaliſſima ⁊ ſpēs que ſunt ſpecialiſſime: in medio ſunt quedam que ſuperioribus quidem collate ſunt ſpecies: inferioribus vero genera: hec ſubalterna genera nuncupant̄: ꝙ ita



ſunt genera vt alterū ſub altero collocetur. Qđ igit̄ genus ſolum eſt: id dicit̄ generaliſſimū genus: que vero ſunt genera ut eſſe ſpecies poſſint: vl' ita ſpecies ut ſint genera nõnunqꝫ ſubalterna genera vel ſpecies appellātur. Qđ vero ita eſt ſpecies vt alij genus eſſe non poſſit: ſpecialiſſima ſpecies dicit̄. His ergo poſitis ſumamus p̄dicamenti vnius exemplum: vt ab eo in ceteris quoqꝫ p̄dicamentis atqꝫ in ceteris generibus vt ſpeciebus ſilo atqꝫ ordine qđ eueniat poſſit agnoſci. ſubſtantia ergo generaliſſimū genus eſt. hoc enim de cunctis alijs p̄dicat̄: ac primū huius ſpecies due ſunt. corporeū: ⁊ incorporeū. nam ⁊ quod corporeū eſt ſubſtantia dicit̄: ⁊ item quod incorporeū eſt ſubſtantia p̄dicat̄. ſub corporeo vō animatū atqꝫ inanimatū corpus ponitur. Sub animato corpore animal ponit̄. nam ſi ſenſibile adijcias animato corpori animal facis. reliqua vō pars id eſt ſpecies continet inanimatū ⁊ inſenſibile corpus. Sub animali aūt rõnale atqꝫ irrationale. Sub rõnali deus ⁊ homo. nam ſi rõnali mortale ſubieceris hominē conſtitues: ſi imortale deum. deum vō dico corporeū. hunc enim munduꝫ veteres deum vocabant: ⁊ Iouis eum appellatione dignati ſunt: deūqꝫ ſolem ceteraqꝫ celeſtia corpora: que animata eſſe tum Plato: tum plurimus doctoꝝ chorus arbitratus eſt. ſub hoīe vō indiuidui ſingulareſqꝫ hoīes ſunt ut Plato: Cato: Cicero: quoꝝ numerū pluralitas infinita non recipit: cuius rei ſubiecta deſcriptio ponit exemplū.




¶ Superius diſpoſita deſcriptio ordinem a generaliſſimo vſqꝫ indiuidua predicationis oſtendit. in qua quidem ſubſtantia generaliſſimū dicitur genus: quoniam prepoſita eſt oībus: nulli vero ipſa ſupponit̄: ⁊ ſolum genus propter eandē ſcilicet dicit̄ cauſam. homo autē ſpecies ſolum: quoniā Plato Cato Cicero quib⁹ eſt ipſa prepoſita: non differūt ſpecie: ſed numero tantū Corporeum vero quod ſcđm a ſubſtantia collocatur: ⁊ ſpecies eſſe probatur ⁊ genus: ſubſtantie ſpecies genus animati. at vero animatum genus eſt animal corporei ſpecies. eſt autē animatū genus ſenſibilis: animatum vero ſenſibile animal eſt. igitur ipſum animatū ꝓpter propriā differentiā que eſt ſenſibile: recte genus dicitur eſſe animalis. animal vero rationalis genus eſt: ⁊ rationale mortalis. cumqꝫ rationale ⁊ mortale nihil aliud ſit ꝙ̄ homo: rationale ſit animalis ſpecies: hominis vero genus: homo vero ipſe ſpecies catonis platonis ciceronis non erit (vt dictū eſt) gen⁹ ſed ſolū ſpēs. nec ſolum differētie rationalis ſpecies eſt homo. verūetiā catonis ⁊ platonis ceteroꝝqꝫ ſpecies appellat̄: ꝓpter diuerſam ſcilicet cauſam. nam rationalis iccirco eſt ſpecies: qm̄ rationale per mortale atqꝫ īmortale diuiditur. cū ſit ⁊ homo mortale. idem vero homo ſpecies eſt platonis atqꝫ ceterorum: in forma enī eorum omniū homo erit ſubſtantialis atqꝫ vltima ſimilitudo. Eſt aūt cõmunis omniū regula: eſſe eas ſpecies ſpecialiſſimas que ſupra ſola indiuidua collocātur: vt homo equ⁹ coruus: ſed nõ auis. auiū nanqꝫ multe ſunt ſpecies: ſed he tantū ſpecies dicuntur eſſe: quorū ſubiecta ita ſibi ſunt ꝯſimilia: vt ſubſtantialem differentiā habere nõ poſſint. In omni aūt hac diſpoſitione priora genera cum inferioribus cõiunguntur: vt poſteriores efficiant ſpecies. nam vt ſit corpus ſubſtantia cū corporalitate coniungitur: ⁊ eſt ſubſtantia corporea corpus. Item vt ſit animatū corporeū atqꝫ ſubſtantia animato copulatur: ⁊ eſt animatū ſubſtantia corporea habens animaꝫ. Item vt ſit ſenſibile: eidem tria ſuperiora illa iunguntur. Nam quod eſt ſenſibile: tantū eſt quantū ſubſtantia corporea animata retinens ſenſum: quod tantuꝫ animal eſt. Item ſuperiora omnia rationali iuncta rationale efficiunt: poſtremo hominē ſuperiora omnia nihilomin⁹ termināt: id eſt ſubſtantiaꝫ hominis: addito tamen rationali ⁊ mortali. eſt enim homo ſubſtantia corporea animata ſenſibilis rationalis mortalis. Nos vero diffinitionem hominis reddimus dicentes: animal rationale mortale. in animali ſcilicet includentes ⁊ ſubſtantiā ⁊ corporuꝫ ⁊ animatum atqꝫ ſenſibile. ⁊ in ceteris quidem ſpeciebus atqꝫ generibus ad hunc modum vel diuidūtur genera: vel ſpecies deſcribuntur.

**Quemadmodum igitur ſubſtantia cuꝫ ſuprema ſit eo qđ nihil ſupra eam ſit genus: eſt generaliſſimum: ſic ⁊ homo cum ſit ſpecies: poſtꝗ̄ non eſt alia ſpecies: neqꝫ aliud eoꝝ que poſſunt diuidi in ſpecies: ſed ſolū indiuidua (indiuiduū enī eſt ſocrates ⁊ plato) ſpecies erit ſoluꝫ: ⁊ vltima ſpecies: (vt dictum eſt) ſpecialiſſima: que vero ſunt in medio: eoꝝ quideꝫ que ſupra ipſa ſunt ſpecies erunt: eorum vero que poſt ipſa genera ſunt. quare hec quidem duas habent habitudines: illam que eſt ad ſuperiora: ſecundum quam ſpecies dicuntur eſſe ipſorum ⁊ eam que eſt ad poſteriora: ſecunduꝫ quā genera ipſoꝝ eſſe dicuntur. Extrema vero habent vnam habitudinē: nā ⁊ generaliſſimū ad ea que poſteriora ſunt: habet habitudineꝫ: cum genus ſit omnium id quod eſt ſuppremuꝫ: eam vero que eſt ad ſuperiora nõ habet cū ſit ſuppremū ⁊ principiū primū ⁊ (vt diximus) ſupra quod nõ eſt aliud ſuperueniens genus. Specialiſſimuꝫ autem vnam habet habitudinē: eam que eſt ad ſuperiora: quorum eſt ſpecies: eam vero que eſt ad poſteriora non diuerſam habet: ſed ⁊ indiuiduorum ſpecies dicitur. Sed ſpecies quidem dicitur indiuiduoruꝫ velut ea continēs. ſpecies vero ſuperioruꝫ velut ea que ab illis continetur.**

Ex proportione ſpeciei nomen etiā generis oſtenditur nam vt genus: quoniā non habet genus ſupra ſe generaliſſimū genus dicitur. vt ſubſtantia: ita ſpecies: qm̄ non habet ſub ſe ſpeciē ſed indiuidua: ſpecialiſſima ſpecies dicitur: vt homo. qđ aūt eſt ſpecies non habere ſub ſe. i. his preeſſe: que neqꝫ in diſſimilia diuidi poſſunt: ut genera diuiduntur: neqꝫ in ſimilia ſecātur ut ſpecies.

Que vero inter genera generaliſſima: ſpecieſqꝫ ſpecialiſſimas cõſtituta ſunt: ille vero ſpecies ⁊ genera nũcupãtur: que ⁊ ipſa aliis ſupponũtur: ⁊ his alia ſubijciũtur. Quoꝝũ in diſſimilia vel in ſimilia poſſunt eſſe partiones. Cũqꝫ due habitudines ⁊ quaſi comparationes ſint oppoſite: que in omnibus generibꝰ ſpeciebuſqꝫ verſantur: vna quidẽ que ad ſuperioꝛa reſpiciat: vt ſpecierũ que ſuis generibus ſupponũtur: alia vero q̃ ad inferioꝛa: ut generũ cũ ſpeciebus pꝛopꝛijs pꝛeponũtur: generaliſſima quidẽ genera vnam tñ retinẽt habitudinẽ eam. ſ. que inferioꝛa amplectitur: illã vero que ad ꝑpoſita cõparatur nõ habet. Generaliſſimũ enĩ genus nulli ſupponitur. Item ſpecies ſpecialiſſima vnã poſſidet habitudinẽ per quã. ſ. ad ſola genera cõparatur. Illam vo que ad inferioꝛa cõmittitur: nõ habet: nullis enim ſpeciebus ipſa pꝛeponitur. at vero que ſubalterna ſũt genera vtraqꝫ habitudine fungũtur: naꝫ ⁊ illã poſſidẽt que ad ſuperioꝛa reſpicit: qm̃ que ſubalterna ſunt habent ſuperpoſitũ genus: ⁊ illam que de inferioꝛibꝰ pꝛedicatur. habent enĩ ſubalterna genera ſuppoſitas ſpecies vt coꝛpoꝛeũ ad ſubſtãtiam quidẽ eam retinet habitudinem: qua poteſt poni ſub genere: ad aĩatum vero eam qua poteſt de ſpecie pꝛedicari. Specialiſſime vero ſpecies licet ipſe indiuiduis pꝛeponantur: tamẽ ſuppoſiti habitudinẽ nõ habent: idcirco qm̃ illa que ſpeciei vltie ſupponũtur: talia ſunt: vt quãtum ad ſubſtãtiaꝫ vnuꝫ quiddam ſint nõ habentia ſubſtantialem differentiã ſed accidentalem. efficitur ergo vt numero ſaltẽ diſtare videantur: vt pene dici poſſint ⁊ pluribus pꝛeeſſe ſpecies: ⁊ quodãmodo nulli omnino eſſe ꝑpoſite. nam cũ ſpecies ſubſtantiam monſtrat: vna eſt omniũ indiuiduoꝝ ſub ſpecie poſitoꝝ ſubſtãtia: quodãmodo nulli pꝛepoſita ẽ: ſi ad ſubſtãtiã quis velit aſpicere: at ſi accidẽtia quis cõſideraret: plures de quibus ꝑdicatur ſpecies: ſiunt non ſubſtãtie diuerſitate ſed accidẽtiũ multitudine. itaqꝫ fit ut genus quidẽ ſemper plurimas ſub ſe habeat ſpẽs. de differentibus enim ſpecie ꝑdicatur. differentia vero niſi pluralitati nõ cõuenit. at vo ſpecies ẽt vni aliquñ indiuiduo ꝑeſſe poteſt. ſi enim vnus (vt perhibetur) eſt phenix: phenicis ſpecies de vno tñ indiuiduo ꝑdicatur. Solis etiã ſpecies vnũ ſolem intelligitur habere ſubiectũ. ita nullam multitudinẽ ſpecies per ſe cõtinẽt: cum etiã ſi vnũ ſit tñ indiuiduũ: ſpeciei tamẽ non pereat intellectus: quibuſdaꝫ enĩ ſuis quaſi ſimilibus partibus pꝛeeſt. vt ſi eris virgulaꝫ in partes ſuas vel ereas particulas diuidas ſcđm id quod es dicitur ⁊ partes eſſe intelligitur ⁊ totũ. Idcirco dictã ſpeciem licet: ⁊ ſi ſit indiuiduis pꝛepoſita vnã tñ habitudinẽ poſſidere: illam vnam. ſ. qua ſpecies eſt. quãdo enim pꝛepoſitis ſubditur: ſpecies nũcupatur: ⁊ eſt ſuperioꝝ ſpecies tanqꝫ ſubiecta: inferioꝝ quoqꝫ ſpecies: idcirco qm̃ eoꝝ ſubſtãtiam demonſtrat. Nec ita eſt ſpecies ſubſtantia indiuiduoꝝ: quemadmoduꝫ ſpeciei genus. illud enim pars ſubſtãtie: vt animal hominis. Reliquẽ enĩ partes rationale atqꝫ moꝛtale addũtur animali ad diffiniendam ſubſtãtiaꝫ hominis. homo vo Socratis atqꝫ Ciceronis tota ſubſtãtia eſt: nulla enim additur differentia ſubſtãtialis ad hominẽ: vt Socrates fiat aut Cicero: ſicut additur animali rationale atqꝫ moꝛtale: vt homo integra diffinitione claudatur. Idcirco igitur ſpẽs ſpecialiſſima tñ eſt ſpecies: atqꝫ hanc ſolã poſſidet habitudinẽ: ad ſuperioꝛa quidẽ qm̃ ab his cõtinetur: ad inferioꝛa: vero qm̃ ſubſtãtiam eoꝝ foꝛmat ⁊ cõtinet.

**Determinant ergo generaliſſimum ita qđ cuꝫ genus ſit non eſt ſpecies: ⁊ rurſus ſupꝛa quod nõ eſt aliud ſupꝛaueniens genus: ſpecialiſſimum vero quod cum ſit ſpecies non eſt genus: ⁊ quod cum ſit ſpecies: nunq̃ diuiditur in ſpecies: ⁊ quod de pluribus et differentibus numero in eo quod quid ſit pꝛedicatur. Ea vero que ſunt in medio extremoꝛum: ſubalterna vocantur genera et ſpecies: ⁊ vnumquodqꝫ eoꝛum ſpecies eſſe: poteſt ⁊ genus: ad aliud quidem ⁊ ad aliud ſumpta. Ea vero que ſunt ante ſpecialiſſima vſqꝫ ad generaliſſimũ aſcendentia: ⁊ genera dicuntur ⁊ ſpecies: ⁊ ſubalterna genera: vt agamẽnon: atrides: pelopides: tãtalides: ⁊ vltimũ iouis. Sꝫ in familijs quidem plerũqꝫ reducuntur ad vnũ pꝛincipiũ verbi gratia ad iouem.**

Poſtquam naturam generũ ac ſpecierum diuerſitatẽqꝫ monſtrauit: eorum oꝛdinem diffinitiõis deſcriptiõiſqꝫ ꝯmemorat: ac ꝑmũ qđẽ generaliſſimi generis terminũ eſſe indicat dicens generaliſſimũ genus eſſe qđ cũ ipſũ ſit genꝰ nõ habet ſuppoſitũ genus hoc eſt ſpeciẽ nõ eſſe. ⁊ rurſus ſupra qđ non erit aliud genus ſupꝛaueniens. Si enim habet aliud genus: minime ipſum generaliſſimum vocaretur. ſpecialiſſima vero ſpecies hoc modo deſcribitur quod cum ſit ſpecies non eſt genus. ex oppoſito diffinitur: quoniam oppoſita ex oppoſitis deſcribũtur interdum. nam quoniã pꝛepoſitio oppoſita eſt ſuppoſitioni: genus autem pꝛeponitur: ſpecies vero ſupponitur: ſi iccirco erit pꝛimum genus: quia ita ſupponitur vt minime ſupponatur: idcirco erit vltima ſpecies: quia ita ſupponitur: vt pꝛeponi non poſſit: igitur recte oppoſitoꝛum ex oppoſitis facta eſt diffinitio: ⁊ alia rurſus deſcriptio ſpeciei quod cum ſit ſpecies: nunquaꝫ diuiditur in ſpecies: id eſt genus eſſe non poteſt. Et rurſus alia diffinitio quod de pluribus differentibus numero in eo qđ quid ſit ꝑdicatur: de qua diffinitione ſepe eſt ſuperius demonſtratũ: nũc illud attendendum ẽ (ſicut paulo ſuperius dictũ eſt) ſpeciei vnũ indiuiduũ poteſt ſubiectum eſſe: vt phenici atomũ ſuuꝫ: vt ſoli coꝛpus hoc lucidũ: vt mũdo vel lune: quoꝝ ſpẽs ſingulis indiuiduis ſuis ſuperponuntur: quod ſi ita eſt vt ſpẽs de vno quolibet indiuiduo pꝛedicetur. vt de phenice. quomodo conuenit dicere ſpeciem eſſe que de pluribus numero differentibus in eo ꝙ qđ ſit ꝑdicatur. Sunt. n. quedam que de numero differẽtibus minime dicuntur: vt phenix: ſol: luna. ſed de his illa ratio eſt: de qua etiaꝫ ſuperius pauca reddidimꝰ que paululũ implexa commodius nodum queſtionis abſoluet. Omnia eniꝫ que ſub ſpecialiſſimis ſpeciebus ſunt: ſiue infinita ſint: ſiue finito numero cõſtituta ſiue ad ſingularitatẽ deducantur cum eſt aliquod indiuiduũ ſemper ſpecies ꝑmanebit: neqꝫ indiuiduoꝝ diminutiõe ſi quodlibet vnũ maneat ſpecies cõſumitur: vt dictũ eſt. tñ ſi plura ſint indiuidua ſubſtantiales differentias non habebũt. id ergo in genere dici non cõuenit: quia his pꝛeeſt: q̃ ſubſtãtiali a ſe genere differentia diſgregata ſunt. pꝛeeſt enim ſpeciebꝰ que diuerſis differentijs infoꝛmantur. Si igitur vna earuꝫ pereat: ⁊ ad vnitatem ſpeciei redacta fuerit ratio: genus eſſe nõ poterit: quia de differentibus ſpecie pꝛedicatur: non ita in ſpeciebus. Nã ſi omniũ indiuiduoꝛũ natura cõſumpta ſit: etiã ſi ad vnius ſingularitatẽ indiuidui ſuppoſite ſpeciei pꝛedicatio venerit: eſt tamẽ ſpecies ac permanet. Talia enĩ ſunt illa que pereunt ac deſunt: quale eſt id quod permãſit ⁊ ſubiacet. Quod vero dicimus de pluribus numero differentibus ſpeciẽ pꝛedicari: duobus id recte excuſatur modis. Uno quidem quia multo plures ſunt ſpecies que de numeroſis indiuiduis pꝛedicantur: qꝫ quibus vnũ tñ indiuiduũ videtur eſſe ſuppoſitũ. deinde hoc modo quia multa ſcđꝫ poteſtatẽ dicuntur cũ actu non ſemp ita ſint: vt riſibilis homo dicitur etiam ſi minime rideat: qm̃ ridere poteſt.



Ita igitur ſpecies de numero differẽtibus pꝛedicatur: nihil enĩ minus phenix de pluribus phenicibus ꝑdicaretur ſi plures eſſent qꝫ nũc: qm̃ vnus eſſe ꝓhibetur. Item ſolis ſpecies de hoc vno ſolo ſole quẽ nouimus: nunc dicitur: ⁊ ſi in animo plures ſoles ⁊ in cogitatiõe fingantur: nihilominus de pluribꝰ ſolibꝰ indiuiduis nomen ſolis qꝫ de hoc vno pꝛedicabitur. Iccirco igitur ſpecies de pluribus numero differentibus dicitur pꝛedicari cum ſint aliqua que de ſingulis idiuiduis appellentur. illa vero que ſubalterna vocantur ita diffiniri queunt. Subalternũ genus eſt ꝙ eſſe genus ⁊ ſpecies poterit ad eũ modũ q eſt in familijs que pꝛocreant ⁊ ꝓcreantur: vt etiã ſubiectũ mõſtrat exemplũ: vt Agamẽnon Atrides ⁊ Pelopides ⁊ Tantides ⁊ vltimũ Iouis Atreus enim Pelopis filius tanqꝫ eiuſdẽ ſpecies quaſi Agamẽnonis genus eſt. Item Agamennõ Atrides ⁊ Pelopides ⁊ Tantalides: cuꝫ Pelops ad Tantalum comparatur. Tantaluſqꝫ ad Iouẽ quaſi ſpecies Itemqꝫ Tantalus ad Pelopem. Pelops ad Atridẽ quaſi genera eſſe videantur: cum Iuppiter velut ſit hoꝛum generaliſſimũ genus. Sed in familijs quideꝫ plerumqꝫ reducũtur ad vnum pꝛincipiũ verbi gratia ad Iouem.

**In generibus autem ⁊ ſpeciebus nõ ſic ſe habet. neqꝫ enĩ vnũ cõmune genus omniũ eſt ens: nec omnia eiuſdem generis ſunt ſecundũ vnũ ſupꝛemuꝫ genus: quẽadmodũ dicit Ariſtoteles (ſed ſunt poſita quẽadmodũ dictũ eſt in pꝛedicamẽtis) pꝛima decẽ genera quaſi decẽ pꝛima pꝛĩcipia. Et ſi oĩa quis entia vocet equiuoce inquit nuncupabit non vniuoce. ſi enim vnum eſſet cõmune omniũ ens: vniuoce omnia entia dicerentur. cũ vero ſint deceꝫ pꝛincipia pꝛima cõmune ens omnium ſecũdum nomen eſt ſolum: non etiã ſecundũ rationem que ſecundũ nomen eſt.**

Quoniã de ſubalternis generibus diceret familie cuiuſdam poſuit exemplũ. Que ab Agamẽnone peruenit ad Iouẽ quem quidẽ pꝛo nominis reuerẽtia: vltimũ poſuit. Quantũ enim ad veteres theologos refertur iuppiter ad ſaturnum: ſaturnus ad celium: celius vero ad antiquiſſimum ophionẽ ducitur: cuius ophyonis nullum pꝛincipium eſt. Ne igitur qđ in familijs eſt: id rebꝰ quoqꝫ eſſe credatur: vt res omnes poſſint ad vnũ ſui nominis redire pꝛincipiũ. Idcirco determinat hoc in generibus ac ſpeciebus eſſe non poſſe: neqꝫ ſicut familie cuiuſlibet ita etiam omnium rerũ vnũ eſſe pꝛincipium poteſt. Fuerũt enim qui in hac opinione tenerẽtur: vt rerum omnium que ſũt vnũ putarent eſſe genꝰ quod ens nuncupatur tractum ab eo quod dicimus eſt omnia eniꝫ ſũt ⁊ de omnibus eſſe pꝛedicatur: itaqꝫ ſubſtantia eſt: ⁊ qualitas eſt: item quãtitas eſt: ceteraqꝫ eſſe dicuntur. Hic de his aliquid tractaretur: niſi hec que ꝑdicamenta dicuntur eſſe conſtaret. Que cum ita ſint vltimum omnium genus ens poſuerũt. ſcilicet ꝙ de omnibus pꝛedicaretur: ab eo enim quod dicimus eſt participium inflectentes: greco quidem ſermone ὤν latine ens appellauerunt. Sed Ariſtoteles ſapientiſſimus pꝛincipioꝛũ cognitoꝛ reclamat huic ſententie: nec ad vnũ res omnes putat duci poſſe pꝛimoꝛdiũ: ſed decem genera eſſe in rebus: Que cũ a ſemetipſis diuerſa ſunt: tamẽ ad nullũ cõmune pꝛincipiũ reducuntur. hec autẽ deceꝫ genera ſtatuit: ſubſtantiam: qualitatem: quantitatem: ad aliquid: vbi: quãdo: ſitum: habere: facere: pati: quod vero occurrebat: quoniam de omnibus his eſſe pꝛedicaretur (Omnia enĩ que ſuperius dicta ſunt genera eſſe dicũtur ita diſcuſſit) ac repulit dicẽs nõ omne cõmune nomen cõmunẽ etiã foꝛmare ſubſtantiã: nec ex eo debere genus eſſe cõmune arbitrari: ꝙ de aliquibus cõmune nomẽ pꝛedicaretur. Quibus enim diffinitio cõmunis nominis conuenit: illa cõmunis nominis iure ſpecies iudicabuntur: ⁊ cõmuni illi vocabulo vniuoce predicantur: quibus vero non conuenit: vox his communis tñ eſt: nulla vero ſubſtantia. Id auteꝫ manifeſtius declaratur hoc modo exemplis: animal hominis atqꝫ equi genꝰ eſſe pꝛedicamus: demus igitur animalis diffinitionem que eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. hanc ſi ad hominem reducamus: erit homo ſubſtantia animata ſẽſibilis: nec vlla falſitate diffinitio maculatur. Rurſus ſi ad equũ: erit equus ſubſtancia animata ſẽſibilis. Id quoqꝫ verũ eſt: conuenit igitur diffinitio ⁊ animali quod cõmune eſt homini atqꝫ equo: ⁊ ea eidẽ equo atqꝫ homini: que ſpecies ponũtur aĩalis: ex quo fit: vt hõ atqꝫ equus vtraqꝫ animalis vniuoce ſpecies pꝛedicentur at ſi quis hominẽ pictum hominẽqꝫ verũ cõmuni animalis noĩe nũcupauerit diffiniat (ſi libet) animal hoc modo ſubſtantiã animatã eſſe atqꝫ ſenſibileꝫ. Sed hec quidẽ diffinitio ei hoĩ qui viuus eſt conuenit: ei quidẽ qui pictus eſt minime. neqꝫ eniꝫ eſt animata ſubſtãtia igitur homini viuo atqꝫ picto quibꝰ cõmunis diffinitiõ id eſt animalis nõ poteſt cõuenire Non eſt animal cõmune genꝰ ſed tñ cõe vocabulũ dicitur: ꝙ hoc nomẽ aĩalis in viuo hoĩe atqꝫ picto nõ genꝰ eſt: ſꝫ vox plura ſignificãs: vox enĩ plura ſignificãs que equiuoca nũcupatur. Sic ea vox que genꝰ oſtẽdit vniuoca dicitur. Itaqꝫ id qđ dicitur ens ⁊ ſi de omnibus dicitur pꝛedicamẽtis: qm̃ tamen nulla eius diffinitio inueniri poteſt: que omnibus pꝛedicamentis poſſit aptari. Idcirco non dicitur vniuoce de pꝛedicamentis id eſt vt genus: ſed equiuoce id eſt vt vox plura ſignificans. Cõuincitur hac quoqꝫ ratione id quod dicimus ens pꝛedicamentoꝛum genus eſſe non poſſe. vnius enim rei duo genera eſſe non poſſunt: niſi alterum alteri ſubiciatur. vt hominis genus eſt animal atqꝫ animatũ: cuꝫ animal animato velut ſpecies ſupponatur. At ſi duo ſint ſibimet ita equalia: vt nũquam alteri alterũ ſupponatur: hec vtraqꝫ eidem ſpeciei genera eſſe non poſſunt. Ens igitur atqꝫ vnum neutrũ alteri ſupponitur: neqꝫ vnius dicere poſſumus genus ens: nec eius quod dicimꝰ ens vnum. Nam qđ dicimus ens vnum eſt: ⁊ quod vnũ dicitur ens eſt: genus autem ⁊ ſpecies ſibi minime conuertuntur. Si igitur pꝛedicatur ens de omnibus pꝛedicamentis: pꝛedicatur ⁊ vnum. Nam ſubſtantia vnum eſt: qualitas vnum eſt: quantitas vnum eſt: ceteraqꝫ ad hunc modum. Si igitur quoniaꝫ eſſe de omnibus his pꝛedicatur. omniũ genus erit ens: ⁊ vnum: quoniam de omnibus pꝛedicatur: erit omniũ genus. ſed vnum atqꝫ ens (vt demõſtratũ eſt) minime alterum alteri pꝛeponitur. duo igitur equalia ſingulorum pꝛedicamentorum genera ſunt: qđ fieri nequit: cũ hoc igitur ſit: id Poꝛphyriꝰ determinauit dicẽs nõ ita in rebus: vt in familijs omnia ad vnũ pꝛincipium poſſe deduci: nec omnium rerum cõmune eſſe genꝰ poſſe: vt Ariſtoteli placet: ſed ſunt pꝛepoſita inquit quẽadmodũ in pꝛedicamentis dictuꝫ eſt pꝛima decem genera quaſi decem pꝛima pꝛincipia. ſ. vt nulla interim ratio perquiratur: ſed Ariſtotelis auctoꝛitati concedentes hec decem genera nulli alij generi eſſe credamus ſubiecta. que ſi quis entia nuncupat: equiuoce nuncupauit: non vniuoce. neqꝫ enim vna eorum omnium ſecundum commune nomen diffinitio poterit adhiberi. que res facit: vt non vniuoce de his aliquid pꝛedicetur. Si enim vniuoce pꝛedicaretur: genus eſſet eorum communi nomẽ ꝙ de omnibus pꝛedicaretur. at ſi genus eſſet: diffinitio generis conueniret in ſpecies. quod quia non ſit: commune his id quod dicimus ens vocabulum eſt vocis ſignificatione: non ratione ſubſtantie.

Decem quidẽ igitur generaliſſima ſunt ſpecialiſſima vero in numero quidẽ quodam ſunt: non tamen infinito. Indiuidua autem que ſunt poſt ſpecialiſſima infinita ſunt: quapꝛopter vſqꝫ ad ſpecialiſſima a generaliſſimis deſcendentes iubebat plato quieſcere. Deſcẽdere aũt per media diuidentes ſpecificis differentiis. infinita vero inquit relinquenda ſunt: neqꝫ enim eoꝝ poſſe fieri diſciplinam.

Quoniam ſpecierum noſſe naturam ad ſectionem generis pertinet: quoniam ſcientia infinita eſſe nõ poteſt (nullus enim intellectus infinita circũdat) idcirco de multitudine generum ſpecierum atqꝫ indiuiduoꝛum rectiſſima ratione perſequitur dicens. Supꝛemorum generum numerum notum. decem enim pꝛedicamẽta Ariſtotelis eſſe reperta que rebus omnibus generis loco pꝛeferẽda ſunt. Species vero multo plures eſſe ꝙ̃ genera. nam cum ſupꝛema ſint rerum genera. cũqꝫ vni generi non vna ſed multe ſpecies ſupponãtur. pꝛoximeqꝫ ſpecies ſupꝛemis generibus ſubalterna ſint genera vſqꝫ dum ad vltimas ſpecies deſcendant. nimirũ vnius generis multas ſpecies neceſſe eſt eſſe diffuſas Specialiſſima vero multo plura eſſe ꝙ̃ ſbalterna: quoniam per multitudinem generum ſubalternoꝛum vſqꝫ ad ſpecialiſſima deſcendit. ſpecies quidem multo plures eſſe ꝙ̃ genera ſubalterna. hoc maxime oſtenditur ꝙ inferioꝛes ſunt: ⁊ ſemꝑ ſubalterna genera in plura ſubiecta diuidunt. Decẽ vero generũ ſpecies multo plures ꝙ̃ vnius exiſtere manifeſtum eſt. verũtamen ⁊ ſi plures ſunt certo tamen numero cõtinentur. quẽ facile ſi quis diſcutiat oĩumqꝫ generum ſpecies pꝛoſequatur poſſit agnoſcere. Indiuidua vero que ſub vnaquaqꝫ ſpecie ſunt: infinita ſunt: vel eo ꝙ tam multa ſunt diuerſiſqꝫ locis poſita: vt ſcientia in vnum concludi compꝛehendiqꝫ non poſſint: vel ꝙ in generatione ⁊ coꝛruptione poſita nunc quidẽ incipiunt eſſe: nunc deſinunt atqꝫ idcirco ſupꝛema quidẽ genera ⁊ ſubalterna ⁊ ſpẽs eas que ſpecialiſſime nuncupantur: quoniã finito ſunt numero: põt terminus ſcientie includere: indiuidua vero nullo modo. Idcirco igitur Plato magis a generibꝰ ꝙ̃ a ſpeciebus ſpecialiſſimis pꝛecipiebat facere ſectionem: per ea enĩ que finita eſſent numero iubebat deſcẽdere diuidẽtẽ: vbi aũt ad indiuidua veniretur: ſtandũ eſſe ſuadebat: nec quod natura non ferret: infinita colligere. ita vero genera in ſpecies diuidi compꝛobat: vt in ſpecificis differentijs ſoluerẽtur. De ſpecificis vero differentijs melius in eo titulo vbi de differentia diſputatur ac largius diſſeremus. hic enĩ hoc tñ dixiſſe ſufficiat eas eſſe ſpecificas differentias: quibus ſpecies infoꝛmantur: ut rationale moꝛtale hominis. Cuꝫ igitur diuidimus animal rationale: moꝛtale imoꝛtaleqꝫ ſeparamus: ceteraqꝫ genera talibus differentijs: que ſubiectas ſpecies infoꝛment: Plato conſuluit eſſe diuidẽda vſqꝫ dum ad ſpecialiſſimã veniretur. dehinc conſiſtere nec infinita ſequi: quoniã indiuiduoꝝ nunꝙ̃ eſſet nec diſciplina nec numerus.

Deſcẽdentibus igitur ad ſpecialiſſima neceſſe eſt diuidentes per multitudinem ire Aſcendentibus vero ad generaliſſima neceſſe eſt colligere multitudinẽ in vnũ: collectiuũ enim multoꝛũ in vnam naturã ſpecies eſt: ⁊ magis id qđ ẽ genus. Particularia vero ⁊ ſingularia ecõtrario in multitudinem ſemper diuidunt id quod vnũ eſt: participatione enim ſpeciei plures homines ſũt vnus homo: ĩ particularibus aũt ⁊ ſingularibus vnus ⁊ cõis plures. diuiſiuũ enĩ eſt ſemꝑ quod ſingulare eſt. collectiuũ autem ⁊ adunatiuũ quod cõmune eſt.

Diuidere enĩ eſt in multitudinem quod vnum fuerat ante diſſoluere. Omniſqꝫ collectio econtrario compõnẽ coniunctionẽqꝫ meditatur. Quid enim cum ſit vnum diſpertiendo diuiditur: idipſum ex pluribus rurſus partibus adunando cõponitur. Ut igiẽ ſuperiꝰ dictũ eſt: indiuiduoꝛum quidẽ ſimilitudinẽ ſpecies colligit: Specierum vero genus. ſimilitudo enim nihil eſt aliud niſi quedam vnitas qualitatis. Ergo ſubſtantialẽ ſimilitudinẽ indiuiduoꝛũ ſpecies colligere manifeſtuꝫ eſt. Subſtantialẽ vero genera ſimilitudinẽ ſpecierum contrahũt: ⁊ ad ſeipſa reducũt. Rurſus generis adunationẽ differentie diſtribuũt in ſpecies: ſpecieiqꝫ adunationẽ in ſingulares indiuiduaſqꝫ perſonas accidentia partiuntur. Cũ igitur hoc ita ſit: neceſſe eſt ſemper cum a genere deſcenditur ad ſpeciẽ diuidendo ſemper facere multitudinẽ. Cũ vero a ſpeciebus aſcenditur ad genera componendo: colligere plures in ſpecieꝝ differentijs que diuerſe fuerant ſimilitudinũ qualitates ⁊ adunare in ſpeciebus etiã idem conſiderari poteſt: vt enim ipſa indiuidua que ſunt infinita: vnã ſimilitudinẽ ſubſtãtialem colligunt: ita ſpeciẽ pꝛopꝛiã infinite diſtribuũt. Omnia enim indiuidua diſgregatiua ſunt ⁊ diuiſiua. Species vero ⁊ genera collectiua: ſpecies quidẽ indiuiduoꝝ collectiua atqꝫ adunatiua. Specieꝝ vero genera ut ita dicendũ ſit: genus quidẽ ſpẽs diſtribuit: ⁊ ſpẽs ab indiuiduis multitudine deducuntur. rurſus aũt genus quidẽ multas ſpecies colligit. Species aũt ſingularẽ particularẽqꝫ multitudinẽ ad ſingularitatis ꝑducit vnitatẽ: igitur plus genus adunatiuũ eſt ꝙ̃ ſpecies Species nanqꝫ ſola indiuidua colligit. Genus vero tã ſpecies ꝙ̃ ipſarũ quoqꝫ ſpecierũ indiuidua cõtrahit ſingulareſqꝫ perſonas: ſed in hoc cõuenienti vtitur exemplo dicens: participatione ſpeciei. i. hominis Cato: Plato Cicero plureſqꝫ reliqui homines vnus. i. milia hominũ in eo ꝙ ſunt homines: vnus homo eſt. At vero vnus homo: qui ſpecialis eſt: ſi ad hominũ multitudinem qui ſub ipſo ſunt conſideretur: plures ſunt: Et ita ⁊ plures homines in ſpeciali homine vnus eſt. Et ſpecialis vnus eſt in pluribus infinitus. Sic igitur ꝙ ſingulare quidẽ eſt diuiſiuũ eſt: quod cõmune vero quoniã multoꝛum vnũ eſt: vt genus ac ſpecies: collectiuũ eſt atqꝫ adunatiuũ.

Aſſignato aũt genere ⁊ ſpecie qđ ſit vtrũqꝫ ⁊ genere quidẽ vno exiſtente: ſpeciebus vero pluribus (ſemꝑ enĩ diuiſio generis ĩ ſpecies plures eſt) genus quidem ſemper de ſpeciebus ꝑdicatur: ⁊ oĩa ſuperioꝛa de inferioꝛibus: ſpecies aũt neqꝫ de pꝛoximo ſibi genere: neqꝫ de ſuperioꝛibus: neqꝫ enĩ cõuertitur. Opoꝛtet enĩ aut equa de equis pꝛedicari: ut hinnibile de equo: aut maioꝛa de minoꝛibus: ut aĩal de hoĩe: minoꝛa vero de maioꝛibus minime: nec enim aĩal dicis eſſe hoĩeꝫ: quẽadmodũ dicis hominem aĩal: de quibus aũt ſpecies pꝛedicatẽ: de his neceſſario ⁊ ſpeciei genus pꝛedicatur: ⁊ generis genus vſqꝫ ad generaliſſimũ Si enĩ verũ eſt dicere Socratem hoĩem: hoĩem aũt animal: aĩal vero ſubſtantiam. verũ eſt ſocratem ⁊ aĩal dicere atqꝫ ſubſtantiam. ſemꝑ igitur cũ ſuperioꝛa de inferioꝛibus pꝛedicentur: ſpecies quidem de indiuiduis pꝛedicabitur: genus aũt ⁊ de ſpecie ⁊ de indiuiduo: generaliſſimũ aũt ⁊ de genere ⁊ de generibus: ſi plura ſunt media ⁊ ſubalterna: ⁊ de ſpecie: ⁊ de indiuiduo. Dicitẽ enĩ generaliſſimũ quidẽ de omnibus ſub ſe poſitis generibus ⁊ ſpeciebus ⁊ indiuiduis. Genus aũt qđ ante ſpecialiſſimũ eſt: de omnibus ſpecialiſſimis ⁊ de indiuiduis. ſolum aũt ſpecies de omnibus indiuiduis. Indiuiduũ autẽ pꝛedicatur de vno ſolo particulari.



Breuiter quecũqꝫ ſuperius dicta ſunt: cõmemoꝛat hoc mõ. Cũ igiẽ inqt aſſignauerimꝰ qđ ſit genꝰ: ⁊ qđ ſit ſpẽs cunqꝫ ſuis etiã ea diffinitionibus compꝛehenderimus docuerimuſqꝫ vnũ genꝰ ſemper in plurimas ſpecies ſolui: illud inquit adiungimus: quoniaꝫ omnia ſuperioꝛa de inferioꝛibus pꝛedicantur. Inferioꝛa vero de ſuperioꝛibus minime. Et ea que ſunt vtilia de pꝛedicationis modo rite pertractat. Oſtendit auteꝫ vnũ genus in plurimas ſpecies ſemper ſolui aſſignata generis diffinitione. Quod enim de pluribus ſpecie differentibus in eo ꝙ quid ſit pꝛedicaretur: ideꝫ eſſe diffiniuit genus. Nihil autẽ ſunt plurime res ſpecie differentes niſi plurime ſpecies. de quibꝰ autẽ pꝛedicatur genus: in ea ipſa diſſoluitur. Oſtenſuꝫ eſt igitur ex diffinitionis aſſignatione. vnius generis ſemper eſſe ſpecies plures: que cũ ita ſint: genus quidẽ de ſpecie pꝛedicatur: ſpecies vero de indiuiduis: omniaqꝫ ſuperioꝛa de inferioꝛibus: inferioꝛa de ſuperioribꝰ nullo modo. Id quare adueniat: paucis abſoluã. Que ſuperioꝛa ſunt ſubſtantialiter: ea genera eſſe pꝛediximus. que vero genera ſunt amplioꝛa ſunt: ꝙ̃ vnaqueqꝫ ſpecies. Neqꝫ enĩ in plurima diuideretur genus: niſi ab vna quaqꝫ ſpecie magis exiſteret. Id cũ ita ſit: nomẽ generis toti conuenit ſpeciei. Nõ. n. coequatur ſolũ ſpeciei generis magnitudo: verumetiaꝫ ſpeciẽ ipſaꝫ ſupuadit. Idcirco igiẽ omnis hõ aĩal ẽ. qm̃ intra aĩalis vocabulũ: vt ⁊ hõ ⁊ cetera aĩalia continetẽ. At võ nullꝰ dixerit omne animal hõ eſt. nõ enĩ ꝑuenit ad totũ animal hominis nomẽ: qꝛ cũ ſit minꝰ: nullo modo generis vocabulo coequatur. Itẽqꝫ que maioꝛa ſunt de minoꝛibus ꝑdicantur: que vero minoꝛa ſunt: nõ conuertũtur vt de maioꝛibus pꝛedicẽtur. At vero ſi qua ſint equalia: ea ſcđm nature pluralitatẽ cõuerti neceſſe eſt: vt hinnibile atqꝫ equus: quoniaꝫ ita ſibimet coequãtur: vt neqꝫ equus non ſit niſi hĩnibile: neqꝫ quod ſit hĩnibile: nõ ſit niſi equus. Fit ergo ut omne hinnibile equus ſit: ⁊ omne equus hinnibilis ſit. que cũ ita ſint: ea que ſuperioꝛa ſunt nõ modo de ſibi pꝛoximis inferioꝛibus: verumetiã de inferioꝝ inferioꝛibus pꝛedicantur. naꝫ ſi illud recipitur: vt ea que ſuperioꝛa ſunt de inferioꝛibus pꝛedicẽtur: inferioꝝ inferioꝛa ſuperioꝛibus multo magis inferioꝛa ſũt: velut ſubſtãtia pꝛedicatẽ de aĩali qđ eſt inferius: ſꝫ aĩali inferius ẽ homo: pꝛedicabitẽ igiẽ etiã ſubſtãtia de hoĩe. Rurſus ſocrates inferius ẽ homine pꝛedicabitur igitur ſubſtantia ⁊ de Socrate. Itaqꝫ ſpecies quidẽ de indiuiduis pꝛedicantur: genera vero ⁊ de ſpeciebus ⁊ de indiuiduis: qđ cõuerti nõ poteſt. Nam neqꝫ indiuidua de ſpeciebꝰ aut de generibus pꝛedicantẽ nec ſpecies quidẽ de generibus. itaqꝫ fit: vt genus quidẽ generaliſſimũ de oĩbꝰ ſubalternis generibꝰ ꝑdicari: ⁊ de ſpẽbꝰ ⁊ de ĩdiuiduis poſſit: de ipſo võ nihil. Ultimũ võ genꝰ id quod ante ſpecialiſſimas ſpecies collocatur ſine medio: ⁊ de ſolis ſpeciebus ſpecialiſſimis dici põt ⁊ de eaꝝ indiuiduis. ſpẽs võ đ ĩdiuiduis vt dictũ ẽ: indiuidua. n. đ ſinguliſ ꝑdicãẽ vt Socrates ⁊ plato: eaqꝫ maxime ſunt indiuidua: que ſub oſtenſiõe indicatiõeqꝫ digiti cadunt: vt hoc ſcamnum: ⁊ hoc veniens: atqꝫ ex aliqua pꝛopꝛietate accidentium deſignantur nota: vt ſi quis Socrateꝫ velit ſignificatione oſtendere: non dicat Socrates: ne ſit alius qui foꝛte hoc nomine nuncupetẽ: ſed dicat Sophꝛoniſci filius: ſi vnicus Sophꝛoniſci fuerit. indiuidua enim maxime oſtendi queũt: ſiue ſub tacito nomine: ſiue ſub ipſo oculoꝛũ digito: tactuue monſtrentur: vel ex aliquo pꝛopꝛio accidente ſignificentẽ: vel nomine: ſi ſolus illud adeptus eſt nomen. vel ex parentibus: ſi illoꝛũ eſt vnicus filius: vel ſi ex quolibet alio accidenti ſingularitas demonſtratur: eo ꝙ accidentis ad ſe vnam pꝛedicationẽ habeat: eiuſqꝫ vel pꝛedicatio vel dictio non tranſeat ad alterũ: ſicut generis quod ad ſpecies: ſpecierũ vero ad indiuidua.

Indiuiduum aũt dicitur Socrates: ⁊ hoc album: ⁊ hic veniens ſophroniſci filius: ſi ſolus ſit ei Socrates filius. Indiuidua aũt dicuntur huiuſmodi: quoniã ex pꝛopꝛietatibus cõſiſtit vnumquodqꝫ eoꝝ: quaꝝ colectio nunꝙ̃ in alio quolibet eadẽ erit. Socratis enim pꝛopꝛietates nũꝙ̃ in aliquo quolibet erunt particulariũ eadẽ. He vero que ſunt hominis pꝛopꝛietates: dico autẽ eius qui eſt cõmunis: erunt eedem in pluribus: magis autẽ in omnibus particularibus hominibus in eo ꝙ homines ſunt.

¶ Quoniã ſuperius indiuiduũ appellauit: huius nominis rationeꝫ conatur oſtendere. ea nanqꝫ ſola diuiduntur: que plurimis cõmunia ſunt. ab his eniꝫ vnũquodqꝫ diuiditur: quoꝛũ eſt cõmune: quoꝛũqꝫ naturã ac ſimilationem continet. Illa vero in quibus cõmune diuiditur: cõmuni natura participant: pꝛopꝛietaſqꝫ cõmunis rei his quibus cõmunis eſt conuenit. At vero indiuiduoꝛũ pꝛopꝛietas nulli cõmunis eſt. Socratis enĩ pꝛopꝛietas ſi fuit caluiſſimus: pꝛopenſo aluo: ceteriſqꝫ coꝛpoꝛis liniamentis: aut moꝛũ inſtitutione: aut foꝛma vocis: nõ conueniebat in alterũ: he enim ꝓpꝛietates: que ex accidentibꝰ ei obuenerant: ⁊ eius foꝛmam figurãqꝫ conuinxerant: in nullo alio ꝯueniebãt: eiuſqꝫ pꝛopꝛietates nulli poterant eſſe cõmunes. Cuius vero pꝛopꝛietates in nullũ alium conueniunt: pꝛopꝛietates eius nulli poterunt eſſe cõmunes. Cuiꝰ pꝛopꝛietas nulli cõmunis eſt: nihil eſt quod eius pꝛopꝛietate participet. Quod vero tale eſt ut pꝛopꝛietate eius nullus participet: diuidi in ea quibus non participat: non poteſt. Recte igitur he quoꝛũ pꝛopꝛietates in aliud nõ conueniũt: indiuidua nuncupãtur. At vero hominis pꝛopꝛietas. i. ſpecialis conuenit in Socratẽ in Platonẽ ⁊ in ceteros: quoꝛũ ꝓpꝛietates ex accidẽtibꝰ venientes in quẽlibet aliũ ſingularẽ nulla ratiõe cõueniũt

Continetur igitur indiuiduũ quidem ſub ſpecie: ſpecies autem ſub genere. totum enĩ quiddam eſt genus. Indiuiduũ autẽ pars: ſpecies vero totuꝫ ⁊ pars: ſed pars quideꝫ alterius: totũ vero nõ alterius: ſed in alijs. In partibus enĩ totuꝫ eſt. De genere quidem ⁊ ſpecie ⁊ quid ſit generaliſſimuꝫ ⁊ qđ ſpecialiſſimuꝫ: ⁊ que genera eadem ⁊ ſpẽs ſunt: ⁊ que indiuidua: ⁊ quot modis genus ⁊ ſpecies dicitur: ſufficiẽter dictum eſt.

¶ Hic retractat omnia breuiter que ſupꝛa latius abſoluit dicens. Indiuiduũ a ſpecie contineri: ſpecies vero ipſas a genere. huiuſqꝫ cauſam reddens ait. Omne genus totum eſt: indiuiduũ vero pars. Genus enim in eo ꝙ genus eſt continet tñ: ⁊ ſub ſpecies eſſe poteſt. Totum enim non ut genus eſt ſpecies: ſed ut ea que ſupponitẽ generi. Genus igitur in eo ꝙ genus eſt totum eſt ſpeciebus. ſemper enim continet eas. At vero indiuiduũ ſemper eſt pars: nũꝙ̃ enim ipſum aliquid ſua

ꝓprietate concludit. Spēs vero ⁊ totū eſt ⁊ pars: pars quidē generis: totū vō indiuiduis. Et cū pars ē ad ſingularitatē refert: cū totū ad pluralitatē. Qm̄ eni vnuz gen⁹ pluribꝰ ſpeciebꝰ ſupereſt: vna quelibet ſpēs pars generis. i. vnius. Quoniam autē ſpecies pluribus indiuiduis pręeſt: nō eſt vni indiuiduo: uz totum: ſed plurimis. Jcirco enim totū dicitur: quia plura cōtinet ⁊ coercet. Nam ut pars ſit aliquid: vna ipſum vnius pars eſſe poterit: ut vero totum ſit: vnū ipſum vnius totū eſſe non poterit. Jcirco alterius quidem pars eſt ſpecies: alijs vero totum. Et de genere quidē ⁊ ſpecie dictum eſt: quid ſit generaliſſimū genus: quoniam id cui nullū aliud ſupponitur genus: ⁊ quid ſpecialiſſima ſpecies: quoniā ea cui ſpecies nulla ſupponitur: ⁊ quorū genera eadem ſunt: eedem ⁊ ſpecies. ſ. ſubalterna quibus aliquid ſuprapōnitur: aliquid vero ſupponitur: quę etiam indiuidua: ea quorū. ſ. ꝓprietates alteri nequeunt conuenire. ⁊ quot modis genus ⁊ ſpecies dicitur. Genus quidem aut in multitudine: aut in procreatione: aut in participatione ſubſtantię conſiſtit: ſpecies autē ex figura: aut ex generis ſuperpoſitione: dictū eſt ſufficienter. Quibus abſolutis modū voluminis terminabo: ut quarti arca libri differentię reſeruetur.

De differentia diſputanti non ęque illud debet occurrere: q̄ in generis ſpecieiq̄ʒ tractatu de collationis ordine quęrebatur. Jllic eni meminimus inquiſituʒ: cur eſſet omnibus prepoſituʒ genus: ut id primū ad diſputationem veniret: Cur poſt gen⁹ ſpecies eſſet iniecta. Nūc vero ſuperuacuū ē dicere: cur poſt ſpeciem differentia ſumpta ſit: cū illud iam fuerit inquiſitū: cur nō ante ſpeciem collocata ſit. Quod ſi mirum videbatur ſpeciem differentię in diſputationis loco fuiſſe prepoſitā: eo q̄ differentia cōtinctior: ac magis amplior eſſet ſpecie: qd' eſt q̄ poſſit quiſq̄ʒ mirari: ſi eandē differentiā ante ꝓpriū atq̄ʒ accidēs collocauerit. Cū ꝓpriū vnius ſemper ſit ſpeciei: vt poſterius demonſtrabitur: accidens vero exterior ē quandā oſtendat naturā nec ominino in ſubſtantia predicetur. Differentia vero vtrūq̄ʒ contineat: ⁊ de pluribus ſpeciebus ⁊ in ſubſtantia p̄dicetur: ſed hęc hactenus. Nūc ad ipſa verba Porphyrij redeamus.

Differentia vero cōmuniter: ⁊ proprie ⁊ magis proprie dicitur. communiter quidē differre alterum ab altero dicitur: quoniā alteritate quadā differt quocūq̄ʒ modo: vel a ſeipſo vel ab alio. differt eni ſocrates a platone alteritate quadam: ⁊ ipſe a ſe vel iam puero: vel iaʒ viro: vel iam faciente aliquid: vel quieſcente: ⁊ ſemper in aliquo modo habendi ſe alteritatibus ſpectatur. Proprie autē differre alterum ab altero dicitur: quādo inſeparabili accidente alteruʒ ab altero differt. Inſeparabile vero accidens eſt: vt naſi curuitas cęcitas oculorū: ⁊ cicatrix: cuʒ ex vulnere occaluerit. Magis autē proprie alterū differre ab altero dicitur: quādo ſpecifica differētia differt: quēadmodū homo ab equo ſpecifica differētia differt rationali qualitate.

Tribus modis aliud ab alio diſtare predixim⁹: genere ſpecie: numero: in quibus omnibus aut ſecundū ſubſtātiales quaſdam differentias alia res diſtat ab alia: aut ſecundū accidens. Nam quę genere vel ſpecie diſtant: ſubſtantialibus quibuſdā differentijs diſgregata ſunt Jcirco qm̄ omnia genera ⁊ ſpecies quibuſdā differentijs ſubſtantialibus informantur. Nam cuʒ homo ab arbore genere: diſtet animalis ſenſibilis qualitas in eo differētiā facit. Addita eni ſenſibilis qualitas animato animal facit. Eadem quidē detracta facit animatū atq̄ʒ inſenſibile quę ſunt virgulata. igitur homo atq̄ʒ arbor quę genere differunt (vtraq̄ʒ enim ſub animalis genere poni non poſſunt) differentia ſenſibili ſecundū genus diſcrepant. quę vnius expoſiti tantūmodo genus idest hominis informat: vt dictū eſt. Jlla vero que ſpecie diſtant manifeſtum eſt: q̄ ipſa quoq̄ʒ differētijs ſubſtantialibus diſcrepant: vt rationalitate atq̄ʒ irrationalitate homo atq̄ʒ equus differētijs ſubſtātialib⁹ diſtāt. Ea vero quę indiuidua ſunt ⁊ ſolo numero diſcrepant ſolis accidentibus diſtant. hęc autem ſunt vel ſeparabilia vel inſeꝑabilia. Separabilia quidē: vt moueri dormire. diſtat enim aliquis ab alio quod ipſe ſomno p̄mitur: hic vigilat. Diſtat item inſeparalibus accidentibus: quod hic ſtaturę ſit longi⁹: hic minimę. Quę cū ita ſint: in ternarium numerū has differentiaruʒ diuerſitates Porphyrius colligit: hiſq̄ʒ ipſe nomina quib⁹ poſt vtatur apponit dicens. Omnis differentia vel cōmuniter vel propria: vel magis propria nuncupatur. Cōmuniter quidem eaʒ differentiā ſumens: quę quodlibet accidens monſtraret: quę in quadā alteritate conſiſtit: vt ſi Plato a Socrate differat q̄ ille ſedeat hic ambulet: vel q̄ ille ſenex: hic vero ſit iuuenis. a ſeipſo etiaʒ ſępe aliquis differre poteſt. vt ſi nunc quidem faciat aliqd cū ante quieuerit: vel ſi nūc adoleſcēs iam factus ſit: cum prius tenera vixiſſet infantia. Communes autez differentię nūcupate ſunt: qm̄ nulli⁹ proprię eē poſſunt differētię: quę ſeparabilia accidentia ſola ſignificāt. Nā ⁊ ſtare ⁊ ſedere ⁊ facere aliquid ac non facere aliquid multorum: atq̄ʒ ideo omniū ſunt: ⁊ ſeperabilia eſſe accidentia manifeſtuʒ eſt. Quibus ſi qua differunt: cōmunib⁹ differentijs diſtare dicuntur. Preterea puerū eſſe atq̄ʒ adoleſcentem vel ſenem ea ſeparabilia ſunt accidentia. Nam ex pueritia ad adoleſcentiā: atq̄ʒ huic ad ſenectutē ab hac deniq̄ʒ ad decrepitam vſq̄ʒ ętatem nature ipſius neceſſitate ꝓgredimur. Jllud forſitan ſi dubitabile de vniuſcuiuſq̄ʒ forma corporis: an vllo modo ſeparari q̄at Sed ea quoq̄ʒ eſt ſeparabilis forma. nullus enim diuturna ac ſtabili forma ꝑdurat. Jdcirco nec peregrinus pater relictum domi puerum: ⁊ ſi adoleſcentē rediens videret poſſet agnoſcere. forma enim ſemper quę ante fuerat: permutatur atq̄ʒ ipſa alteritas qua diſtamus ab altero ſemper diuerſa eſt. Conſtat igitur hanc cōmunē differentiā ſeparabilibus maxime accidentibus applicari. propria vero eſt quę inſeparabilia ſignificat accidentia. Ea huiuſmodi ſunt: vt ſi quis ceſijs naſcatur oculis: ſi quis incuruo naſo. dum enim adeſt naſus atq̄ʒ oculi: ille ceſius: ille ſemꝑ erit incuruus: atq̄ʒ hoc per naturaʒ Sunt vero alia quę per accidens corporibus fiunt: vt ſi cui vuln⁹ inflictum cicatrice fuerit obductuʒ hoc ſi occaluerit propriam differentiam faciet. diſtabit eniʒ alter ab altero q̄ hic cicatricem habeat. ille vero minime. porro denoq̄ʒ in his omnibus vel ſeparabilib⁹ acidentib⁹ vel inſeparabilib⁹: alia ſunt naturaliter accidentia: alia extrinſecus. Naturaliter quidem vt puericia vel iuuētus ⁊ totius cōfirmatio corporis: Sic quoq̄ʒ ceſitas oculorum ⁊ curuitas naſi. Quorum ſuperiora quidem exēpla ſeparabilis accidentis per naturam ſunt. poſteriora vero inſeparabilis accidentis. Jtem extrinſecus vel ambulare vel currere. id enim non natura ſed ſola affert voluntas. Natura vero poſſe tantū dat. non etiam facere: atq̄ʒ hęc ſunt ſeparabilis accidentis extrinſecus venientis exempla. Jlla vero inſeparabilis accidentis extrinſecus vt ſi qua cicatrix obducta vulneri occaluerit. Magis proprię aūt differentię perdicātur: quę non accidēs ſed ſubſtantiam formant: vt hominis rationabilitas. differt enim homo a cęteris quod rationalis eſt: vel qd̄



mortalis. Hę ſunt igitur magis ꝓprię: quę monſtrāt vniuſcuiuſq̄ʒ ſubſtantiam. Nam ſi illę quideʒ idcirco cōmunes dicuntur: quia ſeperabiles atq̄ʒ omniuʒ ſunt alię autem proprię: quomiā ſeperari no poſſunt: quamuis ſint in accidentiū numero: illę magis iure proprię: predicantur: atq̄ʒ vt planius liqueat: Quę non modo a ſubiecto ſeperari non poſſunt: verum etiam ſubiectis ipſis ſpecies ſubſtātiamq̄ʒ perficiūt. Ex his igitur tribus differentiarū diuerſitatibus: idest cōmunibus: proprijs: ⁊ magis ꝓprijs: fiunt ſecundū genus vel ſpeciē vel numerum diſcrepantię. Nam ex cōmunibus ⁊ proprijs ſecundū numeruʒ diſtantię naſcunt. Ex magis proprijs vero ſecundum genus ac ſpeciem.

Uniuerſaliter ergo omnis differentia alteratum facit cuilibet adueniens: ſed ea quę ē cōmuniter ⁊ proprię alteratuʒ facit: illa aūt quę eſt magis proprię aliud. Differentiarū enim alię quideʒ alteratum faciunt: alię vero aliud. Jllę quidem quę faciunt aliud ſpecificę vocantur: illę vero quę alteratum: ſimpliciter differentiā. animali eniʒ rationalis differentia adueniens aliud facit animal: ⁊ ſpeciem animalis facit. Jlla vero quę ē mouendi: alteratuʒ facit ſolū a quieſcēte. Quare hęc quidem aliud: illa vero alteratum ſolum facit.

Omnis differentia alterius ab altero diſtantiam facit Sed hęc vel eſt cōmunis ⁊ continens: vel cum quodā proprio ⁊ magis proprio differentiarum modo. quare quicquid qualibet ratione ab alio diuerſum eſt: alteratū eſſe dicitur. Si vero acceſſerit illi diuerſitati: vt etiā ſpecifica quadā differētia ſit diuerſū: nō alteratū ſolū: verū etiā aliud eſſe p̄dicat. Alteratio igit continens ē: aliud vero intra alterationis ſpaciuʒ continetur. igitur omne qd̄ aliud eſt: alteratuʒ eſt: ſed nō omne quod alteratū eſt aliud dici poteſt. Jtaq̄ʒ ſi accidentibus aliquibus fuerit facta diuerſitas: alteratum quidem effectū eſt: Quoniaʒ quidem quolibet modo vel ex quibuſlibet differentijs conſiderata diuerſitas alterationem facit intelligi. aliud vero non fit: niſi ſubſtantiali differentia alterū ab altero fuerit diſſociatum. Jtaq̄ʒ cōmunes ⁊ proprię differētię qm̄ accidentiū (vt dictū eſt) ſunt quę ſolū efficiunt alteratū. Aliud vero minime. magis autem proprię quoniam ſubſtantiam tenent ⁊ in ſubiecti forma predicant non modo alteratū quod eſt cōmune vel ſubſtātiali vel accidentali differentię: ſʒ etiam aliud faciunt. Quod ea ſola retinet differētia: quę ſubſtantiā continet formāq̄ʒ ſubiecti. Atq̄ʒ hę quidem differentię quę faciunt aliud ſpecificę nuncupātur. Jdcirco quod efficiunt ſpecieʒ: q̄ʒ cum ſubſtantialibus differentijs informauerint: faciūt ab alijs ita eſſe diuerſam: vt non alterū ſolum ſit: verū etiam toto alia eſſe predicetur. Jtaq̄ʒ fit huiuſmodi diuiſio. Differentiarum alię alteratuʒ faciūt: alię vero aliud ⁊ illę quidem quę faciūt alteratum: ſimpliciter puroq̄ʒ nomine differentię nuncupantur: illę vero quę aliud: ſpecificę diſerentię predicantur. Atq̄ʒ vt plani⁹ liqueat quid ſit alteratum. quid aliud. tali deſcribuntur termino vel declarantur exemplo. Aliud eſt quę tota ſpeciei ratione diuerſuʒ ē: vt equ⁹ ab hoīe: qm̄ rōnalis differētia aīali adueniens hominem fecit: aliudq̄ʒ cum quā equuʒ eſſe conſtituit. Jtem ſi vnus hō ſedeat: alter aſſiſtat: non efficietur homo diuerſus ab homine: ſed eos alteratio ſola diſiungit: vt eum qui aſſiſtit ab eo qui ſedet alteratum faciat. Jteʒ ſi ille ſit nigris oculis: ille ceſijs: nihil quātū ad formam humanitatis attinet permutatū eſt. Jtem ſecundum has differentias alteratio ſola conſiſtit. at ſi equ⁹ quidē iaceat: homo vero ambulet: ⁊ aliud eſt equ⁹ ab homine ⁊ alteratum. dupliciter quidē alteratū: ſemel vero aliud. Alteratum enim eſt quod omnino ſpecie diuerſum eſt ⁊ eſt aliud. Omne enim aliud vt dictuʒ eſt etiam alteratum eſt: vel q̄ accidentibus diſtat: q̄ ille iaceat: hic ambulet. Semel vō ē aliud: q̄ rationabili atq̄ʒ irrationabili differentijs diſgregant: quę ſpecificę ſunt ⁊ ſubſtantiales dicuntur. Eſt igitur alteratuʒ: quod ab altero qualibet ratione diuerſum eſt.

Secunduʒ igitur aliud facientes differentias diuiſiones fiunt a generibus in ſpecies ⁊ diffinitiones aſſignantur: quę ſunt ex genere ⁊ huiuſmodi differentijs. ſcdm̄ autem eas quę ſolum alteratum faciunt: alterationes ſolum conſiſtunt: ⁊ aliquo modo ſe habentis permutationes.

Quoniam in principio operis generis ſpecieiq̄ʒ differentię proprij ⁊ accidentis noticiaʒ ad diuiſionem atq̄ʒ diffinitionem vtilem eſſe predixit. Jdcirco nunc differētiarum ipſarum facta diuiſione eas departitur ⁊ ſegregat: quę nam differentię diuiſionibus ac diffinitionibus accomodentur: quę vero minime. Quoniaʒ igitur diuiſio generis ita in ſpecies facienda eſt: vt illę a ſe ſpecies omni ſubſtātię ratiōe diuerſę ſint. Jcirco nō ꝓbat eſſe aſſumēdas eas ad diuiſionē differētias: q̄ vel ſeꝑabilis vel inſeꝑabilis accidētis ſignificationē tenētr: vl' eas differētias quę faciūt alterata. Jcirco qm̄ (vt dictū ē) ſolū faciunt alteratū: aliud vero ꝑficere ⁊ informare nō poſſunt. Jnutiles igitur ſunt ad diuiſionē hę differētię quę faciunt alteratū. Segregatę igitur ſunt cōmunes ⁊ proprię a generis diuiſione: illę aſſumendę tantū quę ſunt magis proprię. Nam illę faciunt aliud. quod generis diuiſio videtur expoſcere. Ad diffinitioneʒ quoq̄ʒ eadeʒ magis proprię plurimū valeret. Cōmunes nāq̄ʒ ⁊ proprię velut inutiles ſegregantur. nam cōmunes ⁊ proprię: quoniam accidēs diuerſi generis ferunt: nihil ſubſtantię ratione conformant Diffinitio vero omnis ſubſtantiam conatur oſtēdere. Specificę vero differētię illę ſunt: quę vt ſuperius dictum eſt: ſpeciem informāt ſubſtantiamq̄ʒ perficiūt. Hę ſunt magis proprię. eadē igitur ſicut in diuiſionem generis: ita etiam in diffinitionem ſpecieruʒ ſumūtur: nunc diuiſiuę ad partitionē generis accomodantur. Jta igitur cū diuiſiuę ſint generis aliud cōſtituunt quam erat. Jn ſubſtātię vero diffinitione ſpeciei informationem faciūt. cumq̄ʒ magis proprię ⁊ aliud faciant ⁊ ſpecificę ſint eo q̄ aliud faciunt diuiſionibus aptę ſunt: hę vero quę ſpeciem informāt diffinitionibus accomodatę ſunt. Cōmunes autem ⁊ proprię quoniam neq̄ʒ aliud faciūt: ſed alteratum: neq̄ʒ omnino ſubſtantiam monſtrant: ęque a diuiſione vt a diffinitione diſiunctę ſunt.

A ſuperioribus rurſus inchoanti dicendū eſt. differentiarum alias quidē eſſe ſeparabiles: alias vō inſeparabiles. Moueri eni ⁊ quieſcere: ⁊ ſanū eſſe: ⁊ egrum: ⁊ quęcūq̄ʒ his ꝓxima ſunt ſeparabilia ſūt. At vō aquilum eſſe vel ſimuʒ: vel rationale: vel irrationale: inſeparabilia ſunt. Inſeparabiliuʒ autem alię quideʒ ſunt per ſe: alię vero per accidens. nam rationale per ſe ineſt homini: ⁊ mortale: ⁊ diſciplinę eſſe ſuſceptibile. At vero aquilum eſſe vel ſimuʒ per accidens: ⁊ non per ſe.

Superius differentias triplici diuiſione partitus eſt dicēs: aut cōes eſſe: aut ꝓprias: aut magis ꝓprias: dehinc eas alia diuiſione i duas ſecuit partes dicens: has qdē aliud facere: alias vero alteratū. Nunc tertiā earūdē facit diuiſionē dicens: alias eſſe ſeparabiles: alias inſeparabiles. poſſe autem de vnoquoq̄ʒ cuius multę ſunt

differentię plurimas fieri diuiſiones: vt ex ipſa differentiarũ natura manifeſtũ eſt. Nã ſi oĩs diuiſio differẽtijs diſtribuitur: quoꝛum multę ſunt differẽtię: multas diuiſiones eſſe neceſſe eſt. Fit aũt vt aĩal quidẽ diuidatur hoc modo. Aĩaliũ alia qdẽ ſunt rõnalia: alia irrationalia. Item alia moꝛtalia: alia ĩmoꝛtalia. Itẽ alia pedes habẽtia: alia minime. Rurſus alia herbis veſcẽtia: alia carnibꝰ: alia ſeminibꝰ. Ita nihil mirũ videri debet: ſi multiplex differẽtię eſt partitio facta: ac pꝛimũqdẽ cũ in ternarium differentię membꝛa ſecuiſſet: cõmunes ꝓpꝛias ⁊ magis ꝓpꝛias nuncupauit. Secũda vero diuiſio cõmunes ⁊ ꝓpꝛias intra nomen alteratũ facientis incluſit. Magis pꝛopꝛias vero intra aliud facientis. Hec vero tertia diuiſio qua ait: differentiarũ alias eſſe ſeperabiles: alias inſeperabiles: intra vocabulum inſeperabilis: vnam quidem ex facientibus alteratum in ſeperabilibus differentijs ponit: cętera vero inter ſeperabilis differentię vocabulũ claudit: vna enim ex alteratuꝫ facientibus. i. ꝓpꝛia differentia: ⁊ reliqua quę aliud facere demonſtrata eſt: id eſt magis pꝛopꝛia: inſeperabiles differentię eſſe dicuntur. Quarum quidẽ ſubdiuiſio fit inſeperabiliũ differentiarũ: alię ſunt per ſe: alię per accidens: quę per ſe quidem magis ꝓpꝛię: ſecundũ accidẽs vero pꝛopꝛię: per ſe aũt aliquid ineſſe dicitur: qđ alicuiꝰ ſubſtantiã infoꝛmat. Si enim iccirco quęlibet ſpecies eſt: quoniã ſubſtantiali differentia conſtituitur. Illa differentia ꝑ ſe adeſt ſubiecto: neqꝫ per accidens: aut quodlibet aliud mediuꝫ: ſed ſui pꝛeſentia ſpeciem quã tuetur infoꝛmat: ut hominẽ rationalitas. homini enim huiuſmodi differentia per ſe ineſt. Iccirco homo eſt: quia rationabilitas adeſt. Quę ſi diſceſſerit: ſpecies hominis nõ manebit: ⁊ has quidem quę ſubſtantiales ſunt: inſeperabiles eſſe nullus ignoꝛat. Seperari enim a ſubiecto nõ poterunt: niſi interempta ſit natura ſubiecti. Secũdum accidens vero inſeperabiles differentię ſunt. hę ꝓpꝛię nuncupantur: vt aquilũ eſſe: vel ſimũ. quę idcirco per accidens nuncupantur: quoniã iam conſtitutę ſpeciei extrinſecus accidunt: nihil ſubiecto ſubſtantię commodantes.

Illę igitur quę per ſe ſunt: in ratione ſubſtãtię accipiuntur: ⁊ faciunt aliud: illę vero quę ſcðm accidens: nec in ſubſtantię ratione accipiuntur: nec faciunt aliud: ſed alteratum: ⁊ illę quidem quę per ſe ſunt: non ſuſcipiunt magis ⁊ minus: illę vero quę per accidens ⁊ ſi inſeperabiles ſunt: intenſionem accipiunt ⁊ remiſſioneꝫ. nam neqꝫ genus magis ⁊ minus predicatur de eo cuius eſt genus: neqꝫ generis differentię: ſcðm quas diuiditur: ipſę enim ſunt: quę vniuſcuiuſqꝫ rationem complent: eſſe autem vnicuiqꝫ vnuꝫ ⁊ idem: nec intenſionem nec remiſſionem ſuſcipiens eſt: aquilũ autem vel ſimũ eſſe vel coloꝛatum aliquo modo ⁊ intenditur ⁊ remittitur.

Differentijs rite partitis earum inter ſe diſtantiã mõſtrat Poꝛphyrius. Atqꝫ vnaꝫ quidẽ repetit quã ſuperiꝰ dixit. Cũ. n. tres eẽ dixiſſet. ſ. differẽtias cões: ꝓpꝛias: magis pꝛopꝛias: alteratuꝫ facere dixit pꝛopꝛias ſicut etiam cõmunes: aliud vero minime: ſꝫ hꝯ ſolis magis ꝓpꝛijs reſeruauit. nũc igiẽ idẽ repetit dicẽs. Quã inſeperabiles differentię quę ſubſtantiaꝫ monſtrant. Id eſt quę per ſe ſubiectis ſpeciebus inſunt: eaſqꝫ perficiũt aliud faciunt. Illę vero quę ſunt pꝛopꝛię id eſt ſecundũ accidens inſeparabiles differẽtię: neqꝫ in ſubſtãtia ſũt neqꝫ aliud faciunt: ſed tantum (vt ſuperius dictũ eſt) alteratum. Item alia diſtantia eſt earum differentiarũ quę ſecundum ſubſtantiam ſunt: ab his quę ſecundum accidẽs. Quoniã quę ſubſtantiã monſtrant: intẽdi aũt remitti non poſſunt. Quę vero ſcðm accidens ⁊ intentione creſcũt ⁊ remiſſione decreſcunt. id autẽ pꝛobatur hoc modo. vnicuiqꝫ aũt rei eſſe ſuum neqꝫ creſcere neqꝫ diminui poteſt. naꝫ qui homo eſt: humanitatis ſuę nec crementa poteſt: nec decremẽta ſuſcipere. Nã neqꝫ ipſe a ſe plus aut minus hodie vel quolibet alio tẽpoꝛe homo eſſe poteſt: nec homo rurſus ab alio homine plꝰ homo poteſt eſſe vel animal. Utriqꝫ enim ęqualiter aĩalia ęqualiter homines eſſe dicuntur. Quod ſi vnicuiqꝫ eſſe ſuum nec cremento ampliari poteſt nec ĩminutione vel diminutione decreſcere: quod per id facile mõſtrari põt quoniã quę genera ſunt vel ſpecies: nulla ĩtentione vl remiſſione variantiantur. Non eſt dubium: quin differẽtię quoqꝫ q̃ vniuſcuiuſqꝫ ſpẽi cuiꝰ ſubam ĩfoꝛmãt: nec remiſſionis detrimenta ſuſcipiant: nec intentionis augmenta. Itaqꝫ ſubſtantiales differentię neqꝫ intentionẽ neqꝫ remiſſionem ſuſcipiunt. huius cauſa hęc eſt Quoniã eſſe vnicuiqꝫ vnũ ⁊ idem eſt: ⁊ ĩtentionẽ remiſſionemqꝫ non ſuſcipit. huius exemplũ ſit. Genus eniꝫ dici nõ poteſt plꝰ minuſue cuilibet eſſe genꝰ. Omnibꝰ enim genꝰ ęqualiter ſemper ponitur. Differẽtię quoqꝫ quę diuidunt genus ⁊ infoꝛmant ſpeciem: quoniã ſpeciei eſſentiã copulant vel cõplent: nec intentionem recipiunt nec remiſſionem. Quę vero ſcðm accidens differentię ſunt inſeperabiles. vt ſimũ eſſe vel aquilinum vel coloꝛatum aliquo modo: ⁊ intentionẽ ſuſcipiũt ⁊ remiſſionem. Fieri enim poteſt vt hic paulo ſit nigrioꝛ: hic vo amplius ſimus ſit: ille minus aquilinus. At vero qm̃ omnes homines ęqualiter rationales moꝛtaleſqꝫ ſunt: nec ſpecierũ. nec differentiarũ natura videtur amittere.

Cũ igiẽ tres ſpẽs differẽtię ꝯſiderenẽ: ⁊ cũ hę qdẽ ſint ſeꝑabiles: ⁊ illę vo inſeꝑabiles: ⁊ rurſus inſeperabiliũ hę quidem ſint per ſe illę vero per accidens: rurſus earũ quę per ſe ſunt differentiaruꝫ: alię quideꝫ ſunt: ſcðm quas diuidimus genera in ſpecies: alię vero ſcðm quas ea quę diuiſa ſunt ſpecificantur: vt cum per ſe differentię omnes huiuſmodi animalis ſint: animati ⁊ ſenſibilis: rationalis ⁊ irrationalis: moꝛtalis ⁊ ĩmoꝛtalis ea quideꝫ quę eſt animati ⁊ ſenſibilis differentia: conſtitutiua eſt animalis ſubſtantię. eſt enĩ animal ſubſtantia animata ſenſibilis ea vero quę eſt moꝛtalis ⁊ ĩmoꝛtalis differentia: ⁊ rationalis: ⁊ irrationalis: diuiſiuę ſunt animalis differentię. per eas enim genera in ſpecies diuidimus.

Fit nunc differentiarum plena ⁊ ſupꝛema diuiſio: quę eſt huiuſmodi. differentiaruꝫ alię ſeperabiles: alię inſeperabiles. inſeperabiliuꝫ: alię ſunt ſcðm accidens: alię ſubſtantiales. Subſtantialiũ: alię ſunt diuiſibiles generis: alię conſtitutiuę ſpecierum. Quod vero ait. Cum igitur tres ſpecies differentię cõſiderẽtur: ad hoc retulit quod in pꝛima differentiarum diuiſione partim eas cõmunes eſſe: partim pꝛopꝛias: partim magis pꝛopꝛias dixit quas rurſus tres differẽtias: aliaſ ſeperabiles eẽ mõſtrauit: alias iſeꝑabiles. Seꝑabiles qdẽ ꝯmunes: inſeperabiles vero pꝛopꝛias: ac magis pꝛopꝛias. Inſeperabilium vero fecit diuiſionem dicens: alias nõ eſſe ſecundum ſe: alias ſcðm ſubſtantiam conſiderari: ⁊ illas eſſe ſcðm accidens: q̃ ꝓpꝛię nũcupãtur. Magis ꝓpꝛias vero ſecundum ſubſtantiam conſiderari. Earum vero quę ſecundum ſubſtantiam ſunt: ſubdiuiſionẽ facit: q alię earum genus diuidunt: alię ſpeciẽ infoꝛmãt. Ad cuius rei facilem cognitionẽ illa tertij libꝛi ſpecieruꝫ generũqꝫ diſpoſitio vel deſcriptio tranſcribatur. Sitqꝫ pꝛimum ſubſtantia: ſub hac coꝛpoꝛeum atqꝫ incoꝛpoꝛeum: ſub coꝛpoꝛe animatuꝫ atqꝫ inanimatũ: ſub animato ſenſibile atqꝫ inſenſibile: ſub quo animal: ſub animali rationale: ſub rationali atqꝫ irrationali moꝛtale atqꝫ immoꝛtale. Et ſub moꝛtali ſpecies hominis: quę ſolis deinceps indiuiduis pꝛęponatur. In hac igitur diuiſione oẽs hę differentię ſpecię nũcupãtur. Generum enim ſpecierumqꝫ differentię ſunt: ſed generum quideꝫ diuiſiuę: ſpecierum aũt conſtitutiuę. id auteꝫ pꝛobatur hoc modo. Subſtantiam quidem coꝛpoꝛei atqꝫ incoꝛpoꝛei differentię partiuntur. Coꝛpoꝛeũ vero aĩati atqꝫ inanimati: animatum enim ſenſibilis atqꝫ inſenſibilis partiuntur. Ita igitur genera ſubſtantiales differentię partiuntur: ⁊ dicuntur generũ diuiſiuę. At vero ſi eadem differentię a genere deſcendentes quę genus diuidunt: colligantur: ⁊ vnum ad quod poſſũt iungi copulentur ſpecies infoꝛmantur: vt quidẽ animal ſubſtantię ſit ſpecies. Omnia eniꝫ ſuperioꝛa de inferioꝛibus pꝛedicanẽ ⁊ quicquid inferius fuerit: ſpecies erit etiam ſuperioꝛis Animatũ tamẽ atqꝫ ſenſibile quę ſunt eiuſdem differẽtię: ſi referantur ad genera: diuiſiuę ſunt. Conſtitutiuę vero fiunt animalis: eiuſqꝫ ſubſtantiam foꝛmant atqꝫ conſtituunt: diffinitionẽqꝫ confoꝛmant: ut ſit ſubſtantia animata ſenſibilis. Subſtantia quidem eſt genus: animatũ vero atqꝫ ſenſibile conſtitutiuę eiuſdẽ differentię. Iteꝫ animal racionali atqꝫ irrationali: moꝛtali atqꝫ ĩmoꝛtali diuiditur: ſed iuncta rationalitas atqꝫ moꝛtalitas: quę animalis diuiſiuę fuerant: fiunt hoĩs conſtitutiuę: atqꝫ ꝑficiunt ſpeciẽ: atqꝫ omnẽ eius rationẽ diffinitionis infoꝛmãt atqꝫ ꝑficiũt. At ſi irrationalitas cũ moꝛtalitate iũgatur: fiet equus atqꝫ quodlibet animal: qđ ratione non vtitur. Rationabilitas vero atqꝫ ĩmoꝛtalitas copulatę ſubſtantiam dei infoꝛmant. Ita igitur eadem cũ referuntur ad genera diuiſiuę generum fiunt. Si vero ad inferioꝛes ſpecies conſiderentur: infoꝛmant ſpecies: earumqꝫ ſubſtantiã cõuenienti copulatione cõſtituunt. In hoc quęſitum eſt: quemadmoduꝫ dicerenẽ eſſe hę differentię ſpecierum cõſtitutiuę: cũ irrationabilis differentia atqꝫ ĩmoꝛtalis nullã ſpeciem videntur efficere. Reſpondemus quidem pꝛimũ placere Ariſto. celeſtia coꝛpoꝛa animata nõ eſſe. Quod vero animatũ nõ ſit: animal eſſe non poſſe. quod vero non ſit animal: nec rationale eſſe concedit: ſed eadẽ coꝛpoꝛa pꝛopter ſimplicitatem et perpetuitateꝫ motus ęterna eſſe cõfirmat. Eſt igitur aliquid ꝙ ex duabus his differentijs conficiatur irrationabili ſcilicet atqꝫ ĩmoꝛtali. Quod ſi magis concedendũ Platoni eſt: ⁊ celeſtia coꝛpoꝛa aĩata eſſe credendũ nullum eſt quod his differentijs poteſt eſſe ſubiectum. Quicquid enim irratiõabile eſt: coꝛꝛuptioni ſubiacens ⁊ generationi immoꝛtale eſſe non poterit. ſed tñ hę differentię: quoniã ſubſtantialium differẽtiarũ in numero ſunt: ſi iungi vllo modo potuiſſent. earũ naturam ⁊ ſpeciem quoqꝫ poſſent efficere. atqꝫ vt intelligatur quę ſit hęc potentia efficiendę ſubſtantię ſpeciciqꝫ foꝛmandę. Reſpiciamus ad pꝛopꝛias atqꝫ cõmunes: quę tametſi iungantur: ſpeciẽ ſubſtantiãqꝫ nulla ratione cõſtituũt. Si quis enim loquatur ambulans: quę ſunt duę cões differẽtię: vel ſi longus vel albus: vnũ idcirco ab eiſdẽ eius ſubſtantia conſtituitur minime. Cur qꝛ eiuſdem ſunt generis: quę alicuius poſſunt conſtituere ⁊ cõfoꝛmare ſubſtantiaꝫ. ita igitur hę id eſt irrationale atqꝫ immoꝛtale: etiam ſi ſubiectũ aliquid ſubſtantię habere nõ poſſunt: poſſent tamen ſubſtantiã efficere ſi vllo modo iungi copularique potuiſſent. Pꝛeterea irrationale iũctũ cũ moꝛtali ſubſtãtia pecudem facit Eſt igiẽ cõſtitutiua irrationalis differẽtia. Item ĩmoꝛtale atqꝫ rationale cõiũcta efficiũt deum. Eſt igitur immoꝛtale qđ ſpeciẽ foꝛmat. Quod ſi inter ſe iungi nequeunt: non idcirco ꝙ in natura eoꝛum eſt: abrogatur.

Sed hę quidem quę diuiſiuę ſũt differẽtię generũ: cõpletiuę fiũt: ⁊ cõſtitutiua ſpecierũ diuiditur enĩ aĩal rationali ⁊ irrationali differentia: ⁊ rurſus moꝛtali ⁊ ĩmoꝛtali differẽtia. ſed ea quę ſũt rationalis differẽtię ⁊ moꝛtalis: cõſtitutiuę ſũt hoĩs: rationalis vero ⁊ immoꝛtalis dei: illę vero quę ſũt irrationalis ⁊ moꝛtalis: irrationabiliũ animaliũ: ſic ⁊ ſupꝛema ſubſtantia cũ diuiſiua ſit animati ⁊ inaĩati differentia: ſenſibili ⁊ inſenſibili: animata ⁊ ſenſibilis congregatę ad ſubſtantiaꝫ animal perfecerunt: animata vero ⁊ inſenſibilis perfecerunt plantam.

Geminum differentiarum vſum eſſe demõſtrat: vnũ quidem quo genera diuiduntur: alium quo ſpecies infoꝛmantur. neqꝫ enim hoc ſolum differentię faciunt: vt genera partiantur: verum etiam dũ genera diuidũt: ſpecies in quas genera deducuntur efficiũt. Itaqꝫ quę diuiſiuę ſunt generũ fiunt conſtitutiuę ſpecierũ: huiuſqꝫ illud exemplũ eſt: quod ipſe ſubiecit. Animalis quippe differentię ſunt diuiſiuę: rationale atqꝫ irrationale. Omne enim qđ animal eſt: aut rationale aut irrationale: aut moꝛtale aut ĩmoꝛtale eſt. Sed iſtę differẽtię quę diuidunt genus quod eſt animal: ſpeciei ſubſtantiam foꝛmãqꝫ conſtituunt. Nam cuꝫ ſit homo aĩal: efficitur rationali moꝛtaliqꝫ differentijs: quę dudũ animal partiebantur. Itẽ cum ſit equus animal: rõnali moꝛtaliqꝫ differentijs conſtituitur: quę duduꝫ animal diuidebãt Deus auteꝫ cum ſit aĩal: vt de ſole dicamus: rationali ĩmoꝛtaliqꝫ efficitur differentijs: quas diuidere genus cõueniens habita poꝛtio paulo ante monſtrauit. Sed hic (vt diximus) deum coꝛpoꝛeũ intelligi opoꝛtet: vt ſolẽ ⁊ celũ cęteraqꝫ huiuſmodi: quę cũ animata ⁊ rationabilia Plato eſſe confirmat: tũ etiã deoꝝ vocabulo antiquitatis veneratione pꝛobanẽ eſſe ſubiecta: de pꝛimo quoqꝫ genere. i. ſubſtãtia demõſtrãẽ venire. Nã cũ eiꝰ diuiſiuę ſint differentię: animatũ atqꝫ inanimatũ: ſenſibile atqꝫ inſenſibile: iunctę differẽtię ſenſibile atqꝫ animatũ efficiunt ſubſtantiã animatã atqꝫ ſenſibilẽ: quod eſt animal. Iure igitur dictũ eſt quę diuiſiuę ſunt differentię generum: eaſdem eſſe conſtitutiuas ⁊ completiuas ſpecierum.

Quoniam ergo eędẽ aliquo modo acceptę fiunt conſtitutiuę: aliquo modo aũt diuiſiuę: omnes ſpecificę dicũtur: ⁊ his maxime opus eſt ad diuiſiones generum ⁊ diffinitiones ſpecierũ: ſed non his quę ſcðm accidens inſeparabiles nec magis his quę ſũt ſeparabiles.

Omnes a genere differẽtias ꝓcedentes genus ipſũ a quo pꝛocedunt: nullus diuidere ignoꝛat. Ipſę aũt quę diuidunt genus: ſi ad poſterioꝛes ſpecies applicentur: infoꝛmant ſubſtãtias eaꝝ eaſqꝫ perficiunt. Eędẽ igiẽ ſunt cõſtitutiuę ſpecieꝝ. eędẽ ſunt diuiſibiles generuꝫ tamẽ alio modo atqꝫ alio cõſideratę: vt ſi ad genus relatę quidẽ in contrariã diuiſioneꝫ ſpectentur: diuiſibiles geneꝝ inueniunẽ. Si vero iunctę aliquid efficere poſſunt: ſpecieꝝ conſtitutiuę ſunt. Quę cuꝫ ita ſint: hę differentię quę genus diuidunt: rectiſſime diuiſiuę nominantur. Quę enĩ cõſtituunt ſpeciẽ: eędem ſpecificę nuncupantur: ſed conſtituunt ſpeciẽ hę differentię: q̃ ſunt generis diuiſiuę: igitur quę ſunt geneꝝ diuiſiuę: ⁊ conſtitutiuę ſpecificę nuncupantur. has igitur in diuiſione generis ⁊ in diffinitione ſpecierũ accipi opoꝛtet: ma

niſeſtuȝ eſt: qm̄ enim diuiſiuę ſunt: per eas diuidi oportet genus: quoniā aūt cōſtitutiuę per eas ſpēs diffiniri: quibus enim vnūquodqȝ cōſtituitur: eiſdem etiam diffinitur. Conſtituitur aūt ſpecies ꝑ differentias generis diuiſiuas: quę ſunt ſpecificę. Iure igitur hę ſpecificę ſolę ⁊ in generis diuiſione ⁊ in ſpecierū diffinitiōe ponuntur: ⁊ de ſpecificis quidem hęc ratio eſt. De his aūt: quę vel ſeperabilia vel inſeperabilia cōtinent accidentia: nihil in generū diuiſione vel diffinitione ſpecierū poterit aſſumi: iccirco quoniā quę diuiſibiles ſunt ſubſtantiā generis diuidunt: ⁊ quę conſtitutiuę ſunt: ſubſtantiā ſpeciei conſtituūt. Quę vero ſunt inſeperabilia accidentia: nullius ſpeciei ſubſtantiam informāt: vnde fit vt multo minus ſeperabilia accidentia ad diuiſionē generū vel ſpecierū diffinitiones accomodentur. Omnino enim diſſimiles ſunt ſubſtātialibus differētiis. Nam inſeperabilia accidentia hoc fortaſſe habeāt cōe cum ſpecificis: hoc eſt cū ſubſtantialibus differentijs: ꝙ ęque ſubiectū nō derelinquūt: ſicut nec ſpecificę differentię. Separabilia aūt accidētia: nec hoc quidem: ſeparari enim poſſunt: nec tm̄ poteſtate ⁊ mētis rōne: ſed actus etiā preſentia: ⁊ omnino veniendi vel diſcedendi varietatibus permutantur.

Quas etiā determinātes dicunt. Differētia eſt qua abundat ſpēs a genere. hō enim ab animali plus habet rationale ⁊ mortale. aīal enī ipſuȝ nihil horū eſt. nā vnde habēt ſpecies differentias: nec enī oēs oppoſitas habet. nāqȝ idem ſimul habebit oppoſitas ſed quēadmoduȝ probant: poteſtate qdem habet oēs differentias ſub ſe: actu vero nullam. Et ſic nec ex his quę non ſunt aliquid fit: nec in eodē ſimul oppoſita erunt.

¶ Specificas differentias diffinitiōe ꝯcludit dicens: ſubſtantiales differentias a quibuſdaȝ tali deſcriptōis rōne diffiniri. Differentia ſpecifica eſt qua abūdat ſpecies a genere. ſit enim genus animal: ſpēs homo. habet igitur homo differentias in ſe: quę conſtituūt vt rōnale atqȝ mortale. oīs enim ſpecies conſtitutiuas formę ſuę differentias in ſe retinet: nec preter illas eſſe poteſt: quarū ꝯgregatione perfecta eſt. Si igitur animal ſolū genus eſt: homo vero animal rationale mortale: plꝰ habet homo ab animali id quod rationale eſt atqȝ mortale. Qd̄ igitur abūdat ſpecies a genere: id quod ſuperat genus ⁊ quod plus habet a genere: hoc eſt ſpecifica differentia. Sed huic diffinitioni quędā queſtio videtur occurrere: habens principiū ex duabus per ſe ꝓpoſitionibus notis: vna quidē qm̄ duo contraria in eodē eſſe nō poſſunt: alia vō quoniā ex nihilo nihil fit. Nā neqȝ contraria pati ſeſe poſſunt in vnū: vt in eodē ſimul ſint nec aliquid ex nihilo fieri poteſt. Omne enī qd̄ fit: habet aliquid vnde effici poſſit atqȝ formari. Quę ꝓpoſitiones talē faciunt queſtionē: dictū eſt differentiaȝ eſſe id qua plus abūdet ſpēs a genere. Qd̄ igitur dicēdū ne eſt: genus eas differentias: quas habent ſpecies nō habere: ⁊ vnde habebit ſpēs differentias: quas genꝰ non habet: niſi enim ſit vnde veniant differentię in ſpeciem venire non poſſunt: quod ſi genus quidē has differētias non habet: ſpēs autē habet: videt̄ ex nihilo differentia in ſpeciē cōueniſſe: ⁊ factū eē aliquid ex nihilo: ꝙ fieri nō poſſe ſuperius dicta ꝓpoſitio monſtrauit: ꝙ ſi differentias omnes genus continet. Differentię aūt in cōtraria diſſoluūtur: fiet vt rationalitatē atqȝ irrationalitatē: mortalitatē atqȝ imortalitatē ſimul habeat aīal: qd̄ eſt genꝰ: ⁊ erūt in eodē bina ꝯtraria: qd̄ fieri nō pōt. Neqȝ enī ſicut in corpe ſolet eſſe alia pars alba: alia nigra: ita fieri in genere pōt. genus enī per ſe cōſideratū ꝑtes nō hȝ niſi ad ſpēs referat̄: quicqd igitur habet genus: non partibus ſed tota ſui magnitudine retinebit. Nec illud dubium eſt quin partibus genus habeat cōtrarietates: vt animal in hoīe habet rationabilitatē: in boue vero contrarium. Sed nunc non de ſpeciebus q̄rimus: de quibus genus conſtat: ſed an ipſū per ſe genꝰ eas differētias: quas habet ſpecies habere poſſit atqȝ intra ſuę ſubſtantię ambitum cōtinere poſſit. hanc igitur queſtionē tali rōne diſſoluimꝰ. Poteſt quilibet id qd̄ eſt: nō eſſe: ſed alio modo eſſe: alio vero nō eſſe: vt Socrates vō cū ſtat: ⁊ ſedet ⁊ nō ſedet: ſed ⁊ qdē poteſtate: actu vero nō ſedet. Cū enī ſtat: manifeſtuȝ eſt eum non agere ſeſſionē: ſed potius ſtandi imobilitatē. Sed rurſus cū ſtat: ſedet: non q: iam ſedet: ſed q: ſedere pōt: ita actu quidē non ſedet: poteſtate vō ſedet: ⁊ ouū aīal eſt: ⁊ non eſt aīal: nō eſt quidē aīal actu: adhuc nanqȝ ouū eſt: nec aīalis quidem ꝓceſſit viuificatio: ſed idē eſt tn̄ aīal poteſtate: q: pōt eſſe iā animal: cū formā ac ſpeciē viuificationis acceperit. Ita igit̄ genꝰ habet has differentias ⁊ nō habet: nō habet quidē actu: ſed habet poteſtate. Si enī ipſuȝ per ſe aīal conſideret̄: differentias non habet. Si aūt ad ſpecies reducat̄: habere poteſt ſed diſtribute. atqȝ vt eius ſpeciebꝰ ſeparatim nihil poteſt euenire contrariū. Ita ipſuȝ genus ſi ꝑ ſe cōſideret̄: differentijs caret. Qd̄ ſi ad ſpēs referat̄: ꝑ diſtributas ſpecies in partibus ſuis cōtraria retinebit: atqȝ ita nec ex nihilo venerunt differētię: quas genꝰ retinet poteſtate: nec vtraqȝ contraria in eodē ſunt: cū ꝯtrarias differentias in eo ꝙ dicit̄ genus: actu nō habet. impoſſibilitas enim eiꝰ propoſitionis q̄ dicit cōtraria in eodē eſſe nō poſſe: in eo cōſiſtit ꝙ cōtraria actu in eodē eſſe nō poſſunt. Nam poteſtate ⁊ actu duo ꝯtraria in eodē eſſe nihil impedit. Quę vō nos cōtraria diximus: Porphyrius oppoſita nuncupauit. Eſt enī genus ꝯtrarij oppoſituȝ. omnia enim cōtraria ſibimetipſis cōſiderantur oppoſita.

Definiunt autē ⁊ hoc modo. Differentia eſt quę de pluribus ⁊ differentibus ſpecie in eo ꝙ quale ſit predicatur. rationale enim ⁊ mortale de homine predicatuȝ in eo ꝙ quale eſt: hō dicitur: ſed nō in eo qꝛ qd eſt. quid quidē enī eſt homo interrogatis nobis conueniens eſt dicere aīal. quale autēȝ inquiſiti: quoniā rationale ⁊ mortale: cōuenienter aſſignabimus.

¶ Tres ſunt interrogationes ad quas genus: ſpecies: differentia: proprium: atqȝ accidēs reſpondetur. hę autem ſunt. Quid ſit: quale ſit: quomodo ſe habet. Nā ſi quis interroget quid eſt Socrates: reſponderi per genus ac ſpeciem poterit conuenienter: vt animal: aut homo. Si quis quomodo ſe habeat Socrates interroget iure accidens reſpondetur. i. aut ſedet: aut legit ⁊c̄. Si quis vero qualis ſit Socrates interroget: aut differentia: aut propriū: aut accidēs reddetur. i. rōnalis: vł riſibilis: vel caluus. Sed in proprio quidē illa eſt obſeruatio ꝙ illud ꝓpriuȝ dicitur quod de vna ſola ſpecie dici pōt accidens vō tale eſt quod qualitatē deſignat quę nō ſubſtantiam ſignificat. Differentia vero talis eſt quę ſubſtantiam demonſtrat. Interroganti igitur qualis vnaquęqȝ res ſit: ſi volumus reddere ſubſtantię qualitatē: differentiā p̄dicamus. Quę differentia nunq̄ȝ de vna tantum ſpecie predicatur: vt mortale vel rationale: ſed de pluribus. Quod igitur de pluribus ſpeciebus inter ſe differentibus predicatur ad eam interrogationē: quę q̄le ſit id de quo querit̄ interrogat: ea eſt differentia. cuiꝰ talem poſuit diffinitionē. Differētia eſt quod de pluribus ſpecie differentibus in eo ꝙ quale ſit predicatur. Cuius diffinitionis cauſam rationēqȝ ptractans ait.

Rebus enim ex materia ⁊ forma cōſtantibus: vel ad ſimilitudineȝ proportionēqȝ materię ⁊ formę cōſtitutionē habentibus: quēadmodū ſtatua ex materia quidē ē ęris forma aūt figura: ſic ⁊ hō cōmunis ⁊ ſpecialis. ex materia quidē ſimiliter proportionabiliterqȝ cōſiſtit ex genere: ex forma aūt differentia. totuȝ aūt hoc. ſ. aīal rationale mortale homo eſt: quēadmodū illic ſtatua.

¶ Dixit ſuperius differentias eſſe quę in qualitate ſpeciei predicarentur: nunc autem cauſas exequitur: cuius ſpeciei qualitas differentia ſit. Omnes inquit res vel ex materia formaqȝ conſiſtunt: vel ad ſimilitudineȝ materię atqȝ formę ſubſtantiā ſortiuntur. Ex materia formaqȝ ſubſiſtunt omnia quęcūqȝ ſunt corporalia. Niſi enim ſit ſubiectum corpus quod ſuſcipiat formaȝ: nihil omnino eſſe poteſt. Si eniȝ lapides non fuiſſent: muri parieteſqȝ nō eſſent. Si lignū non fuiſſet omnino: nec menſa quidē q̄ ex ligni materia eſſe potuiſſet. Igitur ſuppoſita materia ac preiacente cum in ipſa figura ſuperuenerit: fit quęlibȝ ipſa res corporea ex materia formaqȝ ſubſiſtens: vt Achillis ſtatua ex ęris materia: ⁊ ex illiꝰ achillis figura perficitur. Atqȝ ea quideȝ quę corporea ſunt manifeſtū eſt ex materia formaqȝ ſubſiſtere. Ea vō quę ſunt incorporalia: ad ſimilitudinē materię atqȝ formę habent ſuperpoſitas priores antiquioreſqȝ naturas: ſuper quas differentię venientes efficiunt aliquid: quod eodē modo ſicut corpꝰ: tamē ex forma ac figura conſiſtere videat̄: vt ī genere ac ſpecie additis generi differētijs ſpecies effecta eſt. Ut igitur eſt in Achillis ſtatua ęs qd̄ materia eſt: forma vero Achillis qualitas: ⁊ quędam figura: ex quibꝰ efficitur achillis ſtatua: quę ſubiecta viſibus capitur: ita etiā in ſpecie quę eſt homo: materia qdē genus eſt quod eſt animal: cui ſuperueniens qualitas rationalis: animal rationale. i. ſpeciē fecit. Igitur ſpeciei materia q̄dā eſt genꝰ: forma vero: q̄ſi qualitas differētia. Qd̄ ēſt igitur in ſtatua ęs: hoc eſt in ſpecie genus: quod in ſtatua eſt figura conformans: id in ſpecie differentia. Quod eſt igitur in ſtatua ipſa ſtatua: quę ex ęre figuraqȝ conformatur: id in ſpecie ipſa ſpecies quę ex genere differentiaqȝ cōiungitur. Quod ſi materia quideȝ ſpeciei genus eſt: forma autem differentia: omnis vero forma qualis eſt: iure omnis differētia qualitas appellatur. Quę cuȝ ita ſint: iure in eo ꝙ quale ſit īterrogātibꝰ reſpondetur.

Deſcribunt autē huiuſmodi differētias: et hoc modo. Differentia eſt qd̄ eſt aptuȝ natum diuidere ea quę ſub eodē genere ſunt: rationale eniȝ ⁊ irrationale: hominē ⁊ equū quę ſub eodē genere aīali ſunt: diuidunt.

Hęc quidē diffinitio cū ſit vſitata: ⁊ ante oculos diſpoſita: eam tn̄ exempli inſuper luce reſerauit. Omnes enī differētię idcirco differentię nuncupantur: ꝙ ſpeciei ex ſe differentię faciunt: quas vnū genus includit: vt homo atqȝ equus proprijs diſcrepant differentijs. Sed ſicut homo animal eſt: ita etiam equus. ergo ſecundum genus nullo modo diſtant. Quę igitur ſecundū genuſ nullo modo diſcrepāt: ea differentijs diſtribuūtur. Additū eniȝ rationale quidē homini irrōnale vero equo: equs atqȝ homo quę ſub eodeȝ fuerāt genere: diſtribuūtur ⁊ diſcrepant: additis. ſ. differentijs.

Aſſignant etiaȝ hoc modo. differentia eſt: qua differunt a ſe ſingula. nāqȝ hō ⁊ equus ſcdm̄ genus nō differunt. Sumus enī animalia nos ⁊ irrationabilia: ſed additum rationale diſiunxit nos ab illis. ⁊ rationales ſumus ⁊ nos ⁊ dij: ſed mortale appoſitum diſiunxit nos ab illis.

¶ Uicioſa ratione ⁊ non ſana ꝙ vult explicat diffinitio quorundam. Id enim dicunt eſſe differentiaȝ: qua vnaquęqȝ res ab alia diſtat. in qua diffinitione nihil intereſt ꝙ quod ita dixit: an ita concludat. Differentia eſt id quod eſt differentia. etenim differentię nomine in eiudem differentię ⁊ vſus diffinitione dicens. Differentia eſt qua differunt a ſe ſingula. Quod ſi adhuc differentia non ſcitur: niſi diffinitione dare ſciat: differentia quoqȝ quid ſit: qui poteſt agnoſcere: ita nihil amplius attullit ad agnitionem: qui differētię nomine in eiuſdē vſus eſt diffinitione. Eſt autem cōmunis ⁊ vaga nec includentes ſubſtantiales differētias ſed quaſlibet etiā accidētes hoc modo. Differentia eſt qua a ſe differūt ſingula. Quę enī genere ſūt eadē: eadē differētia diſcrepāt vt cum homo atqȝ equꝰ idem ſunt in animalis genere vtraqȝ ſunt animalia. differunt tamen differentia rationali: vt cuȝ dij atqȝ homines ſub rationalitate ſunt poſiti: differunt tamē mortalitate. Rationabile igitur ad equuȝ hominis differētia eſt: mortale hominis ad deū atqȝ hoc quidē modo ſubſtantiales differentię colliguntur. Quod ſi ſocrates ſedeat: plato vero ambulet: erit differentia ſeſſio vel ambulatio: quę ſubſtātialis non eſt. Nāqȝ iſtam quoqȝ differentiam diffinitio videtur includere: cum dicit. differentia eſt qua differūt a ſe ſingula. Cūqȝ enim ſocrates a platone diſtiterit: nullo autēȝ modo diſtare ab alio niſi accidentibus poteſt: id erit differentia ſecūdū ſuperioris terminū diffinitionis. Quā rem. ſ. viderunt etiam hi qui diffinitionis huius vagum cōmunemqȝ fineȝ reprehendentes certe concluſionis terminum ſubiecerunt.

Interius autē perſcrutātes differentiā: dicunt nō quodlibet eorū quę ſub eodeȝ ſunt genere diuidentiū eſſe differentiā: ſed qd̄ ad eſſe cōducit: ⁊ quod eſt pars eius: qd̄ eſt eſſe rei. Neqȝ enī quod aptum natuȝ eſt nauigare: erit hominis differētia: ⁊ ſi propriū ſit hominis. Dicimus enī aīaliū hęc quidē apta nata eſſe ad nauiganduȝ: illa vero minime: diuidētes hoīem ab alijs: ſed natum eſſe ⁊ aptū ad nauiganduȝ: nō erat cōpletiuū ſubſtantię: nec eius pars: ſed aptitudo quędā ſoluȝ. Iccirco nō eſt talis: quales ſūt differentię: quę ſpecificę dicūtur. Erunt ergo ſpecificę differentię: quęcūqȝ alteram faciunt ſpeciem: ⁊ quęcūqȝ in eo qꝛ quale ē accipiuntur. ⁊ de differentijs quidem iſta ſufficiunt.

¶ Senſus ꝓpoſitionis huiuſmodi eſt. Quoniā ſuperius dixit determinaſſe quoſdā differentiam eſſe: qua a ſe ſingula diſcreparent. Ait alios diligentius differentiam pſcrutantes non fuiſſe arbitratos recte eſſe ſuperiꝰ propoſitaȝ diffinitionem. Neqȝ enī omnia quęcūqȝ ſub eodē poſita ſunt genere quę faciūt differre differētię: his de quibꝰ nūc tractat̄. i. ſpecificę nominari queūt. Plures enī ſūt quę ita diuidunt ſpecies ſub vno genere poſitas: vt tamen eorū ſubſtantiā minime conformēt. Quia nō vident̄ eē differētię ſpecificę: niſi ille tm̄ q̄ ad id ꝙ ē eſſe ꝓficiunt idest hę quę in diffinitionibus alicuiꝰ partes ponuntur. Ea autē ſunt: vt rationale hominis. Nā ſubſtantiam hominis cōformat: ⁊ ad eſſe hominis proficit: ⁊ diffinitionis eius hominis pars eſt. Niſi ergo ad id quod eſt eſſe conducit: ⁊ eius rei quod eſt eſſe pars eſt: ſpecifica differentia nullo modo poterit nuncupari.

¶ Quid eſt autē eſſe rei: nihil aliud niſi diffinitio. Unicuiqȝ enim rei interrogate quid eſt. Si quis quod ē eſſe monſtrare voluerit: diffinitionē dicit. Ergo ſi quid diffinitionis pars fuerit: eiꝰ erit pars quod vniuſcuiuſqȝ rei quid ſit eſſe deſignet. Diffinitio eſt quideȝ quę quid

vna queq; res ſit oſtendit ac profert: demõſtraturq; qđ vniuſcuiuſq; rei ſit eſſe per diffinitionis aſſignationem. Ille vero differentie que non ad ſubſtantiã conducũt: Sed quoddam quaſi extrinſecus accidens afferũt: ſpecifice nõ dicuntur: licet ſub eodem genere poſitas ſpecies faciant diſcrepare. Ut ſi quis hominis atq; equi hanc differentiam facit aptum eſſe ad nauigandum. homo autem aptus eſt ad nauigandum: equus vero minime. ⁊ cum ſit equus atq; homo ſub eodẽ genere animalis addita differentia aptum eſſe ad nauigandũ equum diſtinxit ab homine. Sed aptũ eſſe ad nauigandũ nõ eſt huiuſmodi quale illud per quod poſſit homini formare ſubſtantiã ſicut rationale que eſt ſubſtantialis qualitas: ſed tantũ quandam quodãmodo aptitudinem monſtrat: ⁊ ad faciendum aliquid vel nõ faciendũ opportunitatẽ. Idcirco ſpecifica differentia eſſe nõ dicitur. quo fit vt nõ omnis differentia que poſitas ſub ſe ſpecies diſtribuit: ſpecifica eſſe poſſit: ſed ea tantũ que ad ſubſtantiam ſpeciei proficit ⁊ que in parte diffinitionis accipit̃. Cõcludit ergo eas eſſe ſpecificas differentias que alteras a ſe ſpecies faciunt per diſtantiam ſubſtantialem. nam ſi vniuſcuiuſq; id eſt eſſe quodcunq; ſubſtantialiter ſiũt: quecũq; differẽtie ſubſtãtialiter diuerſe ſunt: illas ſpecies qb⁹ adſunt omni ſubſtantia faciunt alias ac diſcrepantes. atq; he in diffinitionis parte ſumuntur. nam ſi diffinitio ſubſtantiam monſtrat: ⁊ ſubſtantiales differentie ſpecies efficiũt: ſubſtãtiales differẽtie partes ſunt diffinitionũ

Proprium vero quadrifariã diuidũt. Nam ⁊ id qđ ſoli alicui ſpeciei accidit: ⁊ ſi nõ omni proprium eſt: ut hoĩ eſſe medicũ vel geometrã. Et quod omni accidit: ⁊ ſi nõ ſoli: queãdmodũ hoĩ eſſe bipedem. Et qđ ſoli ⁊ omni ⁊ aliquãdo: vt homini in ſenectute caneſcere. Et quod ſoli ⁊ oĩ ⁊ ſemp: queãdmodũ homini eſſe riſibile. nam ⁊ ſi nõ rideat ſemper: tamẽ riſibilis dicitur: nõ ꝙ iam rideat: ſed ꝙ aptus natus ſit ad ridendũ. hoc autẽ ei ſemper naturale eſt: vt equo hinnibile. Hec autẽ nominantur vere propria: quoniã conuertuntur. quicquid enĩ eſt equus: hinnibile eſt: ⁊ quicquid eſt hinnibile eſt equus.

¶ Superius dictũ eſt omnia propria ex accidentiũ genere deſcẽdere. Quicquid enim de de aliquo predicatur aut ſubſtãtiã informat: aut ſecũdũ accidens ineſt. Nihil vero eſt quod rei ſubſtantiã monſtret niſi genus ſpecies ⁊ differẽtia: Genus quidem ⁊ differẽtia mõſtrant ſubſtantiã ſpeciei. Species vero indiuiduorum. Quicquid ergo reliquum eſt in accidentiũ numero ponitur. Sed quoniam ipſa accidentia habent inter ſe aliquã differentiam: idcirco alia quidẽ ꝓpria: alia priora atq; antiquiore nomine accidentia nuncupant̃ ⁊ de accidentib⁹ paulo poſt. Nunc de proprijs que quadrifariam diuiduntur: non vt tanq; aliquod propriũ in quatuor diuidi ſecariq; poſſit: ſed hoc quod ait diuidunt ita intelligẽdum tanq; ſi diceret nuncupãt. id ẽ ꝓprium quadrifariam dicunt: cuius quadrifarie appellationis ſignificationes enumerat: vt que ſit congrua ⁊ conueniens nuncupatio ꝓprietatis oſtendat. Dicit ergo ꝙ propriũ primo eſt accidens quod ita vni ſpeciei adeſt: vt tamẽ nullo modo coequetur ei: ſed infra ſubſiſtat ac maneat: vt hominis dicitur propriũ medicũ eſſe: idcirco ꝙ nulli alij ineſſe animalium poteſt. Nec illud attendimus an hoc de omni homine dici poteſt medicũ eſſe. Et hec quidẽ ſignificatio ꝓprij dicitur eſſe ſoli etiã ſi nõ omni. Soli enim ſpeciei etiã ſi non omni coequatur: vt homini medicũ eſſe: ſoli quidẽ ineſt homini ſed nõ omnibus hominibus ad ſcientiã adeſſe poteſt. Aliud ꝓpriũ eſt ꝙ huic contrario dicitur omni etiã ſi nõ ſoli. Quod huiuſmodi eſt: vt omnẽ quidẽ ſpeciem contineat eamq; tranſcẽdat Et quoniã quidẽ nihil eſt ex ſubiectis ſpeciei quod illo proprio non vtatur dicimus omni. Quoniã vero tranſcendit ad alias: dicimus nõ ſoli. hoc huiuſmodi eſt quale homini eſſe bipedem. Propriũ eniz hominis eſt eſſe bipedẽ. Omnis enĩ hõ bipes eſt etiã ſi nõ ſolus. aues enim bipedes ſunt. Gemine igit̃ ſignificationes proprij que ſuperius dicte ſunt: habent aliquid min⁹: prima quidem qđ non omni: ſecunda vero quod non ſoli: q̃s ſi iungimus facim⁹ omni ⁊ ſoli. Sed ẽ min⁹ aliqd ſecundũ tempus ſi ei adiciatur aliquãdo: vt ſit hec tertia ꝓprij nuncupatio: vt omni ⁊ ſoli ſed aliquando: vt eſt in ſenectute caneſcere vel in iuuentute pubeſcere: omni enim homini adeſt in iuuẽtute pubeſcere ⁊ in ſenectute caneſcere ⁊ ſoli. Pubeſcere enim ſolius eſt hominis ſed aliquãdo. neq; enim in omni tempore: ſed in ſola tantũ iuuentute. Hec igitur determinatõ proprij in eo quidẽ mõ ꝙ omni ⁊ ſoli eſt abſoluta eſt: ſed ⁊ ex eo iuuit aliđ ⁊ cõtrahit cũ dicim⁹ aliqñ: qđ ſi auferam⁹: fit ꝓprij integra ⁊ ſimplex ſignificatio hoc modo. Propriũ ẽ quod omni ⁊ ſoli ⁊ ſemper adeſt. omni autem ⁊ ſoli ſpeciei ⁊ ſemper intelligendũ ẽ: v homini riſibile: equo hinibile. Omnis enim homo ⁊ ſolus riſibilis eſt ſemper. neq; illud nos vlla dubitatiõe perturbet ꝙ ſemper homo non rideat. Non enim ridere eſt ꝓprium homini ſed riſibile: quod non eſt actu ſed in poteſtate conſiſtit. ergo etiã ſi non rideat quia ridere tãtũ poſſit: ſoli ⁊ omni homini adeſſe dicitur ⁊ cõuenienter propriũ nũcupatur. Nam ſi actu ſeparet̃ a ſpecie poteſtate nulla ratiõe diſiũgit̃: Quatuor igit̃ ſignificatões ꝓprij dixit. Nã primã qdẽ qñ accidẽſ ita ſubiecte ſpeciei adeſt: ut ſoli ei adſit etiã ſi non omni: ut hoĩ eſſe medicũ. Secundã aũt cũ omni ⁊ nõ ſoli accidit: vt hoĩ eſſe bipedẽ. Tertiã vero cum omni ⁊ ſoli ſed aliquando: vt hoĩ in iuuentute pubeſcere. Quartã cũ omni ⁊ ſoli ⁊ ſemp adeſt: vt eẽ riſibile. Atq; ideo cetera conuerti non poſſunt. Neq; enĩ coequat̃: qđ nõ ſoli ſed non omni ſpeciei adeſt. Neq; coequatur: quod ſoli ſed omni ſpeciei adeſt. Species quidẽ de ipſo dici poteſt: ipſum vero de ſpecie minime: Qđ enĩ medicus eſt: põt dici homo. Homo vero qui eſt: medicus eſſe nõ dicitur: Rurſum qđ ita eſt alij ꝓpriũ vt omni adſit etiã ſi nõ ſoli: ipſum quidẽ de ſpecie predicari poteſt. Spẽs vero de eo minime. Nam bipes predicari de homine poteſt: homo vero de bipede nullo modo. Rurſus qđ ita adeſt qđ omni ⁊ ſoli ſed aliquando adſit: quoniã de tẽpore habet aliquid diminutum: reciprocari non poterit. Poſſumus enim dicere omnis qui pubeſcit homo eſt non tamen dicimus oĩs qui eſt hõ pubeſcit. põt enim minime ad iuuentutẽ venire atq; ideo nõ pubeſcere: niſi forte non ſit pubeſcere hominis propriũ: ſed in iuuẽtute pubeſcere ſolummodo. Aut etiam ꝙ nõdũ eſt in iuuẽtute: aut etiã preteriit adſit ei ꝓprium non tale: quale tũc eſt: cũ preter iuuẽtutẽ eſt: ſed quale tũc fieri poſſet cũ in iuuẽtute conſiſtit. atq; ideo qđ nõ in oẽ tẽpus tendit: etiã ſi tale ẽ qđ oĩ ſpeciei adſit: ꝙ tñ in aliqđ tẽpus differat̃: integrum atq; abſolutum propriũ eſſe non dicitur. Quartum eſt quod ita adeſt ꝙ ſolã teneat ſpeciẽ ⁊ omni adſit ⁊ abſolutũ ſit a temporis conditione: vt riſibile quod a ſuperiori plurimum diſtat. nam quod riſibile eſt ſemper ridere poteſt. Rurſus qui poteſt in iuuentute pubeſcere: cum ipſa iuuẽtus non ſit ſemper: non ei eſt ſemper vt in iuuentute pubeſcat. hec autem proprij ſignificatio quã nulla tẽporis diffinitio ꝯſtringit: abſoluta eſt. Atq; ideo etiam conuertitur: ⁊ inuicem de ſe ꝓprium atq; ſpecies predicantur: homo enĩ riſibilis eſt ⁊ riſibilis homo.



Accidens eſt qđ adeſt ⁊ abeſt preter ſubiecti corruptionẽ. Diuiditur aũt in duo in ſeparabile ⁊ in inſeparabile. Separabile enĩ accidens eſt dormire: nigrum vero eſſe inſeparabiliter coruo ⁊ ethiopi accidit. poteſt autem ſubintelligi et coruus albus: ⁊ ethiops nitens candore preter ſubiecti corruptionem. Diffinitur autem ſic quoq;. Accidens eſt quod cõtingit eidem ineſſe vel non ineſſe: ⁊ quod neq; genus eſt neq; ſpecies neq; differẽtia neq; proprium: ſemper autem eſt in ſubiecto ſubſiſtẽs. Omnibus igitur determinatis que propoſita ſunt: dico autem genere: ſpecie: differentia: proprio: accidente. dicendũ eſt que eis cõmunia ſunt ⁊ que propria.

¶ Quoniam ut ſuperius dictum eſt omnia que de aliquo predicantur vel ſubſtantialiter vel accidentaliter dicũtur. Cumq; ea que ſubſtantialiter predicantur: ei⁹ de quo dicũtur ſubſtantiã diffinitione cõtineant: ⁊ ſint eo antiquiora atq; maiora: quod eſt ex ſubſtantialibus predicatis efficitur: cumq; ea que ſubſtantialiter dicunt̃ pereunt: neceſſe eſt vt ſimul etiam ea interimantur quorũ naturam ſubſtantiãq; formabant: que cum ita ſint neceſſe eſt vt que accidentaliter dicuntur: quoniã ſubſtantiã minime informãt: adeſſe ⁊ abeſſe poſſint preter ſubiecti corruptionem. Ea enim tantũ cum abſunt ſubiectũ corrumpere poſſunt: que efficiunt atq; cõformant que ſunt ſubſtantialia. Que vero non efficiunt ſubſtantiã vt accidentia: ea cũ adſunt vel abſunt: nec informãt ſubſtantiam nec corrumpunt. Eſt igitur accidens quod adeſt ⁊ abeſt preter ſubiecti corruptionem. Id autem diuiditur in partes duas. Accidens enim aliud eſt ſeparabile: aliud inſeparabile. Seperabile quidẽ dormire ſedere. Inſeparabile vero ethiopi atque coruo color niger. In qua re talis oritur dubitatio. ita enim eſt diffinitũ. Accidens eſt quod adeſt ⁊ abeſt preter ſubiecti corruptionẽ. Idem tamen accidenſ inſeparabile dicitur: ꝙ ſi inſeparabile eſt: abeſſe non poterit. Fruſtra igitur poſitum eſt accidens eſſe quod adeſſe ⁊ abeſſe poſſit: cum ſint quedam accidentia: que a ſubiecto non valeant ſaparari Sed ſit ſepe vt que actu diſiungi non valeant: mente ⁊ cogitatione ſeparentur. Sed ſi animi ratione diſiuncte ſunt qualitates a ſubiectis: non ea perimunt ſed in ſua ſubſtantia permanent atq; perdurant: accidentes eẽ intelliguntur. Age igitur quoniam ethiopi color niger auferri non poteſt: animo eum ⁊ cognitione ſeparemus erit igitur color albus ethiopi. Num idcirco ſpecies cõſumpte ſunt: minime. ita etiam coruus ſi ab eo colorem nigrum immaginatione ſeparemus: permanet tamen auis nec interijt ſpecies: ergo quod dictum eſt adeſſe ⁊ abeſſe: nõ re ſed animo intelligendũ eſt. aliogn ⁊ ſubſtantialia que omnino ſeparari non poſſũt: ſepe animo ⁊ cogitatione diſiungimus: vt ſi ab homine rationalitatem auferamus: quam licet actu ſeparare non poſſum⁹: tamen ſi animi imaginatione diſiungimus: ſtatim perit hominis ſpecies: quod idem in accidentibus non fit. Sublato enim accidenti cogitatione: ſpecies manet. Eſt alia accidentis diffinitio ceterorum omnium priuatione: vt id dicatur eſſe accidens quod neq; gen⁹ ſit: neq; ſpecies: neq; differẽtia: neq; ꝓpriũ: q̃ diffinitio plurimum vaga eſt valdeq; cõmunis. Sic etiam genus diffiniri poteſt quod neq; ſpecies: neq; differentia: neq; proprium ſit nec accidens. Eodem quoq; modo ſpecies ac differentia atq; proprium. Cum autem eadẽ ſimilitudine definitiõis plurima diffiniri queãt: non eſt terminans ⁊ circũcluſa deſcriptio: preſertim cũ lõge ſit ab definitiõis integritate ſeiuncta: quod cuiuſlibet rei formam aliarũ rerum negatione demonſtrat. Quibus omnibus expeditis genere quidem ſpecie differentia proprio atq; accidenti: deſcriptiſq; eorũ terminis quantum poſtulabat inſtitutiõis breuitas: ea ipſa cõmuniter pertractanda perſequitur: vt quas inter ſe habeant differentias hec quinq; de quib⁹ ſuperius diſputatum eſt: quas ve communitates mediocri conſideratione demonſtret: vt non ſolũ que ipſa ſint: verũ etiã quemadmodũ ipſa inter ſe comparentur appareat.

Expeditis per ſe omnib⁹ que per ſe propoſuit: ⁊ quantũ in vniuſcuiuſq; cõſideratione poterat ad ſcientie terminũ breuiter adductis: nũc iã nõ de ſingulorũ natura id eſt vel generis vel differẽtie vel ſpeciei vel proprij vel accidentis: ſed de adinuicem relatione pertractat. Nam qui cõmuniones ac differentias rerũ colligit: non vt ſunt per ſe res ille cõſiderat: ſed vt alijs cõparentur. Id autem duplici fit modo vel ſimilitudine eorum cõmunitates tractantur: vel diſſimilitudine eorum differentie. que cum ita ſint: nos quoq; (vt adhuc fecimus) propter planiorẽ intellectũ philoſophi veſtigia perſequentes: ordiemur de his cõmunitatib⁹ que adſunt generi ſpeciei differentie vel proprio vel accidenti.

Commune quidem omnibus ẽ de pluribus predicari. Sed genus quidem de omnibus ſub ſe ſpeciebus ⁊ de indiuiduis: ⁊ de differentia ſimiliter predicatur. Species quidem de his q̃ ſub ipſa ſunt indiuiduis. At vero propriũ ⁊ de ſpecie cuius eſt proprium: ⁊ de his que ſub ſpecie ſunt indiuiduis. Accidens autem et de ſpeciebus ⁊ de indiuiduis. nanq; aĩal et de equis ⁊ de bobus predicatur: que ſunt ſpecies: ⁊ de hoc equo ⁊ de hoc boue: que ſunt indiuidua. Irrationale vero de equis ⁊ bobus: ⁊ de his qui ſunt particulares: predicatur. Species autem vt homo: de inferioribus ⁊ de his qui ſunt particulares predicatur. Proprium autem quod eſt riſibile: de homine ⁊ de his qui ſunt particulares predicatur. Nigrũ autem de ſpecie coruorum: ⁊ de his qui ſunt particulares: qđ eſt accidens inſeparabile: ⁊ moueri de homine ⁊ equo: quod eſt accidens ſeparabile: ſed principaliter quidem de indiuiduis: ſecundario vero ⁊ de his que cõtinẽt indiuidua.

¶ Antequã ſingulorum ad vnũquodq; habitudinem tractet: illam prius reſpicit: quã omnes ad ſe inuicẽ habere videantur: hec autem eſt vna cõmunio: que poſitarũ qnq; rerũ numerũ pluralitate ꝑdicatiõis includit. Oĩa. n. de plurib⁹ predicantur. in hoc ergo ſibi cuncta cõmunicant. nam ⁊ genus de plurib⁹ predicatur: itẽq; ſpecies ac differentia: ⁊ propriũ ⁊ accidens: que cum ita ſint: eſt eorum vna atq; indiſcreta cõmunio de plurib⁹ predicari. Deſignat autem Porphyrius ipſam de pluribus predicationem: quemadmodũ in ſingulis fiat: ꝙ vnũquodq; propoſitorum de quibus pluribus predicetur oſtendit. Ait enim genus quidẽ de pluribus ꝑdicari. i. ſpeciebus ac indiuiduis: vt animal predicatur de homine ⁊ equo: ac de his indiuiduis que ſub homine ſunt atq; equo. Item genus predicatur de differen-

tijs ſpecierū atqȝ id iure. quoniam enim ſpecies diffe-
rentię informant: cum genus de ſpeciebus predicatur.
ꝯſequens eſt vt etiam de his dicatur quę ſpecierū ſub-
ſtantiam formāqȝ efficiunt: quo fit vt etiam de differē-
tijs predicetur: ac non de vna: ſed de pluribus. dicitur
enim qđ rationale eſt eſſe animal: ⁊ rurſus quidē ꝙ ir-
rationale eſt eſſe animal. Ita genus de ſpeciebus ac dif
ferentijs predicatur: ⁊ de his quę ſub ipſis ſunt indiui
duis. differentia vero dicitur de pluribus ſpeciebus ac
de earū indiuiduis: vt irrationale de equo predicatur
ac boue: quę ſunt plures ſpecies: ⁊ de his quę ſub ipſis
ſunt indiuiduis eodem modo dicitur. nā quod de vni
uerſali predicatur: predicatur ⁊ de indiuiduo. Qđ ſi dif
ferentia de ſpeciebus dicitur: predicabitur etiā de eiuſ
dem ſpeciei ſubiectis. Species vero de ſuis tm̄ indi-
uiduis predicatur: neqȝ enim fieri poteſt vt quę ſpecies
eſt vltima: que vere ſpecies ac magis ſpecies nuncupa-
tur. Nec alias deducatur in ſpecies. ꝙ ſi ita eſt: ſola poſt
ſpeciē indiuidua reſtant. iure igitur ſpecies de ſuis tm̄
indiuiduis predicatur: vt homo de ſocrate platone ⁊ ci
cerone: ⁊ cęteris. Propriū item de ſpecie predicatur cu-
ius eſt propriū. neqȝ enim eſſet propriū alicuius: niſi
de aliquo predicaretur: de quo enim vnaquęqȝ res ⁊ ſo
li ⁊ omni dicitur: ⁊ ſemper eiuſdem propriū eſſe mōſtra
tur. quę cum ita ſint: propriū de ſpecie dicitur: vt riſibi
le de homine. Omnis enī homo riſibilis eſt. Dicitur
etiam de indiuiduis ſpeciei de qua predicatur. Eſt enī
plato ⁊ ſocrates riſibilis. accidens vero de ſpeciebꝰ plu-
ribus dicitur: ⁊ de diuerſarū ſpecierū indiuiduis. Di-
cuntur enim coruus atqȝ ęthiops nigri. ⁊ hic ęthiops
atqȝ coruus qui ſunt indiuidui: nigri ſcđm nigredinis
q̄litatē vocantur: atqȝ hoc eſt quidem accidens inſepa-
rabile. Sed multomagis ſeparabilia accidentia pluri-
bus inhęreſcunt: vt moueri homini ⁊ boui: vterqȝ enī
mouetur. Et rurſus ea quę ſunt ſub homine atqȝ boue
indiuidua moueri ſemper predicantur. Sed aduertē-
dum eſt auctore Porphyrio: ꝙ ea quę accidentia ſunt
principaliter quidē de his dicuntur: in quibus indiui
duis ſunt. Secundo vero loco ad vniuerſalia indiui-
duorū referuntur: atqȝ ita predicatio ſuperioribus red-
ditur: vt quoniā nigredo ſingulis coruis adeſt: dicitur
adeſſe coruo. Nā quia oīa particularia qualitas iſta ac
cidentis nigredinis inficit: iccirco eam de ſpecie quoqȝ
predicamus dicentes coruū ipſam ſpeciem nigrū eſſe.
In quibus omnibus mirum videri poteſt: cur genus
de proprio predicari non dixerit: nec vero ſpeciem de eo-
dem proprio: nec differentiam de proprio: ſed tātū ge-
nus quidem de ſpeciebus ⁊ de indiuiduis. Differen-
tiam vero de ſpeciebus atqȝ indiuiduis. Speciem de
indiuiduis. Propriū de ſpecie atqȝ indiuiduis. Acci
dens de ſpeciebus atqȝ indiuiduis. Fieri enim poteſt
vt quę maioris predicationis ſint: ea de cunctis maiori
bus predicētur ⁊ quę equalia ſunt ſibimet conuertātur.
Eoqȝ fit vt genus de differentijs ⁊ de ſpeciebus ⁊ de p
prijs ⁊ de accidentibus predicetur. vt cum dicimꝰ ꝙ ra-
tionale eſt animal genꝰ de differētia quod homo eſt ani
mal genus de ſpecie. Rurſus ꝙ riſibile eſt: animal eſt
genꝰ de proprio. Quod niger eſt ſi forte coruū vel ethio
pem demonſtremus: animal eſt. genus de accidenti pre
dicamus. Rurſus ꝙ homo rationale differentiam de
ſpecie. Quod riſibile eſt rationale: differentiam de pro-
prio. Quod nigrum eſt rationale ſi ethiopē demonſtre
mus: differentiam de accidente. Item quod riſibile eſt
homo eſt ſpecies de proprio. Quod nigrum eſt homo
ſi ethiopem deſignemus: eſt ſpecies de accidēti. Qua in
re quod nigrum eſt etiam riſibile eſt in ethiopis demon
ſtratione. vt proprium etiam predicetur. cōuerti autem
ad totum accidens poteſt: vt quoniam indiuiduis ſin-
gulorum eſſe preponitur: idcirco de ſuperioribus etiā
predicatur: vt quoniā ſocrates animal eſt: rationale eſt:
riſibile eſt: ⁊ homo eſt. Cūqȝ in ſocrate ſit caluitium pre
dicatur idem accidens de animali: de rationali: de riſibi
li: de homine: vt accidens de quattuor reliquis predice
tur. Sed horū profundior queſtio eſt: nec ad ſoluēdū
eſt ſatis temporis. hoc tantum ingredientium intelli-
gentia expectet: ꝙ alia quidem recto ordine predicātur:
alia vero obliquo. Quoniam moueri hominem rectū
eſt: id quod mouetur hominē eſſe cōuerſa locutione pro
ponitur. Quocirca rectam Porphyrius in omnibus
proportionem ſumpſit. Quod ſi vim quis predicatio-
nis ſolutioniſqȝ attenderit in ſingulis cōparans pre-
dicationibus: eas quidem prolationes quę recte ſunt:
inueniet a Porphyrio eſſe numeratas: eas vero quę cō
uerſo ordine predicantur: fuiſſe ſepoſitas.

Commune eſt autē generi ⁊ dif
ferentię continentia ſpecierum:
continet enim ⁊ differentia ſpe-
cies ⁊ ſi non omnes quot gene-
ra. rationale enim ⁊ ſi non continet irratio-
nabilia quemadmodū animal: ſed cōtinet
hominem ⁊ deū: quę ſunt ſpecies. Et quę-
cunqȝ predicantur de genere vt genus: ⁊
de his quę ſub ipſo ſunt: ſpeciebus predicā
tur: ⁊ quęcunqȝ de differentia predicantur
vt differentia: ⁊ de his quę ex ipſa ſunt ſpe
ciebus predicabuntur. Nam cū genus ſit
animal: non ſolum de eo predicabitur ſub-
ſtantia ⁊ animatū ⁊ ſenſibile: ſed etiam de
his quę ſub animali ſunt: ſpeciebus omni-
bus ꝑdicātur hęc vſqȝ ad indiuidua. Cūqȝ
ſit differētia rationale: predicatur de ea vt
differentia id ꝙ eſt ratione vti. non ſolum
autem de eo quod eſt rationale: ſed etiā de
his quę ſub rationali ſunt ſpeciebus predi-
cabitur ratione vti. Cōmune autem eſt et
perempto genere vel differentia ſimul pe-
rimi quę ſunt ſub ipſis: quemadmodū enī
ſi non ſit animal: non eſt equus neqȝ homo
Sic ſi non ſit rationale: nullum erit animal
quod vtatur ratione.

¶ Poſt eam quę cunctis viſa eſt cōmunitatem ſingu-
lorum ſimilitudines ac diſſimilitudines quęrit. Et quō
inter quinqȝ propoſita genus ⁊ differentia vniuerſalio
ris predicationis ſunt. Siquidē genus ſpecies cōtinet
⁊ differentias: differētię vero ſpecies continent: ⁊ neqȝ
ab his vllo modo continentur. Primū generis ac diffe
rentiarū ſimilitudines colligit. ac primā quidem ponit
hanc. Dicit enim cōmune eſſe generi ac differētię: vt ſpe
cies claudant. nam ſicut genus ſub ſe habet ſpecies ita
etiam differentię: tamen non tantas quantas habet ge-
nus. Etenim quoniā genus differentiam etiā claudit
⁊ non vnam tantū differentiā cohercet ac retinet: plures
neceſſe ē vt habeat ſub ſe ſpecies: ꝗ quelibet vna earū
quam claudit differentiarū: vt animal predicatur de ra
tionabili ⁊ irrationabili. Quod ſi ita eſt: predicabitur ⁊
de his quę ſub rationali ſunt poſitę ſpeciebꝰ ⁊ quę ſub
irrationali. Eſt ergo cōmune aīali ⁊ rationali id eſt ge-
neri ⁊ differentię. ꝙ ſicut genus de deo ⁊ homine predi-
catur. ita etiam rationale quidē differētia de deo ⁊ de ho



mine dicitur. Sed non in tantū eius predicatio fundit
quantū animalis id eſt generis. Animal enī non de deo
ſolum atqȝ homine dicitur: ſed de equo ⁊ boue predicat
ad quę rationalis differentia non peruenit. Sed quā-
doquidem deum ſupponimus animali ſecundū eam opi-
nionem facimus: qua ſolem ſtellaſqȝ atqȝ cunctū hunc
mundū animatū eſſe ꝯfirmant: quos etiā deorū nomine
(vt ſępe dictū eſt) appellauerūt. ¶ Secunda item cō-
munio eſt generis ac differentię: quoniā quę predican-
tur de genere vt genera: eadē ⁊ de his quę ſub ipſis ſunt
ſpeciebus predicantur ad hāc ſimilitudinem: ⁊ quęcūqȝ
predicantur de differentia vt differentia: eadem quoqȝ
⁊ de his quę ſub differentia ſunt vt differentię predicā
tur. Cuius ſententia talis eſt. Sunt plura quę de gene
ribus predicantur: vt de animali dicitur animatum et
ſubſtantia atqȝ hęc vt genera. Hęc igitur predicantur
⁊ de his quę ſub animali ſunt: vt rurſus genera. nā ho
minis ⁊ animatū ⁊ ſubſtantia genus eſt: ſicut ante fue
rat animalis. Item in ipſis differentijs quędam diffe-
rentię inueniuntur: quę ipſis de differentijs predican
tur: vt de rationali duę differentię dicuntur. Qđ enim
rationale eſt vtitur ratione: vel habet rationem. Aliud
eſt autē vti ratione: aliud eſt habere rationē: vt aliud eſt
eſt habere ſenſū aliud vti ſenſu. Habet quippe ſenſū
⁊ dormiens: ſed nō vtitur. Ita quoqȝ dormiens habet
rationem ſed minime vtitur. Sed ipſius rationabili-
tatis quędam differentia eſt ratione vti: ſed ſub rationa
bilitate homo poſitus eſſe predicatur. Predicatur igit
de homine ratione vti: vt quędam differentia. Differt
enim a cęteris animalibus homo quia ratione vtitur.
Demonſtratum eſt igitur ꝙ ſicut ea quę de genere pre-
dicantur: dicuntur de ſubiectis generi: ita etiam ea quę
de differentia predicātur dicūtur de his quoqȝ quę dif
ferentijs ſupponūtur. Tertiū vero cōmune eſt: qđ ſicut
abruptis generibus ſpecies interimunt: ita cōſumptis
differentijs ſpecies: de quibus differentię predicantur
intereunt. Cōmune enim eſt hoc vniuerſalium in ſub-
ſtantia pereuntium perire ſubiecta. Sed prima cōmu-
nio demonſtrauit genera de ſpeciebꝰ predicari: ſicut etiā
differentias. Propter hanc igitur ſimilitudinē ſi auſe-
rantur genera ſpecies pereunt. Sicut etiam ſpecies pe-
rire neceſſe eſt quę ſub differentijs ſunt: ſi vniuerſales
earum differētię conſumātur Cuius exemplū eſt. Si
enim auferas animal: hominē atqȝ equum ſuſtuleris:
quę ſunt ſub rationali differentia collecta. Et de cōmu-
nitatibus quidem hactenus. nunc de generis ⁊ diffe-
rentię diſſimilitudinē perpendit.

Proprium autē generis eſt de plu-
ribus predicari ꝗ differentia ⁊ ſpe-
cies: ⁊ proprium ⁊ accidēs. animal
enim de homine ⁊ equo ⁊ aue ⁊ ſerpente
predicatur. quadrupes vero de ſolis qua-
tuor pedes habentibus. homo vero de ſo
lis indiuiduis ⁊ particularibus. ⁊ hinnibile
de ſolo equo ⁊ de his qui ſunt particulares
⁊ accidēs ſimiliter de paucioribus. Opor-
tet autem differentias accipere: quibus di-
uiditur genus: non eas quę complent ſub-
ſtantiam generis. Amplius genus cōtinet
differentiam poteſtate. animalis enim hoc
quidem rationale eſt: illud vero irrationa-
le. differentię vero non continent genera.
Amplius genera quidē priora ſūt his quę
ſub ſe ſunt poſitę differentijs. propter hoc
quidē ſimul quod eas auferunt: non autē
ſimul auferuntur ab eis. ſublato enim ani-
mali aufertur rationale ⁊ irrationale. diffe-
rentię vero nō auferunt genus. nam ſi oēs
interimantur: tum ſubſtantia animata ſenſi
bilis ſubintelligi poteſt quę ē animal. Am-
plius quidem genus in eo ꝙ quid eſt: dif-
ferentia vero in eo ꝙ quale quid eſt predi-
catur: quemadmodū dictum eſt. Amplius
genus vnum quidem eſt ſcđm vnāquāqȝ
ſpeciem: vt eſt hominis genus id quod eſt
animal: differentię vero plurimę: vt ratio-
nale mortale mentis ⁊ diſciplinę percepti-
bile: quibus ab alijs differt. ⁊ genus quidē
conſimile eſt materię: ⁊ formę quidē diffe
rentia. cum autem ſint ⁊ alia cōmunia ⁊ pro
pria generis ⁊ differētię: nunc iſta ſufficiāt.

¶ Proprium vero quid ſit cōuenienti atqȝ integro vo-
cabulo diffinitum eſt. Sed per abuſionem illa etiā pro
pria quorūlibet dicūtur: quę in vnaquaqȝ re ab alijs cō
tinent differentiam: licet cum alijs ſint ea ipſa cōmunia
Per ſe quippe ꝓpriū eſt homini quod ei omni ⁊ ſoli
⁊ ſęp adeſt: vt riſibilitas. Per vſurpatā vero locutionē
etiam propriū hominis rationalitas dicitur non per ſe
proprium: quippe quod ei cū deorū eſt natura cōmune
ſed hominis rationabilitas ꝓpriū dicit ad diſcretionē
pecudis quod rationale nō eſt. Id vero ꝓpter hanc cau-
ſam quoniam id propriū vniuſcuiuſqȝ dicitur quod ha
bet ſuum. Quo igitur quis ab alio differt: propriū eiꝰ
non abſurda vſurpatione predicatur. Sed nunc quod
dicit ꝓpriū generis eſſe de pluribus predicari ꝗ cętera
quattuor: id ipſius generis tale propriū eſt quale per ſe
proprium dici ſolet: id eſt quod ſemper ſoli ⁊ omni ad-
ſit generi. Generi enim ſoli adeſt vt differentia ſpecie
proprio ⁊ accidente vberius atqȝ fluentius predicetur.
Sed de his ſpeciebus differentijs proprijs atqȝ accidē
tibus id dici poteſt: quę ſub quolibet genere ſunt. id eſt
differentię quidē quę quodlibet diuidunt genꝰ. Spe
cies vero quę diuiſibilis eſt: generis differentijs infor-
matur. Proprium autem illi ſpeciei quę ſub illo gene-
re eſt: quod differentijs eſt diuiſiuum. Accidētia his he
rent indiuiduis quę ſub ea ſpecie ſunt: quam deſignatū
genus includit. Hoc facilius exempla declarant. Sit
enī genꝰ aīal: quadrupes ac bipes differentię ſub aīalis
poſitę continentia: Homo autē atqȝ equus ſpecies ſub
eodem genere conſtitutę. Riſibile atqȝ hinnibile ꝓpria
earum ſpecierum. Velox vero vel bellator dux ſunt acci
dentia: quę his indiuiduis accidunt: quę ſub ſpeciebus
hominis atqȝ equi continent. Animal igitur quod eſt
genus predicatur de quadrupede ⁊ bipede quę ſunt dif
ferentię. Quadrupes vero non dicitur de bipede: ſed tā
tum de his animalibus quę quattuor pedes habent.
Plus igitur predicatur genus ꝗ differentia. Rurſus
homo de platone ⁊ ſocrate predicatur ⁊ de cęteris. Ani-
mal vero non modo de hominis indiuiduis: verū etiā
de cęteris irrationabilibus indiuiduiſ dicitur. plus. n.
genus ꝗ ſpecies predicatur. Sed cum ſit ꝓpriū equū
ſpeciei. Cumqȝ genus ꝗ ſpecies vberius predicetur:
predicatio quoqȝ generis proprij ſupgreditur ꝑdicatio
nem. Accidens quoqȝ ⁊ ſi pluribus ineſſe poteſt: tamē
ſępe genere contractius inuenitur: vt bellator non niſi
homo dicitur: ⁊ velocitas in paucis animalibus inue-
nitur. quo fit vt genus ⁊ differentia ⁊ ſpecie ⁊ proprio
⁊ accidente amplius ꝑdicetur. Atqȝ hęc eſt vna ꝓprie-
tas generis quę genus ab omnibus alijs diſiungat ac
ſeparet. Oportet autem inquit nunc eas differētias in

telligere: quibus diuiditur genus: non quibus infor-matur genus: illę enim a quibus informatur genus: plus ꝙ̄ ipſum genus ſine dubio p̄dicantur: vt anima-tum ⁊ corporeū vltra animal tendunt: cum ſint differē-tię animalis ⁊ nō diuiſiuę: ſed potius cōſtitutiuę. Oīa enim ſuperiora de inferioribus prędicantur. Quę ve-ro de inferioribus prędicātur: nec conuerti poſſunt: hęc ab eis quę inferiora ſunt amplius prędicantur.

⁋ Poſt hoc aliud ꝓpriū generis oſtendit quo ab his differētijs quę ſub eodē ſunt ſegregat. Omne enī genꝰ continet differētias poteſtate. Differētia vero genꝰ nō pōt cōtinere. Aīal enī rōnale atqꝫ irrationale ꝯtinet po teſtate. Neqꝫ enī irrationabilitas neqꝫ rationabilitas animal poterit cōtinere. Poteſtate ait cōtinere animal differentias ꝓprias: quia (vt ſuperius dictū eſt) genꝰ omnes habet ſub ſe differentias poteſtate. Actu vero minime. Ex quo fit vt alia ꝓprietas oriatur. Sublato enī genere: perit differētia: velut ſublato animali interi mit ratiōalitas: q̄ ē differētia. At ſi ratiōale interimas irrōnale aīal manet. ⁋ Sꝫ obici pōt ꝙ ſi vtraſqꝫ diffe rentias ſimul abſtulero: nō poterit remanere genus. Di cimus poteſt. Vnūquodqꝫ enim nō ex his de quibꝰ predicatur: ſed ex his ex quibꝰ efficit ſubſtantiā ſumit. Itaqꝫ fit vt genus ſublatis differentijs diuiſiuis pma-nere poſſit. Dum tamē maneāt illę quę ipſius generis formā ſubſtantiāqꝫ cōſtituūt. Quoniā enī animal ani-mati atqꝫ ſenſibilis differentię cōſtituūt: hę ſi maneant atqꝫ iungantur: perire animal non poteſt: licet ea pereāt de quibus animal prędicatur: rationale ſcilicet atqꝫ irra tionale. Vnūquodqꝫ enīꝫ (vt dictum eſt) ex his ſubſtā tię proprietatem ſumit ex quibꝰ efficitur: nō ab his de quibus predicatur. ⁋ Amplius ſi vtraſqꝫ differentias genus poteſtate cōtinet: ipſum per ſe neutrā earum in-tra ſe poſitam collocatāqꝫ concludit. ꝙ ſi actu quidē eas non continet ſed poteſtate: actu etiam ab his poterit ſe-perari: hoc ipſum enīꝫ eas poteſtate cōtinere id erat actu non continere. Genus vero quod quaſlibet differen-tias actu non continet: actu ab eiſdem etiam ſeparatur. Rurſus aliud eſt generis proprium quod ex proprie-tate prędicationis agnoſcitur. Omne enim genus ad interrogationem quod eſt vnūquodqꝫ reſpondere con-uenit: vt animal in eo ꝙ quid eſt de homine p̄dicatur. Differentia vero minime: ſed in eo ꝙ quale ſit. Omnis enim differentia in qualitate conſiſtit. Sed hoc pro-prium tale eſt quale ſuperius diximus non per ſe: ſed ſcd̄m alicuius differentiam dictuꝫ. Alioquin cōmune eſt hoc generi cū ſpecie: vt in eo ꝙ quid ſit prędicetur: ſed quia hac re genus a differētia diſcrepat: quoniam diffe rentia quidē in eo quod quale eſt: genus vero ī eo ꝙ qd eſt prędicatur: generis proprium dicitur non per ſe ſed differentię cōparatione: ⁊ in omnibus reliquis eandem rationem cōueniet ſpeculari. Alia rurſus generis ⁊ dif-ferentię ſeparatio eſt: quod genꝰ quidē ſpeciei vni ſemꝑ adeſt. ſ. proximuꝫ. plura enim poſſunt eſſe ſuperiora: velut hominis animal atqꝫ ſubſtantia. Sed proximū eiuſdem hoīs animal tm̄. Differentię vero plures vni ſpeciei adeſſe poterūt: vt rationale atqꝫ mortale. Itaqꝫ fit diffinitio ex vno quidem genere ſed pluribus diffe-rentijs: vt hominis aīal rationale atqꝫ mortale. Rur-ſus alia diſcretio eſt: ꝙ genus velut ſubiecti velit locū differentia vero formę: itaqꝫ illud fit materia quędam: quę figuram ſuſcipiat. Hęc vero fit forma: quę ſupue-niens ſpeciei ſubſtantiam rationemqꝫ perficiat. Idcirco pluribus differentijs a genere differentiam ſegregauit quia hęc maxime generis quandam ſimilitudinem cō-tinet: quia eſt vniuerſalis: ⁊ pręter genus inter cętera maxima: ſed cū alia plura cōmunia pluraqꝫ ꝓpria ge-neris inter ſe ac differentię valeant inueniri: ſufficiunt inquit iſta. Satis enī ad diſcretionē quaſlibet differē-tias aſſumere: etiā ſi quę dici poſſunt oīa nō colligātur.

**Genus autē ⁊ ſpecies cōmune qui-dem habent de pluribus prędicari quemadmodū dictum eſt. Suma-tur autem ſpecies vt ſpecies ſolum: non au tem vt genus: ſi fuerit idē ſpecies et genus Cōmune autem his eſt ⁊ priora his eſſe: de quibus prędicantur: ⁊ totum quoddaꝫ eſſe vtrumqꝫ.**

⁋ Generis quidem ⁊ ſpeciei enumerat tria cōmunia: vnū quidem de pluribus prędicari. genus enim ⁊ ſpe-cies de pluribus prędicantur: ſed genus de ſpeciebus vt dictum eſt: ſpecies vero de indiuiduis. Sed nūc de illa ſpecie loquitur inquantū ſpecies eſt: id eſt quę non erit genus: vt vltima ſpecies. Nā ſi talē ſpeciem pona mus: quę etiam genus eſſe poteſt: ac de ea dicamus ꝙ cōmune habet cum genere de pluribus prędicari: nihil intereſt an ita dicamus ipſum genus id ſecum habere cōmune de pluribus p̄dicari. Talis eſt enim ſpecies: quę non ſolum eſt ſpecies: ſed etiam genus eſt. Eſt aūt cōmune his quoqꝫ ꝙ vtraqꝫ priora ſunt his de quibꝰ prędicantur. Omne enim quod de pluribus prędica-tur: ſi recto (vt ſuperius dictum eſt) ordine dicatur. Prius eſt his de quibus prędicatur: pręterea eſt illis hoc etiam cōmune: ꝙ genus ac ſpecies totum ſunt eorū quę intra ſuum ambitum continent ⁊ cohercent: oīum enim ſpecierum totum eſt genus: ⁊ omniū indiuiduo-rum totum eſt ſpecies. Eque enim genus ⁊ ſpecies ad-unatiua eſt: ideo eorum quę ad vnam formam reducit: recte dicitur totum.

**Differunt autem eo ꝙ genus quidem ſpe cies continet: ſpecies vero continentur et non continent genera. In pluribus enī eſt genus ꝙ̄ ſpecies. Amplius genera quideꝫ pręiacere oportet. ⁊ informata differentijs ſpecificis perficere ſpecies. vnde ⁊ priora ſunt naturaliter genera: ⁊ ſimul interimētia ſed quę ſimul non interimantur: ⁊ ſpecies quod cum ſit eſt ⁊ genus: genus vero cum ſit: non omnino erit ſpecies. ⁊ genera qui-dem vniuoce de ſpeciebus prędicātur: ſpe cies vero de generibus minime. Ampliuſ genera quidem abundant earum quę ſub ipſis ſunt ſpecierū continentia. ſpecies vero de generibus abūdāt proprijs differētijs: amplius nec ſpēs fiet vnq̄ generaliſſimuꝫ nec genus fiet vnq̄ ſpecialiſſimuꝫ.**

Expeditis cōmunibus generis ⁊ ſpeciei: nūc de eoruꝫ diſcretione pertractat. Differre enim dicit genꝰ a ſpe-cie: quoniam genus continet ſpecies: vt animal cōtinet hominē. ſpecies vero non continet genera: neqꝫ enim homo de animali prędicatur. Itaqꝫ fit vt ſpēs cōtineā-tur a generibus: nunq̄ vero cōtineant genera. Omne enim quod amplius prędicatur: illius eſt cōtinens: q̄ minus dicitur continetur. ꝙ ſi genus amplius p̄dice-tur ꝙ̄ ſpecies: neceſſe eſt vt ſpecies quidem contineat a genere: genus vero ſpeciei nullo ambitu prędicationis includatur: huius autem ratio eſt quoniā genus ſemper ſuſcipiens differentiam ſpeciē facit. hoc enim eſt genus quod habet latiſſimam prędicationem: coartatum diffe rentia ⁊ contractum ſpeciem facit. omnino enim gene-ri iuncta differentia ſpeciem reddit: ⁊ ex vniuerſalitate ⁊ latiſſima prędicatione in anguſtum ſpeciei terminum contrahit. Animal enim cuius prędicatio per ſe longe la teqꝫ diffuſa eſt ſi arripiat rationalis differentia ſi ⁊ mor-talis: diminuit atqꝫ contrahit in vnuꝫ hominis ſpeciē vnde fit vt minor ſit ſemper ſpecies quā genus: atqꝫ ab eo contineatur ſed non contineat: ſublatoqꝫ genere auſe ratur ⁊ ſpecies. ſi enim totum auferas pars non erit. ꝙ ſi ſpecies auferatur: genus manet: veluti cum animal ſu ſtuleris: interimitur etiaꝫ homo: ſi hominē auferas: ani mal reſtat. hęc etiam cauſa eſt vt genus de ſpecie vniuo ce prędicetur: ⁊ vt ſpecies ſuſcipiat diffinitionem gene ris ⁊ nomen: ſed non eſt conuerſio. diffinitionem quip-pe ſpeciei genus non ſuſcipere videtur: ſubſtantiaꝫ enī priorum inferiora ſuſcipiunt. Si enim diffinias ani-mal: dicas ſubſtantiam eſſe animatam atqꝫ ſenſibilem: At ſi prędices de homine animal verum dixeris: ſi etiā animalis diffinitionem de homine prędicaueris: dicaſ qꝫ hominem eſſe ſubſtantiam animatam atqꝫ ſenſibi-lem: nihil fuerit in propoſitione falſi: ſed ſi hominis ra-tionē reddas: animal rationale mortale: ea aīali non ꝯue niunt: ſed ſi reddas animali rationale mortale non con-ueniunt: neqꝫ eniem id quod animal eſt addici poterit animal rationale mortale. ſit igitur vt ſicut ſpecies gene ris nomen ſuſcipit: ita etiam capiat diffinitionē: ⁊ ſicut genus nomen ſpeciei non ſuſcipit: ita nec eiuſdem diffi nitione monſtratur: ſed cuiūs nomen ⁊ diffinitio de ali quo prędicatur: id vniuoce dicitur. Cū igitur generis nomē ⁊ diffinitio de ſpecie prędicetur: genus de ſpecie vniuoce dicitur. Cū vero ſpeciei de genere neqꝫ nomē neqꝫ diffinitio prędicatur: non cōuertitur vniuoca pre dicatio. Differunt genera ſpeciebus hoc quoqꝫ: ꝙ gene ra ſuperuadunt ſpecies ſuas aliarū continentia ſpecierꝫ. Species vero genera differentiarū pluralitate. animal enim quod eſt genꝰ ſuperuadit hominē quod eſt ſpecies quia non hominē ſolum continet: verumetiam bouem equum aliaſqꝫ ſpecies: quas ſuę ſpacio prędicationis in cludit. Species vero vt homo ſuperuadit genꝰ: vt ani-mal multitudine differentiarū. Nam actu genus non habet rationale vel mortale: nullas quippe actu genus retinet differentias: eaſdem ſpecies ſuę ſubſtātię in he-rentes atqꝫ inſitas tenet. Homo enī ratiōalis eſt atqꝫ mortalis: quod genus minime eſt. Animal enim neqꝫ mortale eſt per ſe: neqꝫ per ſe rationale. Quod ſi genus quidem plus vna cōtinet ſpecie: at vero ſpecies multis differentijs informantur: ſuperat quidem genus ſpeciē continentia ſpecierum. Species vero vincit genus dif ferentiaruꝫ pluralitate: illa quoqꝫ eſt differentia: ꝙ ge-nus quoniam omniū primum eſt: nunq̄ in tantuꝫ de ſcendere poterit vt fiat vltimum: ſpecies vero quę cun-ctis eſt inferior: nūq̄ in tantum aſcendere poterit: vt ſu prema omnium fiat. nunq̄ igitur nec ſpecies generaliſ ſimum fiet: nec genus ſpecialiſſimum. Sed ex his quę dicte ſunt differentijs: alię ſunt quę genus a ſpecie pro-prię coniunctęqꝫ diſterminā. Alię vero quę non ſolū genus a ſpecie: verum etiaꝫ a cęteris deducunt ac diſter minant: neqꝫ enī in his tātū differentijs quę ſūt dictę verū etiam in cęteris conſiderari oportet: ſi proprię nor mam diſcretionis quęrimus cognoſcere.

**Generis autē ⁊ proprij cōe quidem eſt ſequi ſpēs. nāqꝫ ſi homo eſt: aīal eſt: ⁊ ſi homo ē: riſibile eſt: ⁊ ęquali ter dicitur prędicari genus de ſpeciebus: et propriū de his quę participant illo indiui-duis. ęqualiter enī ⁊ homo ⁊ bos aīal eſt: et cicero ⁊ cato ſunt riſibiles: cōmune autē eſt his vniuoce prędicari genus de proprijs ſpeciebus ⁊ ꝓpriū de his: quorꝫ eſt ꝓpriū.**

⁋ Tria interim generis ac proprij dicit eſſe cōmunia: quorꝫ primū illud eſt: quoniā ita genus ſequit ſpēs ut ꝓpriū; poſita enim ſpecie neceſſe eſt intelligamus ⁊ pro priū. neutrā enīꝫ ſpecies proprias derelinquit; nam ſi homo eſt: animal eſt: ſi homo eſt: riſibile eſt. ita quemad modum genus: ſic proprium ab ea ſpecie cuius eſt pro priū non recedit. illud quoqꝫ quod ęqualis eſt generis: participatio ſicut etiam proprij. Omne enim genus ęqualiter a ſuis ſpeciebus participat: propriū vero in-diuiduis omnibꝰ ęqualiter adhęreſcit. Manifeſtuꝫ eſt autē participatione eſſe generi ęquale ꝓpriū. neqꝫ enīꝫ plus homo animal eſt ꝙ̄ equus atqꝫ bos: ſed in eo ꝙ ſunt aīalia: ęqualiter animalis. i. generis vocabulum trahūt. Cato etiā ⁊ Cicero ęqualiter riſibiles ſunt: etiaꝫ ſi ęqualiter nō rideant: in eo enī ꝙ apti ad ridendū ſunt dici riſibiles poſſunt: non ꝙ iam rideant. Equaliter er go ea quę ſub genere ſunt: ſuſcipiunt genera: ſicut ea q̄ ſub proprijs: propria. Tertiū illud ꝙ ſicut genus de ꝓ prijs ſpeciebus vniuoce prędicat: ita etiam ꝓpriuꝫ de ſua ſpecie vniuoce dicitur. Genus enī quoniā ſubſtā-tiam ſpeciei cōtinet: nō modo eius nomē de ſpecie: ve-rū etiā diffinitio prędicat. Propriū vero ſpeciē non re-linquit: quā ſemꝑ ſequitur: nec in aliā ſpeciē trāſgredit nec infra ſubſiſtit. Diffinitionē quoqꝫ ꝓpria ſpeciebꝰ tradunt: cuius enim nomen vnī tm̄ cōuenit ſpeciei cui coęquatur: dubitari nō pōt: quin eiꝰ quoqꝫ diffinitio ſpeciei cōueniat. Quo fit vt ſicut genus de ſpeciebus: ita propriū de ſua ſpecie vniuoce prędicetur.

**Differunt autē genus ⁊ propriuꝫ: quoniaꝫ genus prius eſt: poſterius vero proprium. oportet enim eſſe prius aīal: dehinc diuidi differētijs ⁊ ꝓprijs. ⁊ genus quidē de plu-ribus ſpeciebus prędicat quarꝫ eſt genus. propriuꝫ vero de vna ſola ſpecie cuius eſt propriū. ⁊ propriū quidē conuerſim de eo cuius eſt propriuꝫ prędicat: genus vero de nullo conuerſim prędicatur. nam nec ſi aīal eſt: homo eſt: nec ſi aīal eſt: riſibile eſt. ſi ve ro riſibile eſt: homo eſt: ⁊ ecōuerſo. Ampli us oī ſpeciei ineſt propriū cuius eſt ꝓpriuꝫ et ſoli ⁊ ſemꝑ: genus vero oī quideꝫ ſpeciei ineſt cuius fuerit genus: ⁊ ſemꝑ nō autē ſo-li. Amplius aūt ſpecies quidē interēptę nō ſimul interimunt genera: quorꝫ ſunt ſpecieſ ꝓpria vero interēpta interimunt ea quorū ſunt propria: ⁊ his interemptis ipſa ſimul interimuntur.**

⁋ Rurſus tale ꝓpriū ſumit: ꝙ ad alterius nuncupa-tionem proprium nuncupetur. dicit enīꝫ propriuꝫ eſſe generis prius eſſe ꝙ̄ propria. Oportet enī prius eſſe genus: ꝙ veluti materia differentijs ſupponatur: veni entibuſqꝫ differentijs fieri ſpeciē cū quibus ꝓpria naſ cuntur. Si igitur prius eſt genus ꝙ̄ differētię: prius etiā differentię ꝙ̄ ſpecies: ⁊ ſpeciebꝰ propria coequant non eſt dubiū quin propria generibus poſteriora ſint: ac per hoc quod dictū eſt ꝓpriū eſſe generis prius eſſe ꝙ̄ ꝓpria. Cōmune eſt generi cū differētijs. Differētię enī ſpecies cōformantes priores cōſiderantur eſſe ꝙ̄ ꝓ-pria. Si quidē ſpeciebus ipſis priores ſunt: quas ꝓ-pria rōne determināt. ſed vt dictū eſt hoc propriū ad dif ferentiā proprij itelligendum eſt: non quale ſuperius ꝓ priū per ſe cōſtitutū eſt. Rurſus differt genus a ꝓprio

qȝ genus quidē de pluribus predicatur ſpeciebus: proprium vero minime. Nam neqȝ genus eſt niſi plures ex ſe ſpecies proferat: nec propriū ſi alteri cuilibet ſpeciei poſſit eſſe cōmune. Fit igitur vt gen⁹ quidem plurimas ſpecies ſub ſe habeat: vt animal hominez atqȝ equū: proprium vero vnā tm̄ ſicut riſibile hominē. Quo fit vt illa quoqȝ proprietas ex differentia naſcatur. genus enī predicatur quidē de ſpeciebus: ipſum vero in nulla predicatione ſupponiē. Propriū vero ⁊ ſpecies alterna predicatione mutantur. Fit enī predicatio aut a maioribus ad maiora: aut ab equalib⁹ ad equalia. Genus igitur quod maius eſt de ſpecibus predicatur omnibus: ſpecies quoniā minores ſunt: de generibus non dicūtur: vt animal de homine diciē: homo vero de animali nullo modo predicatur. At vero propriū quoniā ſpeciei equale eſt: eque predicatur. Atqȝ preponitur: vt riſibile de homine dicitur. omnis enī homo riſibilis ē: eodēqȝ modo conuertitur. omne enī riſibile homo eſt. Differt etiā proprium a genere: qȝ propriū vni ſpeciei ⁊ omni ⁊ ſemper adeſt. Genus vero ex his quidē duo retinet: in vno vero ſemp diuerſuȝ eſt. nā ſpeciebus ſuis ⁊ ſemper adeſt ⁊ omnib⁹ non vero ſolis. hoc enim erat tm̄ proprijs eſſe: qȝ ſingulas tm̄ ſpecies cōtinēt: hoc enim generibus qȝ plures. igiē propria quidē ſingulas optinent ſpecies. genera vero nō ſingulas. adeſt igiē ꝓpriū vni ſoli ſpeciei ⁊ ſemp ⁊ oī. Genus vero ⁊ oī quidē ⁊ ſemp ⁊ non ſoli: vt riſibile homini ſoli: aīal vero eidē hoī: ſed nō ſoli. Preeſt enim cūctis q̄ irrationabilia nūcupamus: preterea ſi auferamus genus: ſpēs interimūtur. nā ſi nō ſit animal: nō erit hō. ſi auferamus ſpēs: non interimitur genus. nā ſi nō ſit hō: animal nō peribit. Spēs vero ⁊ ꝓpria quoniā ſunt equalia: alterna ſe vice cōſumūt. nā ſi nō ſit riſibile hō nō erit: ſi hō nō ſit: riſibile nō manebit. Conſumūt igitur genera ſub ſe poſitas ſpēs: nō vō ab his inuicē conſumuntur. Species vero ⁊ propriū inuicem perimuntur ⁊ perimunt.

GEneri vero ⁊ accidenti cōmune eſt de pluribus (quēadmoduȝ dictuȝ eſt) predicari: ſiue ſepabiliuȝ ſit accidens ſiue inſepabiliuȝ. etenī moueri de pluribus: ⁊ nigruȝ de coruis ⁊ de oībus ethiopibus: ⁊ aliquibus inanimatis predicatur.

¶ Nihil eſt quod in ceteris ita ſit a generis ratione diſiunctum ſicut eſt accidens. nam cum genus cuiuſlibet monſtret ſubſtantiaȝ: accidens vero a ſubſtantia longe diſiunctū ſit ⁊ extrinſecus veniens: nihil vero notius cōmune habere poteſt cū genere q̄ȝ de plurib⁹ predicari. Genus enim de pluribs predicaē ſpeciebus. accidens vero de pluribus non modo ſpeciebus: verum etiā generibus animatis atqȝ ianimatis: vt nigrū diciē de rationali homine: ⁊ de irrationabili coruo: ⁊ de inanimato hebeno. Albū etiaȝ de cigno ⁊ marmore. moueri de homine de equo ⁊ de ſtellis: ac de agitatis: que ſunt ſeperabilis accidentis exempla.

Differt autē genus ab accidenti: quoniam genus ante ſpecies eſt: accidentia vero ſpeciebus poſteriora ſunt. naȝ ⁊ ſi inſeperabile accidens ſumaē: tamē prius eſt illud cui accidit q̄ȝ accidēs. ⁊ genera quidē que participant: equaliter participant: accidenti vero nō equaliter. Intenſionē enī ⁊ remiſſionez ſuſcipit accidentiuȝ participatio: generꝝ vero minime. Et accidentia qdē in indiuiduis principaliter cōſiſtūt: genera vero ⁊ ſpecies naturaliter priora ſunt indiuiduis ſubſtantijs. Et genera quidē in eo qȝ quid ſit p̄dicantur de his que ſub ipſis ſunt: accidentia vero in eo qȝ quale aliquid ſit: vel quō ſe habet vnūquodqȝ: qualis ē enī ethiops interrogatus dicis niger: ⁊ quō ſocrates ſe habet dicis quoniā ſedet vel ambulat.

¶ Differentiā generis ⁊ accidentis hanc primā proponit. Quod genus quidē ante ſpecies ſit; quippe quod materię loco ē: ⁊ differētijs īformatū ſpecies gignit. ac vō accidēs eē poſt ſpēs inueniē. Oportet. n. prius eē cui aliqd accidat: poſt vero ipſum accidēs ſuperuenire. Nā ſi ſubiectum non ſit qȝ ſuſcipiat: accidēs eſſe non poterit. Nō ſi gen⁹ quidē ſpecieb⁹ ſubiectū eſt; nō poſſunt eſſe ſpēs: niſi eis gen⁹ vel vt materia ſupponaē. Accidētia vero eſſe nō poſſunt niſi eis ſpecies ſupponatur. nā manifeſtū eſt genus quidez eſſe ante ſpēs: accidentia vero poſt ſpecies. Rurſus alia differentia: quoniā gen⁹ neqȝ intenſionē neqȝ remiſſionem ſuſcipere poteſt. Quo fit vt q̄ participabāt genere: equaliter ei⁹ nomen diffinitionēqȝ ſuſcipiant. Oēs enim homines equaliter animalia ſunt: eodē modo equi. Nec nō inter ſe homo atqȝ equus ⁊ cętera animalia cōparata eque animalia predicātur. Accidentis vero participatio ⁊ intenditur ⁊ remittitur. Inuenies enī quēlibet paulo diutius ambulantē: ⁊ paulo amplius nigrū. Si in ipſis ethiopibus conſiderabis: omnes non eque nigro colore eſſe obductos inuenies. Alia quoqȝ differentia eſt: quoniam omne accidēs in indiuiduis principaliter ſubſiſtit. Genera vero ſpeciebus ⁊ indiuiduis priora ſunt: niſi eniȝ ſingulariter corui nigredine inſecti ſint: corui ſpecies nigra eſſe nullo modo diceretur. Ita fit vt accidentia poſt indiuidua eſſe videantur. Nam ſi prius eſt id cui aliquid accidit q̄ȝ illud qd accidit: non eſt dubium prius eſſe indiuidua: poſterius vero accidēs. Genera vero ⁊ ſpecies ſupra indiuidua conſiderātur: hoc iccirco qm̄ de omnibus his predicantur: eorūqȝ ſubſtantiam ꝓpria predicatione conſtituūt: ſed dici pōt genera quoqȝ ⁊ ſpecies poſteriora indiuiduis inueniri. Niſi enim ſint ſinguli homines: ſinguliqȝ equi: hominis atqȝ equi ſpēs eſſe nō poſſunt. ⁊ niſi ſint ſingule ſpecies: eorꝫ gen⁹ animal eſſe non poterit. Sed meminiſſe debem⁹ ſuperius dictū eſſe genus nō ex his ſumere ſubſtantiā de quibus predicatur: ſed de eo potius qd differentijs cōſtitutiuis eius ſubſtantiā formāqȝ perficit. Itaqȝ ſi genus quidē diuiſiuis differentijs interēptis nō perimitur: manet in que eius cōſtitutiuę ſunt: que eius formā diffinitionēqȝ perficiūt. Cūqȝ differentię diuiſiuę generis ſpeciebus ſint priores (ipſę enim ſpecies cōformant: atqȝ cōſtituūt) nō eſt dubiū quin genus etiā percūtib⁹ ſpeciebus poſſit in propria pmanere ſubſtantia: idem de ſpeciebus dictū ſit. Species enim ſuperioribus differentijs nō poſterioribus indiuiduis informantur. Que cum ita ſint ſpecies quoqȝ ante indiuidua ſubſiſtūt. Accidentia vero niſi ſint quibus adſint: eſſe non poſſunt; nullis vero prius accidunt q̄ȝ indiuiduis. Hec enim generationi ⁊ corruptioni ſuppoſita varijs ſemper accidentibus permutantur. Illā quoqȝ annumerat differentiam que eſt ſuperius dicta: qȝ genus quia rem demonſtrat ⁊ de ſubſtantia predicatur in eo qȝ quid eſt dicitur. Accidens vero aut in eo qȝ quale eſt aut in eo qȝ quomodo habet ſeſe. Nam ſi qualitatez interroges: accidens reſpondebiē: vt ſi qualis eſt coruus: niger. Si quomodo ſe habet: aliud rurſus accidens: aut ſedet: aut volat: aut crocizat. Nam cum accidens in nouem predicamenta diuidatur: qualitatem: quantitatem: ad aliquid: vbi: ſitum habere: quando: facere: pati. Cętera quidem omnia in quomodo ſe habet interrogatione ponuntur. Qualitas vero in qualitatis ſciſcitatione reſponderi ſolet. Nā ſi interrogemur qualis eſt ethiops: reſpondebimus accidens. i. niger. Si quomodo ſe habeat Socrates: tūc dicemus aut ſedet: aut ambulat: aut ſuperioruȝ aliqd accidentium.



Genus vero quomodo ab alijs quattuor differat dictum eſt. Contingit autē etiam vnūquodqȝ aliorꝫ differre ab alijs quatuor vt cū quinqȝ quidez ſint: vnūquodqȝ autez ab alijs quatuor differat: quater quinqȝ xx. fiant omnes differentię: ſed nō ſic ſe habet ſed ſemp poſterioribus enumeratis: ⁊ ſecūdis quidez vna differentia ſuperatis: propterea quia iam ſumpta eſt: tertijs vō duabus: quartis vero tribus: quintis vero quatuor: ſic decē fiunt omnes differentię: quatuor: tres: due: vna. Genus eteni quo differt a differentia ⁊ a ſpecie ⁊ ꝓprio ⁊ accidēte dictuȝ eſt. quatuor ergo ſunt oēs differētię. differētia vero quo differt a genere dictum eſt; quādo quo differt genus ab ea dicebatur. relinquitur ergo quo differat differentia a ſpecie: ⁊ proprio ⁊ accidenti dicere ⁊ fiunt tres. rurſus ſpecies quo quidez differt a differentia dictuȝ eſt: quādo quo differt a ſpecie differētia dicebatur: ⁊ quo differat ſpecies a genere dictū eſt: quādo quo differat genus a ſpecie dicebaē. Reliquū eſt igitur in quo differat ſpecies a proprio ⁊ accidēti dicere: ⁊ ſunt due hę differentię: quo autē differt propriū ab accidenti relinquitur. Nam quo a genere ⁊ ſpecie ⁊ differentia differat: predictum eſt in illorum ad ipſuȝ differentijs. quattuor igitur ſumptis generiſ differentijs ad alia: tribus vero differentię: duabus ſpeciei. vna autez proprij ad accidens: decē erunt omnes: quarꝫ quatuor que erant generis ad reliqua ſuperius demonſtrauimus.

Quoniam differentias ⁊ cōmunitates generis ad differentiam ad ſpeciem ad accidens ⁊ ad proprium perſecutus eſt. Idem quoqȝ de cęteris facere cōtendens predicit: quot omnes differentię poſſunt eſſe: que inter ſe comparatis cōmixtiſqȝ rebus his que ſupra appoſite ſunt efficiantur. Sunt autem. xx. nam cum quinqȝ ſint res: ⁊ vnaqueqȝ res earum ſi a quatuor alijs differat: quinquies quater. xx. differentię fiunt: quod appoſitarum litterarum manifeſtatur exemplo. Sint quinqȝ res veluti quinqȝ litterę. a. b. c. d. e. differat igitur. a. quidem ab alijs quatuor: ideſt. b. c. d. e. fient quatuor differentię rurſus. b. differat ab alijs quatuor: ideſt. a. c. d. e. erunt rurſus quatuor: que ſuperiobus iuncte octo cōiungunt. c. vero tertia a reliquis differt quatuor: ſ. a. b. c. d. e. que quatuor differentię ſuperioribus octo copulatę. xij. reddunt. Quarta. d. ſi reliquis quatuor comparetur: differat eque ab eiſdȝ. a. b. c. e. fient igitur rurſus quatuor: que ſuperiobus. xij. appoſite. xvj. copulāt. Quod ſi vltima. e. ab aliis quatuor differat. ſ. a. b. c. d. fiēt alię quatuor differentię: que compoſitę prioribus. xx. perficiūt. ⁊ ſit quidem huiuſmodi deſcriptio.

| a | b | c | d | e |
| --- | --- | --- | --- | --- |
| b c d e. | a c d e. | a b d e. | a b c e. | a b c d |

Que cū ita ſint: in generibus quoqȝ ⁊ ſpeciebus ⁊ cęteris idem conſiderabitur. Erunt ergo quatuor differētię quibus genus a differentia ſpecie proprio accidentiqȝ diſiungitur. Alię rurſus quatuor: quibus differentia a genere ſpecie proprio atqȝ accidēti diſcrepat. Rurſus quatuor ſpeciei ad genus ad differentiam proprium atqȝ accidens. Quatuor etiam proprij ad genus differentiam ſpeciem atqȝ accidens. Quatuor inſuper accidentis ad genus differentiam ſpeciem atqȝ proprium. Que coniuncte omnes. xx. explicant differentias. Sz hoc ſi ad numeri referaē naturā cōparationiſqȝ alternationē. Nā ſi ad ipſas differētiarꝫ naturas vigilās lector aſpiciat: eaſdē ſępe ſumptas differētias īuenit. Quomō. gen⁹ differt a differentia: eodē differētia differt a genere. ⁊ quo differētia diſtat ad ſpecie: eodē ſpēs a differentia diſgregaē: ⁊ in cūctis eodē modo. In hac igiē diſputatiōe differētiarꝫ quā ſupra diſpoſui: eaſdē ānumeraui ſepius. Itaqȝ ſi differētiarꝫ ſimilitudines ſubtraham⁹ decē fient oīno differētię: q̄s ad preſentē tractatū velut diuerſas atqȝ diſſimiles oportet aſſumere. Age enī differat gen⁹ a differētia ſpecie ꝓprio atqȝ accidenti q̄tuor differētijs q̄s ſupra iā dixim⁹. Itē ſumam⁹ differentiā diſtabit hęc a genere primū: dehinc a ſpecie: ꝓprio: atqȝ accidenti: ſed quo diſcrepet a genere iam ſuperius explicatum eſt: cū diceremus quo genus a differentia diſcreparet. Detracta ergo hac cōparatione quoniaȝ ſupra cōmemorata eſt relinquuntur tres differentię: quibus differentia proprio a ſpecie accidentiqȝ diſiūgitur: que iuncte cū ſuperioribus. iiij. vij. reddūt differentias. Poſt hanc ſpecies ſi ſumatur quattuor quidem eius eſſent differentię ſecūdum numeri diuerſitatē: cū ad genus differentiam. proprium atqȝ accidēs cōparatur. Sed priores due comparationes iaȝ dicte ſunt. Naȝ quo ſpecies differat a genere tunc dictum eſt cum quid genus differret a ſpecie dicebamus: quid vero ſpecies a differētia diſtet cōmemoratum eſt: cū differentię ad ſpeciem diſſimilitudines redderemus. Quibus detractis due ſuperſunt integrę atqȝ intacte ſpeciei ad proprium ⁊ accidens diſcrepantię. Que iuncte cum. vij. ix. differentias copulant. Proprij vero ſi ad numerum differentię conſiderentur: quattuor erunt. ſ. ad genus defferentiam ſpeciem atqȝ accidens comparati: quarum quidem tres ſuperiores differentię iam dicte ſunt. Nam qȝ a genere proprium diſtet tunc dictum eſt: cum quid genus a proprio diſtaret oſtendimus. Rurſus quid proprium a differentia diſcrepet: in colligēda diſtantia differētię proprijqȝ ſuperius demonſtratum eſt. quid vero propriuȝ differt a ſpecie: tunc expoſitū eſt: quando quid ſpecies diſtaret a proprio dicebatur. Reſtat igitur differentia vna proprij ad accidens: que ſuperioribus iuncta. x. differētias claudit. Accidentis vero ad cętera poſſent quidem eſſe quattuor: niſi iā omnes probarentur eſſe conſumptę. Nam quid differat vel genus vel differentia vel ſpecies vel ꝓprium ab accidenti ſupra monſtratuȝ eſt: nec ſunt plus differentię diuerſę accidentis ad cętera: q̄ȝ cęterorū ad accidens. Itaqȝ fit vt cū ſit quinqȝ rerū numerus: ſi prima aſſumatur. iiii. fiant differentię. Si ſecunda: tres vincanturqȝ ſecunda rei ad cęteras differentię a prima ad cęteras vna tantū diſtantia. Nam cū prima habuerit quattuor: ſecūda retinet. iii. tertia vero ſi aſſumatur: duas habebit differentias: que vincātur a primis. iiii. differentijs duabus. Quarta ſi ſumatur vnam habebit differentiaȝ: que vincitur a primis quattuor differentijs trib⁹. Quinta vero quoniā nullā habebit oīno differentiā nouā totis. iiii. a prima differentijs ſuperatur. atqȝ hoc numerorū gradu quidē vſqȝ ad denarium numerum tendiē: quattuor: tres: due: vna: vt generis quidem. iiii. differentię vero tres. Speciei. ii. proprij. i. accidentis nulla eſt. primę generis quidem cōparationes. iiii. nouas tenent differentias. ſecundę vero differentię comparationes tres nouas tenent. vna enim ſuperius adnumerata eſt: vincitur autē a primis. iiii. nouis differētijs vna tm̄. ſpeciei vō tertia cōparatio duas tm̄ habet differentias nouas. duas quippe ſuperius enumeratas cognoſcimus. ⁊ vincitur a quattuor primis duabus tantum differentijs nouis. proprij vero

vnaʒ tñ retinet nouã: quoniã tres habet ſuperius numeratas: vincitur q3 a prima nouis tribus differentijs quinti vero accidẽtis cõparationes qñ nullã retinent nouã differẽtiã: totis q̃tuor a p̃mis generis trãſcẽdunt. Atq3 ad hũc modũ ex .xx. differẽtijs ſcḋ3 nũerũ .x. ſcḋ3 diſſimilitudines contrahuntur: vt tamen has ſcḋm diſſimilitudinem differentias nõ in quinario tantum numero: verũ in ceteris notas habere poſſimus: talis dabitur regula: que plenam differentiarum diſſimilitudinem in qualibet numeri pluralitate reperiat. Propoſitarum enim numero rerũ ſi vnũ dempſeris: atq3 id qḋ dempto vno relinquitur: in totaʒ ſummã numeri multiplicaueris: dimidium eius quod ex multiplicatione factum eſt coequabitur ei pluralitati quam propoſitarum rerum differentie continebant. Sũt ergo res quatuor a.b.c.d. his aufero vnum: ⁊ fiunt tres. has igitur quater multiplico: fiunt .xii. horũ ſi dimidiũ teneo: ſex erũt. Tot enim igitur differentie inter ſe rebus quattuor cõparatis. a. quippe ad .b. ⁊ .c. ⁊ .d. tres retiñet differẽtias. Rurſus .b. ad .c. ⁊ .d. duas. c. vero ad .d. vnam. Que ſimul ſenarium numerum complent. Atq3 hanc quidẽ regulam ſimpliciter ac ſine demonſtratione nunc dediſſe ſufficiat. In predicamentorum vero expoſitione ratio quoq3 cur ita ſit explicabitur.

c Commune ergo eſt differẽtie ⁊ ſpeciei equaliter participari. homine enim equaliter participant particulares homines: ⁊ rationali differentia. Cõmune vero eſt ⁊ ſemꝑ adeſſe his que eorũ participant. ſemper enim Socrates rationalis eſt: ⁊ ſemper homo eſt.

¶ Dictum eſt ſepius ea que ſubſtantiam formant nec remiſſione contrahi nec intenſione produci. vnicuiq3 id quod eſt vnum atq3 idem eſt. Qḋ ſi differentia ſpecierũ ſubſtantiam monſtrat: ſpecies vero indiuiduorũ: equaliter vtraq3 ab intenſione ⁊ remiſſiõe ſeiuncte ſunt: quo fit vt equaliter participentur. Omnes enim indiuidui mortales atq3 rationales ſunt homines. Nam ſi idem eſt eſſe homini quod eſt rationale eſſe: cũ homines eque ſint hoĩes: neceſſe eſt vt ſint equaliter rationales. Aliud quoq3 cõmune habet differentia cum ſpecie: quoniã ita differentie ſui participantia non relinquunt vt ſpecies Semper enim Socrates rationalis eſt (Socrates eñi rationabilitate participat) ſemper homo eſt: quia ſcilicet humanitate participat. vt igitur differentie ſui participantia nõ relinquunt: ita ſpecies his que ea participant: ſemper adiuncta eſt.

Proprium autẽ eſt differentie quidẽ in eo ꝙ quale ſit p̃dicari: ſpeciei vero in eo ꝙ quid eſt. naʒ ſi homo velut qualitas accipiatur: nõ erit tamen ſimpliciter qualitas: ſed ſcḋm id ꝙ generi aduenientes differẽtie eam cõſtituerũt. Amplius differentia quidem ſepe in pluribus ſpeciebus conſideratur: quemadmoduʒ quadrupedes in pluribus animalibus ſpecie differentibus: ſpecies vero in ſolis his que ſub vna ſpecie ſunt indiuiduis. Amplius differentia quidẽ prima eſt ab ea ſpecie que eſt ſcḋm ipſam. ſimul enim ablatum rationale interimit hominẽ: homo vero interẽptus non aufert rationale: cũ ſit deus. Amplius differentia quidẽ componitur cum alia differentia: rationale enim ⁊ mortale compoſituʒ eſt in ſubſtantiã hominis: ſpecies vero ſpeciei nõ componitur: vt gignat alteraʒ ſpeciem: quedã enim equa cuidã aſino permiſcetur ad muli generationem: equa eniʒ ſimpliciter aſino nunq̃ conueniens perficeret mulum.

¶ Expoſitis cõmunitatibus quantum ad inſtitutionem pertinebat differentie ⁊ ſpeciei: earundem nunc diſſimilitudines colligit dicens: quoniam differunt ꝙ ſpecies in eo ꝙ quid ſit predicatur. Differentia autem in eo ꝙ quale ſit. Huic differentie poterat queſtio occurri. nam ſi humanitas ipſa que ſpecies eſt: qualitas quedaʒ eſt: cur dicatur ſpecies in eo ꝙ quid ſit predicari: cũ propter quãdam ſue nature proprietateʒ quedam qualitas eſſe videatur. Huic reſpondemus: quia differentia ſolum qualitas eſt: humanitas vero non ſolum eſt qualitas: ſed tantuʒ qualitate perficitur. Differentia enĩ ſuperueniens generi ſpeciem facit: ergo gen⁹ quadã differentia ⁊ qualitate formatum eſt vt procederet in ſpecieʒ. ſpecies vero ipſa qualis quidẽ eſt ſecundũ differentiaʒ illus que eſt pura ac ſimplex qualitas: quia ſcilicet perficitur ⁊ conformatur. Qualitas vero ipſa pura ſimplexq3 nullo modo eſt ſed ex qualitatibus effecta ſubſtantia. itaq3 iure differentia que pure ac ſimpliciter qualitas eſt in eo ꝙ quale eſt ſciſcitãtibus reſpondetur ſpecies vero in eo ꝙ quid ſit iure reſpondetur: licet ipſa quoq3 quedã qualitas ſit non ſimplex: ſed aliuſ qualitatis informata. Rurſus quoq3 differentia ipſa eſt quia plures ſub ſe ſpecies differentia continet. Species vero tantũ indiuiduis preeſt. Rationalitas enim ⁊ hominem claudit ⁊ deum. quadrupes equũ boue ⁊c. homo vero ſola indiuidua: atq3 in alijs ſpeciebus eadẽ ratio eſt. Idcirco enim diffinitiones quoq3 ſecute ſunt: vt differentia vocaretur: quod de pluribus ſpecie differentibus in eo ꝙ quale ſit predicetur. Species vero ꝙ de pluribus numero differentibus in eo ꝙ quid ſit predicatur. Ideo etiaʒ ſuperioris nature ſunt differentie: quia continentes ſunt ſpecierũ. nã ſi quis auferat differentiã ſpeciem quoq3 ſuſtulerit: vt ſi quis auferat rationabilitatem hominẽ deumq3 conſumpſerit: ſi quis vero hominem tollat rationabilitas in ſpeciebus reliquis conſtituta eſt: igitur differẽtie ſtant a ſpecie: quod vna differentia plures ſpecies cõtinere ſub ſe poteſt: ſpecies vero nullo modo. Alia rurſus eſt differentia: quoniam ex pluribus differentijs vna ſpecies iũgitur: ex pluribus vero ſpeciebus nulla ſpeciei ſubſtantia copulatur. Iunctis eniʒ differentijs mortali ac rationali factus eſt homo. Iunctis vero ſpeciebus nulla vnquã ſpecies informatur Quod ſi quis occurrat dicens: quoniã permixtus aſino equus efficit muluʒ: non recte dixerit. Indiuidua enim indiuiduis iuncta: indiuidua rurſus alia fortaſſe perficient. Ipſe vero equus ſimpliciter .i. vniuerſaliter ⁊ aſinus vniuerſaliter neq3 permiſceri poſſunt aliquid ſi cogitatiõe miſceantur: efficiunt. Conſtat igitur differentias quidem plurimas ad vnius ſpeciei ſubſtantiaʒ cõvenire. Species vero in alterius ſpeciei naturam nullo modo poſſe congruere.

Differentia vero ⁊ propriuʒ cõmune quidem habent equaliter participari ab his que eoruʒ participant equaliter enim rationalia rationalia ſunt: ⁊ riſibilia ſunt riſibilia: ⁊ ſemꝑ ⁊ omni adeſſe cõmune vtriq3 eſt: ſi enim curtet̃ qui bipes eſt: nõ ſubſtantia perit: ſed ad id ad qḋ natum eſt: ſemper predicatur. nã ⁊ riſibile ad id quod natum eſt ſemper dicitur: ſed non in eo ꝙ ſemper rideat.

Secunda editio In Porphyrium. 

Nunc differentiã propriiſq3 cola cõtinua rõne proſequitur. Cõmune enim dicit eſſe proprio ac differentie: ꝙ equaliter participantur: eque enim oẽs hoĩes rõnales ſunt: eque riſibiles. Illud qḋ ſubſtãtiã mõſtrat: iſtud qḋ eſt equũ proprie ſpeciei ⁊ ſubiectã ſpeciẽ nõ relinquit. Aliud etiam in his cõe ſubiũgit. equaliter. n. differẽtia ſemper ſubiectis adeſt: vt propriũ. Sẽper eniʒ omnes homines rationales ſũt: vt ſemper quoq3 riſibiles. Sʒ obijci poterat non ſemper eſſe bipedem homineʒ: cum ſit bipes differentia: ſi vnius pedis perſectione curtetur: quam tali modo ſoluimus queſtionẽ. Propria ⁊ differentie non in eo ꝙ ſemper habeãtur: ſed in eo ꝙ ſemper naturaliter haberi poſſunt: ſemper dicuntur adeſſe ſubiectis. Si enĩ qs curtetur pede: nihil attinet ad naturã ſicut nihil ad detrahendũ ꝓpriũ valet ſi hõ non rideat. Hec enĩ nõ in eo ꝙ adſint: ſed eo ꝙ ꝑ naturã adeſſe poſſint: ſꝑ adeſſe dicuntur. Ipſum enim ſꝑ nõ actu eſſe dicimus: ſed natura. Nunq̃ enim fieri poteſt: vt per nature ipſius proprietatẽ nõ ſemper bipes ſit: etiã ſi fieri poteſt vt pede curtetur: vel etiam ſi diminuto pede ſit nat⁹ In his enim non ſpeciei atq3 ſubſtantie: ſed naſcenti indiuiduo derogatur.

Proprium autẽ differentie eſt: ꝙ hec quideʒ de pluribus ſpeciebus dicitur ſepe: vt rationale de homine ⁊ de deo: propriũ vero de vna ſola ſpecie cuius eſt proprium. et differentia illis eſt conſequens: quoruʒ eſt differentia: ſed non conuertitur: propria vero conuerſim predicãtur de his quorũ ſunt propria propter id ꝙ conuertuntur.

¶ Diſtat a proprio differentia quod differentia plurimas ſpecies claudit: ac de his omnibus predicatur. proprium vero vni tantum ſpeciei coniungitur atq3 equatur. Rationale enĩ de homine atq3 de deo p̃dicat̃: quadrupes vero de equo ⁊ ceteris animalibus. Riſibile vero vnam tantum ſpecieʒ continet: ideſt hominẽ. vnde fit vt differentia ſemper ſpecieʒ conſequatur: ſpecies vero differentiaʒ minime. Propriuʒ vero ac ſpecies alternis ſeſe vicibus equa predicatione comitantur. Sequi vero dicitur aliquid quotienſ quolibet re prius natura poſterius reliqua conuenit nuncupari: vt ſi dicam omnis homo rationabilis eſt: prius homo eſt: poſteri⁹ poſt ſui differentiam. Sequitur ergo differentia ſpeciẽ. At ſi cõuertam nomina dicamq3 omne rationabile homo ẽ propoſitio non tenet veritatem. Igitur ſpecies nulla ratione differentiam comitatur: proprium vero ⁊ ſpecies quia conuerti poſſunt mutuo ſe ſequuntur. omnis homo riſibilis eſt: ⁊ omne riſibile homo eſt.

d Differentie autem ⁊ accidenti cõmune quidem eſt de pluribus dici. cõmune vero ad ea que ſunt inſeperabilia accidentia ſemper ⁊ omnibus adeſſe. bipes enim ſemper adeſt omnibus coruis ⁊ nigrum ſimiliter.

¶ Duo quidem differentie ⁊ accidentis cõmunia ſunt quorum vnum inſeperabilibus ⁊ ſeperabilibus accidẽtibus cuʒ differentia commune eſt. Ab altero vero ſeperabile accidens ſegregatur. Tantum vero inſeperabile ſecundo cõmuni clauditur. Eſt enĩ cõmune differentie cum omnibus accidentibus de plurib⁹ predicari. Naʒ ⁊ ſeperabilia ⁊ inſeperabilia accidẽtia ſicut differẽtia de pluribus ſpeciebus ⁊ indiuiduis predicãtur: vt bipes de coruo atq3 cigno nuncupatur: ⁊ de his indiuiduis que ſub coruo ſunt. Item de eodem coruo atq3 cigno album ⁊ nigrũ que ſunt inſeperabilia accidentia predicãtur. Ambulare enĩ vel ſtare: dormire ac vigilare de hiſdeʒ dicimus: que ſunt ſeperabilia accidentia. Reliqua vero communitas ea tantum accidentia videtur includere que ſunt inſeperabilia: Nam ſicut differentia ſemper ſubiectis ſpeciebus adhereſcit: ita etiam inſeperabilia accidentia nunq̃ videntur deſerere ſubiectum: vt enim bipes quod eſt differentia nunq̃ ſpeciem coruorum derelinquit: ita nec nigrum ꝙ accidens inſeperabile eſt. Differentia vero idcirco non relinquit ſubiectum: quoniam eius ſubſtantiam cõplet ac perficit. Accidens vero huiuſmodi eſt quoniam non poteſt ſeparari. neq3 enim poſſet eſſe accidens inſeperabile: ſi ſubiectuʒ aliquando relinqueret.

Differunt autem ꝙ differentia quidẽ continet ⁊ non continetur. continet enim rationalitas hominẽ ⁊ deũ: accidentia vero quodãmodo continent: eo ꝙ in pluribus ſunt quodãmodo cõtinẽtur: eo ꝙ nõ vnius accidentis ſuſceptibilia ſunt ſubiecta: ſed plurimorum: ⁊ differentia quidẽ inintenſibilis ⁊ irremiſſibilis. accidentia vero minus ⁊ magis recipiunt: ⁊ impermixte ſunt quideʒ cõtrarie differentie: mixta vero contraria accidentia. huiuſmodi quidem cõmuniones ⁊ proprietates differentie ⁊ ceterorum ſunt. Species vero quo quideʒ differat a genere ⁊ differentia: dictum eſt in eo ꝙ dicebamus quo genuſ differat a ceteris: ⁊ quo differentia differt a ceteris.

¶ Poſt differentie ⁊ accidentis redditas cõmunitates nunc de eorũ differentijs tractat. Ac primum quidẽ tale proponit. differentia quidem omnis ſpeciem continet: Rationabilitas enim continet homineʒ: quĩ pl⁹ rationabilitas q̃ ſpecies ideſt homo predicatur. ſupergreſſa enim ſubſtantiam hominis in deum vſq3 diffunditur: Accidẽtia vero aliquando continent: aliquando continentur. Continent quidem quia quodlibet vnuʒ accidens ſpeciebus adeſſe pluribus conſueuit: vt albuʒ cigno ⁊ lapidi. ut nigrum coruo ⁊ ethiopi atq3 hebeno. Continentur vero: quoniã plura accidẽtia vni accidũt ſpeciei: vt videatur illa ſpecies plura accidentia continere. cum enim ethiopi accidit vt ſit niger: accidit vt ſit ſimus: vt criſpus: que cuncta accidentia ſunt ethiopis: Species quodammodo intra ſe plurima accidentia videtur includere. huic occurri poteſt: quoniam differentie quoq3 aliquo modo cõtinent: aliquo modo cõtinẽt: vt rõnabilitas ꝯtinent hoĩeʒ. plus enĩ q̃ de hoĩe p̃dicatur. Continetur quoq3 ab homine: quĩ non ſolũ hanc differentiam homo continet verũ etiaʒ mortale. Reſpõdebimus contra hoc. omnia quecũq3 ſubſtantialiter de pluribus predicantur: ab his de quibus dicuntur nõ poterunt cõtineri. quo fit vt differentie quidem non contineantur a ſpecie: ⁊ ſi ſint plures differentie que ſpeciem forment. Accidentia vero continentur: quoniam accidentia ſpeciei ſubſtantiam nulla predicatione cõſtituunt. nã nec proprie vniuerſalia dicũtur accidentia: cũ de ſpeciebus pluribus dicuntur. Differentie vero maxime ⁊ proprie dicuntur vniuerſalia. Que enim quorlibet vniuerſalia ſunt: ea neceſſe eſt eorũ quorũ ſunt vniuerſalia: etiaʒ ſubſtantiam continere: quo fit quia differentie ſubſtantiam monſtrant intenſione ac remiſſione careant: vna enim queq3 ſubſtantia neq3 contrahi neq3 remitti poteſt. At vero accidentia quoniam nullã cõſtitutionem ſubſtantie profitentur: intenſione creſcunt ⁊ remiſſione decreſcunt. Illa quoq3 eorũ eſt differentia: ꝙ differentie contrarie permiſceri vt ex ſe fiat aliquod: non queunt. Accidentia vero contrarie: ⁊ quedam medietas ex alterutra contrarietate coniunguntur. Ex rationabili enim ⁊ irrationabili nihil vnum iungi poteſt. Ex albo

vero ⁊ nigro ſit aliquis medius coloꝛ. Expoſitis igitur diſtantijs differētię ad cętera reſtat de ſpecie dicere: cuiꝰ quidem differentias ad genus ante collegimus: cum generis ad ſpecies differentias dicebamus: eiuſdēqꝫ etiaʒ ſpeciei diſtantias ad differentiam diximus: cū differentię ad ſpeciem diſſimilitudines mōſtrabamus. Reſtat igitur ſpeciem pꝛopꝛio ⁊ accidenti cum communione cōiūgere tum differentijs ſegregare.

ſ Peciei vero ⁊ pꝛopꝛij cōmune eſt quidē de ſe inuicem pꝛedicari: nam hō etiā riſibile eſt: riſibile homo eſt riſibile vero quoniā ſecunduʒ id qd̄ natuʒ eſt ridere accipitur: ſępe iam dictū eſt: ęqualiter enim ſunt ſpecies his quę eoꝛuʒ participant: ⁊ pꝛopꝛia quoꝝ ſunt pꝛopꝛia.

¶ Cōmune inquit habent pꝛopꝛium atqꝫ ſpecies ad ſeipſa pꝛedicationes habere cōuerſas. Naʒ ſicut ſpecies de pꝛopꝛio: ita pꝛopꝛium de ſpecie pꝛedicatur: nā vt eſt homo riſibilis: ita riſibile homo eſt. Idque iā ſuperius dictum eſſe cōmemoꝛat: cuius communitatis rationeʒ ſubdit eam. ſ. q̄ ęqualiter ſpēs indiuiduis participant ſicut eadē ꝓpꝛia. his quoꝝ ſunt ꝓpꝛia. q̄ ratio nō videt ad cōuerſionē pꝛedicationis accomodata: ſed potius ad illam aliam ſimilitudinem: quia ſicut ſpecies ęqualiter ab indiuiduis participantur: ita etiaʒ pꝛopꝛia. ęque enī Socrates ⁊ Plato homines ſunt: ſicut etiam riſibiles Itaqꝫ tamq̄ aliaʒ cōmunionem debemus accipere illō quod eſt additum. ęqualiter enim ſunt ſpecies his quę eoꝛum participant: ⁊ pꝛopꝛia quoꝛuʒ ſunt pꝛopꝛia. An magis intelligenduʒ hoc modo dictum tamq̄ ſi diceret ęqualia ſunt ſpecies ⁊ pꝛopꝛia. nam quia ſpecies eoꝛuʒ ſunt ſpecies quę ſpeciebus ipſis participant: ⁊ pꝛopꝛia eoꝛum pꝛopꝛia quę pꝛopꝛijs participant: pꝛopꝛiuʒ atqꝫ ſpecies ęqualiter vtriſqꝫ ſūt: id eſt neqꝫ ſpecies ſuperuadit ea quę ſpecie participāt: nec pꝛopꝛia ſuperuadūt ea quę pꝛopꝛijs participant. Cumqꝫ pꝛopꝛia ſpecierū ſint pꝛopꝛia. ſpecies ac pꝛopꝛia ęqualia eſſ. neceſſe eſt atqꝫ inuicem pꝛedicari.

d Iffert autē ſpecies a pꝛopꝛio: quoniam ſpecies quideʒ poteſt ⁊ alijs eſſe genus: pꝛopꝛiuʒ vero aliarum ſpecieruʒ eſſe impoſſibile eſt. ⁊ ſpecies quidem ante ſubſiſtit q̄ pꝛopꝛiuʒ: pꝛopꝛiuʒ vero poſt ſit in ſpecie. opoꝛtet enim ante hominē eſſe: vt ſit riſibile. Amplius ſpēs quidem ſemper actu adeſt ſubiecto: pꝛopꝛium vero aliquādo actu: poteſtate vero ſemꝑ. homo enim ſemper actu eſt ſocrates: non vero ſemꝑ ridet: quāuis ſit natura ſemꝑ riſibilis. Amplius quoꝝ termini differētes ſunt ⁊ ipſa ſunt differentia: eſt autē ſpeciei eſſe ſemꝑ ſub genere: ⁊ de pluribus differētibus numero in eo q̄ quid ſit pꝛedicari: et cętera huiuſmodi: pꝛopꝛij vero eſt ſoli et oī ⁊ ſemper adeſſe.

Pꝛimaʒ pꝛopꝛij ⁊ ſpeciei differentiam dicit: quoniam ſpecies poteſt aliquando in alias ſpecies deriuari: id eſt poteſt eſſe genus: vt animal cum ſit ſpecies animati poteſt eſſe genus hominis: ſed nunc nō de his ſpeciebus loquitur quę ſunt ſpecialiſſimę: atqꝫ hunc confundere videt erroꝛē: q̄ cū de his ſpeciebꝰ dicere ꝓpoſuerit quę eſſent vltime: nunc de his quę ſunt ſubalterne: ⁊ ſępe locum generis obtineant diſſerit. ꝓpꝛia vero nullo modo genera eſſe poſſunt: quoniā ſpecialiſſimis adęquantur. Quę quoniam genera eſſe nequeunt nec pꝛopꝛia q̄ ſunt ſibi ęqualia eſſe ꝑmittuntur. Rurſus ſpecies ſemper ante ſubſiſtit q̄ ꝓpꝛium. niſi enim ſit homo: riſibile eſſe nō poterit: ⁊ cum iſta ſimul ſint: tamē ſubſtantię cogitatio pꝛecedit ꝓpꝛij rationem. Omne enim ꝓpꝛiuʒ in accidentis genere collocatur. Eo enī differt ab accidēti: quia circa omnē ſolam quālibet vnam ſpeciem vim ꝓpꝛię pꝛedicationis continet. Nā ſi pꝛioꝛes ſunt ſubſtantię q̄ accidentia: ſpecies vero ſubſtantia eſt. Pꝛopꝛiū vero accidens: nō eſt dubiū quin pꝛioꝛ ſit ſpecies: ꝓpꝛiuʒ vero poſterius. Diſcernūtur etiā pꝛioꝛis actu poteſtatiſqꝫ natura. Species enī actu ſemꝑ īdiuiduis adeſt. Pꝛopꝛia vero aliquotiens actu: poteſtate autem ſemꝑ. Socrates enim ⁊ plato actu ſunt homines: non vero ſemper actu rident: ſed riſibiles eſſe dicuntur: tam eſſi nō rideant: ridere tamen poterūt. Natura itaqꝫ ſpecies ⁊ pꝛopꝛium ſemꝑ ſubiectis adeſt: ſed actu ſpecies. Pꝛopꝛium vero non ſemꝑ actu vt dictum eſt. At rurſus quoniā diffinitio ſubſtantiam monſtrat: eoꝝ quorū diuerſę ſunt diffinitiones: diuerſę ſunt ſubſtantię. Eſt aūt ſpeciei diffinitio ſub genere eſſe: ⁊ de pluribus numero differentibus in eo q̄ quid ſit ꝑdicari: quā ſuperius expoſitam frequenter nunc iterare opus non eſt Pꝛopꝛiū vero non ita diffinitur. Pꝛopꝛiū eſt qd̄ vni ⁊ omni ⁊ ſemꝑ ſpeciei adeſt: quoꝛū diffinitiones diuerſę ſunt: non eſt dubium ſpeciem ac pꝛopꝛium ſecūdum naturę ſuę terminos diſcrepare.

ſ Peciei vero ⁊ accidentis cōmune quidem eſt de pluribus pꝛedicari: rarę vero alię ſunt cōmunitates pꝛopterea quoniā q̄ plurimuʒ diſtant a ſe accidens: ⁊ id cui accidit.

¶ Speciei ⁊ accidentis ſimilitudinem cōmunem dicit de pluribus pꝛedicari: de pluribus enim dicitur ſpecies ſicut ⁊ accidens. Raras vero dicit alias eſſe eoꝛum communiones. idcirco quoniam longe diuerſum eſt id quod accidit: ⁊ cui accidit. Cui enim accidit ſubiectum eſt atqꝫ ſuppoſitum. Quod vero accidit ſuppoſitum atqꝫ aduenientis naturę. Item quod ſupponitur ſubſtantia eſt: quod vero velut accidens pꝛedicatur: extrinſecus venit. Quę omnia multā eius quod eſt ſubiectū ⁊ eius quod eſt accidens differentiā faciunt. tamen inueniri etiam alię poſſunt ſpeciei ⁊ accidentis inſeparabilis cōmunitates: vt ſemper ſubiectiſ adeſſe: ęque enim homo ſingulis hoībus ſemper adeſt: ⁊ inſeparabilia accidentia ſingulis indiuiduiſ pꝛeſto ſunt: ⁊ q̄ ſpecies de his quę indiuidua continent: ęque de pluribꝰ vt accidētia in indiuiduis pꝛedicātur. Nā homo de Socrate Platone. Nigrum vero atqꝫ album de pluribus coꝛuis ⁊ cignis quibus accidens eſt nuncupatur.

p Ropꝛia vero vtriuſqꝫ ſunt ſpeciei qd̄ ī eo quid eſt pꝛedicari de his quoꝝ eſt ſpecies. accidentis autem in eo q̄ quale quiddā eſt vel quomodo ſe habens ⁊ pꝛopꝛiuʒ eſt vnamquāqꝫ ſubſtantiā: vnā quidē ſpecie participari: pluribus autē accidētibus et ſeparabilibus ⁊ inſeparabilibus Et ſpecies quidē ante ſubintelligi poteſt q̄ accidentia: vel ſi ſint inſeparabilia: opoꝛtet enī ante eſſe ſubiectū: vt illi aliq̄d accidat. accidētia vero poſterioꝛis generis ſūt ⁊ aduentitię naturę: ⁊ ſpeciei qdē ꝑticipatio ęqualiter eſt: accidentis vero vel ſi inſeparabile ſit nō ęqualiter: ęthiops enī alio ęthiope habebit colorē: vel intenſum vel remiſſuʒ ſecundū nigredinem. Reſtat igitur de pꝛopꝛio ⁊ accidenti dicere. quo enim pꝛopꝛiuʒ a ſpecie ⁊ differentia ⁊ genere differt: dictum eſt.



¶ Nō nunc pꝛopꝛiū ſpeciei ⁊ accidentis ſe exequi pollicetur: tale pꝛopꝛiū intelligendū eſt eſt q̄ ut ſuperius dictum eſt ad comparationē dicitur differentię. Species vero in eo q̄ quid eſt pꝛedicatur: accidens vero in eo q̄ quale. qua differentia non ab accidentibus ſolum ſpecies diſcernitur: verū etiaʒ a differentijs ⁊ pꝛopꝛijs: nec ſoluʒ ſpecies ab eiſdem verum etiam genus. Pꝛęterea q̄ ſpecies in eo q̄ quid eſt pꝛedicatur: accidens vero in eo q̄ quō ſe habeat: id quoqꝫ cōe eſt cū genere. genꝰ quoqꝫ ab accidēti ī eo q̄ qd eſt ⁊ quomō ſe habeat ꝑdicatione diuidit. Iteʒ vnāquāqꝫ ſubſtātiā vna videt ſpēs cōtinere: vt ſocratē homo. atqꝫ ideo Socrati vna tm̄ pꝛopinquā eſt ſpēs hominis. Rurſus īdiuiduo equo vna ſpēs equi eſt ꝓxima. Itēqꝫ in cęteris: vnicuiqꝫ enī ſubē vna ſpēs ꝑeſt: at vero vnicuiqꝫ ſubē nō vnū accidēs iūgit. vnicuiqꝫ enī ſubē plura ſp accidētia ſupueniunt: vt ſocrati q̄ caluus: q̄ ſimꝰ: q̄ glaucus: qd̄ ꝓpenſo ventre: ⁊ in alijs quidē ſubſtantijs de numero accidentium idē conuenit dicere. Dehinc ſemper ante accidentia ſpecies intelliguntur: niſi enim ſit homo cui accidit aliquid accidens eſſe non poterit: ⁊ niſi ſit quęlibet ſubſtātia cui accidens poſſit adiungi: accidens non erit. Omnis autem ſubſtantia pꝛopꝛia ſpecie cōtinetur. recte igit pꝛiuſ ſpecies: accidētia vero poſterius intelliguntur. Poſterioꝛis enim ſunt (vt ait) generis ⁊ aduenticię naturę. Nam quę ſubſtantiā non infoꝛmant: recte aduenticię naturę eſſe dicuntur ⁊ poſterioꝛis generis. His enim ſubſtantijs ſint: quę ante differentijs infoꝛmatę ſunt. rurſus quoniā ſpecies ſubſtantiam monſtrat: ſubſtantia vero (vt dictuʒ eſt) intēſione ac remiſſione caret: ſpeciei participatio intenſionem remiſſionemqꝫ non ſuſcipit. Accidens vero vel ſi inſeparabile ſit poteſt intenſionis remiſſioniſqꝫ cremento ⁊ decremēto variari: vt ipſū inſeparabile accidens quod ęthiopibus ineſt. ſ. nigredo. Poteſt enī quibuſdam talis. adeſſe vt ſit fuſcis pꝛoxima: alijs vero talis: vt ſit nigerrima. Reſtat nunc ꝓpꝛij cōmuniones ac differentias perſequi. Sed q̄ pꝛopꝛium differat a genere vel ſpecie vel differentia ſuperiꝰ demonſtratum eſt: cū quid genus vel ſpēs vel differentia a pꝛopꝛio diſtaret oſtendimus. Nunc reliqua ad cōmunitatem vel differentiaʒ cōſideratio eſt: quę pꝛopꝛiū accidentibus aut iungat aut ſegreget.

c Ommune autē pꝛopꝛij ⁊ accidētis inſeparabilis eſt: q̄ pꝛęter ea nūq̄ conſiſtant ea in quibus cōſiderant. quēadmoduʒ enī pꝛeter riſibile nō ſubſiſtit hō: ita nec ꝑter nigredinē ſubſiſtit ęthiops: ⁊ quēadmoduʒ ſemper ⁊ omni adeſt pꝛopꝛiū: ſic inſeparabile accidens.

Quoniā pꝛopꝛiū ſemper adeſt ſpeciebus: nec eas vllo modo relinquit: quoniamqꝫ inſeparabile accidēs a ſubiecto non poteſt ſegregari: hoc illis inter ſe videtur eſſe cōmune: q̄ ea in quibus inſunt pꝛeter pꝛopꝛia vel inſeparabile accidentia eſſe non poſſunt. Inſeparabilia vero accidentia comparat pꝛopꝛio: quoniā vt in ſpecie dictum eſt rariſſime ſunt ſpeciei atqꝫ accidentis ſimilitudines. Quocirca multo magis pꝛopꝛij atqꝫ accidentis cōmunitates difficile reperiuntur. Accidens enī in contrariū diuidi ſolet in inſeparabile accidens atqꝫ ſeparabile. quę vero ſub genere in contrarium diuiduntur: ea nullo alio niſi tantū generis pꝛedicatione participant. Nō ſi pꝛopꝛium inſeparabile quoddam accidēs eſt: a ſeparabili accidenti plurimū differt: atqꝫ ideo nullas pꝛopꝛij ⁊ ſeperabilis accidentis ſimilitudines quęrit. Sed quoniam ipſum certis quibuſdaʒ cauſis ab inſeparabilibus accidentibus differt: hoꝛū ⁊ cōmunitates inueniri poſſunt ⁊ inter ſe differentię: quaꝛū vna quideʒ ea eſt quā ſuperius expoſuimus. ſecunda vero q̄ ſicut pꝛopꝛium ſemper ⁊ omni ſpeciei adeſt: ita etiam inſeparabile accidens. Nam ſicut riſibile omni homini ⁊ ſemper adeſt: ita etiā nigredo oī coꝛuo ⁊ ſemꝑ adiuncta eſt.

Differt autē quoniā pꝛopꝛiuʒ vni ſoli ſpeciei adeſt: quēadmoduʒ riſibile homini: inſeparabile vero accidens: vt nigruʒ nō ſolum ęthiopi: ſed etiā coꝛuo adeſt ⁊ carboni ⁊ ebeno ⁊ quibuſdā alijs: quare pꝛopꝛium cōuerſim de eo cuius eſt pꝛopꝛiuʒ pꝛedicatur ⁊ ęqualiter: inſeparabile vero accidens cōuerſim nō pꝛedicatur. ⁊ pꝛopꝛioꝝ quidē ęqualis eſt participatio: accidentium vero hęc quideʒ magis: illa vero minus. Sunt quidē ⁊ alię cōmunitates vel pꝛopꝛietates eoꝛum quę dicta ſunt: ſed ſufficiunt quideʒ hęc ad diſcretionē eoꝛum quę dicta ſunt: cōmunitatiſqꝫ traditionem.

Pꝛopꝛij atqꝫ accidētis pꝛima quidem differentia eſt: quoniā pꝛopꝛiū ſemper de vna tm̄ ſpecie dicitur: accidens vero minime: ſed eius pꝛedicatio in plurimas diuerſi generis ſubſtantias ſpecieſqꝫ diffunditur. riſibile enim de nullo alio niſi de homine pꝛedicatur. Niguʒ vero quod eſt inſeparabile quibuſdā accidens: tā coꝛuo q̄ ęthiopi quę diuerſa ſunt ſpecie: coꝛuo vero atqꝫ ebeno quę differūt generibus nō tm̄ ſpecie pꝛeſto eſt. quo ſit ut pꝛopꝛijs quidē conuerſio ęqua ſeruetur: in accidētibus vero minime. Quoniā enim ꝓpꝛia in ſingulis eſſe ſuū habent: atqꝫ omnes continent ſpecies: conuerſo oꝛdine ꝑdicantur. Nam quod riſibile eſt homo eſt: ⁊ quod homo riſibile. nigrū vero non ita: ſed ipſum quidem de his pꝛedicari poteſt quibus ineſt. Illa vero ad huius pꝛedicationē ꝯuerti retrahiqꝫ nō poſſunt. nigrū enim de carbone de ebeno homine coꝛuo pꝛedicatur: hęc vero de nigro minime. Nam quę plurima continēt de his quę cōtinent pꝛedicari poſſunt: ea vero quę cōtinētur de ſeſe continētibus nullo modo ꝑdicātur. Rurſus pꝛopꝛiū quidē ęqualiter participatur: accidēs remiſſionibus atqꝫ intēſionibus permutat. omnis eniʒ homo ęque riſibilis eſt. Ethiops vero nō ęqualiter niger ē: ſed (ut dictū eſt) aliquis quidē paulominus niger. Aliꝰ vero teterrimus inuenitur. ⁊ de pꝛopꝛij quidē atqꝫ accidentis differentijs ſatis dictum eſt. Reſtabat vero accidentis ad cętera cōmunitates pꝛopꝛietateſqꝫ explicare: ſed iam ſuperius annumeratę ſunt cū generis ⁊ differentię: ſpeciei pꝛopꝛij: ⁊ accidentis ſimilitudines ac differentias aſſignauimus. Foꝛtaſſe autem his inſtitutis animus ſollertioꝛ factus alias pꝛeter eas: quas nunc diximus: cōmunitates vel differentias quinqꝫ rerum quę ſuperius ſunt poſitę reperiet. Sed ad diſcretioneʒ atqꝫ eoꝛū ſimilitudines comparandas ea fere quę ſunt dicta ſufficiūt. Nos etiam q̄ſi pꝛomiſſi operis poꝛtuʒ tenemus: atqꝫ huius libꝛi ſeriem pꝛimo quidē a rhetoꝛe victoꝛino: poſt vero a nobis latina oꝛatione conuerſam gemina expoſitione patefecimus. hic terminū longo ſtatuimus operi continenti. v. rerum diſputationē ⁊ ad pꝛędicamenta ſeruanti.

Finis.

## Anicij Manilij Seuerini Boetij viri clariſſimi. editio pͥma in Categorias Ariſto.

Expeditis his que ad predicamenta Ariſtotelis Porphyrij inſtitutione digeſta ſunt: hos quoꝫ cōmentarios in predicamenta preſcribens mediocris ſtili ſeriem perſecutus: nihil de altiorū queſtionum tractatione permiſcui: ſed dilucidandi moderatione ſeruata nec angere lectorem breuitate volui: nec dilatatiōe cōfundere. Quare prius breuiter huius operis aperiēda videtur intentio: que eſt huiuſmodi. Rebus preiacentibus: ⁊ in propria principaliter nature conſtitutione manentibus: humanum ſolū genus extitit: quod rebus nomina poſſet imponere. Unde factum eſt: vt ſingulatim omnia proſecutus hominis animus ſingulis vocabula rebus aptaret. Et hoc quidē verbi gratia. corpus hominē vocauit: illud vero lapidem: aliud lignū: aliō vero colorē. Et rurſus quicūꝫ ex ſe aliū genuiſſet: patris vocabulo nūcupauit. Menſurā quoꝫ magnitudinis proprij forma nominis terminauit: vt diceret bipedale eſſe: aut tripedale: ⁊ in alijs eodem modo. Ergo omnibus nominibus ordinatis ad ipſorum rurſus vocabulorū proprietates figuraſꝫ reuerſus ē: ⁊ huiuſmodi vocabuli formā que inflecti caſibus poſſit: nomē vocauit: que vero temporibus diſtribui verbū. Prima igitur illa fuit nominum poſitio: per quā vel intellectui ſubiecta vel ſenſibus deſignarent. Secunda conſideratio: qua ſingulas nominū ꝓprietates figuraſꝫ perſpicerent: ita vt primū nomē ſit ipſū rei vocabulū. Ut verbi gratia: cū quelibet res homo dicatur. Quod autem ipſum vocabulū id eſt homo nomen vocatur: non ad ſignificationē nōis ipſꝰ refertur: ſed ad figuram: idcirco quod poſſit caſibꝰ inflecti. Ergo prima poſitio nominis ſcd̄m ſignificationem vocabuli facta eſt. Secunda vero ſcd̄m figurā. ⁊ eſt prima poſitio: vt nomina rebus imponerētur. Secunda vero vt alijs nominibus ipſa nomina deſignarētur. Nā cū homo vocabulū ſit ſubiecte ſubſtātie: id quod dicitur homo: nomē eſt hominis. id eſt ipſius nominis appellatio eſt. Dicimus eni quale vocabulū eſt homo: ⁊ proprie reſpondet nomen. In hoc igit̄ opere hec intentio eſt: de primis rerū nominibus: ⁊ de vocibus res ſignificātibus diſputare: non in eo ꝙ ſcd̄m aliquam proprietatē figurāꝫ formantur: ſed in eo q̄ ſignificantes ſunt. Nam cū vel de ſubſtātia vel facere vel pati dicitur: non ita tractatur: quaſi vnū eorū caſibꝰ inflecti poſſit. Aliud tēporibus ꝑmutari: ſed quaſi aut hominē aut equum: aut in diuiduū aliquod: aut ſpeciē genuſue ſignificet. Eſt igitur huius operis intentio de vocibus res ſignificantibus in eo quod ſignificantes ſunt pertractare. Hec quidem eſt tempori introductionis ⁊ ſimplicis expoſitionis apta ſentētia: quā nos nūc Porphyriū ſequentes: quod videbatur expeditior eſſe planiorꝫ digeſſimꝰ. Eſt vero in mente de tribus olim queſtionibus diſputare: quarū vna eſt quid predicamētorum velit intentio. Ibiꝫ numeratis diuerſorum ſententijs docebimus cui noſtrū quoꝫ accedat arbitrium: quod nemo huic in preſentia ꝝ ſententie repugnare miretur: cū videat quāto illa ſit altior Porhirij: cuius nō nimium ingredientium mentes capaces eſſe potuiſſet: ad quos mediocriter inbuendos iſta conſcripſimꝰ. Afficiendi ergo ⁊ quodāmodo diſponendi mediocri expoſitione ſunt in ipſis quaſi diſcipline huius foribꝰ quos ad hanc paramus ſcientiam admittere. Hanc igitur cāꝫ mutate ſententie vtriuſꝫ operis lector agnoſcat: quod illic ad ſcientiam pyteragoricam perfectamꝫ doctrinā: hic ad ſimplices introducendoꝝ motꝰ expoſitionis ſit accomodata ſentētia. Sed nunc ad propoſitū reuertamur ſitꝫ in preſens predicamentoꝝ intentio: que ſuperius eſt comprehenſa: id eſt de primis vocibus ſignificantibus prima rerū genera: in eo quod ſignificātes ſunt diſputare. ⁊ quoniā res infinite ſunt: infinitas quoꝫ voces que ſignificent eas eſſe neceſſe eſt. Sed infinitorum nulla cognitio eſt infinita: nāꝫ animo comprehēdi nequeūt. Quod autem ratione mentis circumdari nō pōt nullius ſcientie fine concluditur. quare infinitorum ſcientia nulla eſt. Sed hic Ariſtoteles non de infinitis rerum ſignificationibus tractat: ſed decem predicamenta conſtituens ad que ipſa infinita multitudo ſignificātium vocū referri debeat: terminauit. Uerbi gratia: cū dico homo: lignū: lapis: equus: animal: plūbū: ſtagnū: argentū: aurū: hec ⁊ alia huiuſmodi que nimirum infinita ſunt: hec omnia ad vnum ſubſtantie vocabulū deducūtur. Hec nāꝫ ⁊ ſi qua ſunt alia que certe ſūt infinita vocabula: vnum ſubſtantie nomen includit. Rurſus cum dico bipedale: tripedale: ſex: quattuor: decem: lineam ſuperficiem ſoliditatē: ⁊ quecūꝫ alia ex eodem ſunt genere infinita: vno quantitatis nomine continentur: vt hec omnia ſub quātitate ponantur. Rurſus cū dico album: vel ſcientiam: vel bonū: vel malū: vl' alia huiuſmodi: queꝫ in hoc genere quoꝫ infinitā ſūt: vnū tamē nomē concludēs omnia qualitatis occurrit: ⁊ de alijs quoꝫ ſimiliter. Rerū ergo diuerſarum indeterminatā infinitāꝫ multitudinem: decem predicamētorū pauciſſima numeroſitate concluſit: vt que infinita ſub ſcientiā cadere non poterant: decē generibus proprijs diffinita ſcientia comprehenſione claudantur. Ergo decem predicamenta que dicimus: infinitarū in vocibus ſignificationū genera ſunt. Sed quoniā omnis vocum ſignificatio de rebꝰ eſt: que voce ſignificantur: in eo quod ſignificantes ſunt: genera rerū neceſſario ſignificabunt. Ut igitur concludenda ſit intentio: dicendū eſt in hoc libro de primis vocibꝰ prima rerum genera ſignificantibꝰ in eo quod ſignificantes ſunt: diſpoſitum eſſe tractatū. ¶ Sed quoniā de intentione dictum eſt: breuiter huius operis vtilitas explananda eſt. Nam cū res infinite infinitis quoꝫ vocibus ſignificarētur: ⁊ (vt dictum eſt) ſub ſcientiā venire nō poſſent: hac diffinitione: qua decē predicamentorū diuiſio facta eſt cūctarū rerū ⁊ vocū ſignificantium acquirimus diſciplinā. Hinc eſt quod ad logicā tendentibus primis hic legendus liber occurrit. Idcirco quod cū omnis logica ſillogiſmorū ratione ſit conſtituta: ſillogiſmi vero ꝓpoſitionibꝰ coniungantur: propoſitiones vero ſermonibus cōſtent. Prima eſt vtilitas: quid quiſꝫ ſermo ſignificet ꝓprie ſcientie diffinitione cognoſcere. Hec quoꝫ nobis de decem predicamentis inſpectio: ⁊ in phyſica Ariſtotelis doctrina: ⁊ in moralis philoſophie congnitione perutilis eſt: quod per ſingula currentibus magis liquebit. ¶ Quocirca de ordine quoꝫ huius libri eadem ratio ē. Nam quoniam res ſimplices cōpoſitis nā priores ſunt: que enim cōpoſita ſunt: ex ſimplicibꝰ cōponuntur. Hic quoniam de ſimplicibꝰ vocibꝰ res ſignificātibꝰ diſputat̄ ſcd̄m ipſius ſimplicitatis principalē naturā: primꝰ hic Ariſtotelis inchoantibꝰ liber addiſcitur. Nec illud fere dubium eſt: ad quam partem philoſophie huiꝰ libri ducatur intentio. Idcirco quoniam quidē qui de ſignificantibꝰ vocibꝰ tradit: de rebꝰ quoꝫ eſt aliquatenꝰ tractaturꝰ. Res etenī ⁊ reꝝ ſignificatio iūcta ē: ſed ꝑncipaliter erit illa diſputatio: q̄ de ſermonibꝰ ē. Scd̄o v̄o loco illa q̄ de rerū ratione formatur. Quare quoniā omnis ars logica de oratione eſt: ⁊ in hoc opere de vocibus principaliter ꝑtractatur. Quamq̄ enī ſit huius libri relatio ad ceteras quoꝫ philoſophie partes: principaliter tn̄ refertur ad logicam: de cuius quodāmodo ſimplicibꝰ elementis. id eſt de ſermonibus in eo principaliter diſputatur. ¶ Ariſtotelis vero neꝫ vllius alterius liber ē idcirco quod in omni philoſophia ſibi ipſe de huiꝰ operis diſputatione conſentit: ⁊ breuitas ipſa atꝫ ſubtilitas

tas ab Ariſtotele non diſcrepat. Alioquin interruptuȝ imperfectumqȝ opus edidiſſe videretur: qui de ſyllogiſmis ſcriberet: ſi aut de ꝓpoſitionibus pretermiſiſſet aut de primis vocibus tractatum quibus ipſe ꝓpoſitiones continentur omitteret. Quamqȝ extet alter Ariſtotelis liber de eiſdem diſputans eadē fere continens: cuȝ ſit oratione diuerſus. Sed hic ꝓprietatis liber calculuȝ cepit. Architas autem duos compoſuit libros. quos Καθόλου λόγους inſcripſit: quoꝝ in primo hec decē ꝑdicamēta diſpoſuit. Unde poſteriores quidā nō eſſe. Ariſtotelē huiꝰ diuiſionis inuentorē ſuſpicati ſunt quod Pythagoricus vir eadem cōſcripſiſſet. in qua ſententia Jamblicus philoſophus eſt nō ignobilis: cui nō conſentit Themiſtius neqȝ cōcedit eum fuiſſe Architē: qui pithagoricus tarentinuſqȝ eſſet: quiqȝ cū Platone aliquantulū vixiſſet: ſed peripateticū aliquem architē: qui nouo operi auctoritatem vetuſtate nominis concederet: ſed de his alias. ¶ Reſtat inſcriptio que varia fuit. Inſcripſere nāqȝ alij de rebus: alij de generibus rerum: quos eadem ſimiliſqȝ culpa confudit. Nanqȝ (vt docuimus) non de rerum generibus: neqȝ de rebus: ſed de ſermonibꝰ rerum genera ſignificantibus in hoc opere tractatus habetur. hoc vero Ariſtoteles ipſe declarat cum dicit. Eorum que ſcđm nullam complexionem dicuntur: ſingulum aut ſubſtantiam ſignificat: aut quantitatem. Nō ſi de rebꝰ diuiſionem faceret: non dixiſſet ſignificat. res enim ſignificatur: non ipſa ſignificat. Illud quoqȝ maximo argumento eſt Ariſtotelē non de rebꝰ: ſed de ſermonibus res ſignificantibus ſpeculari: quod ait. Singulum igitur eoꝝ que dicta ſunt: ipſum quidem ſcđm ſe in nulla affirmatione dicitur. horū aūt ad ſe inuicem complexione affirmatio fit. Res enim ſi iungantur: affirmationem nullo modo perficiunt. affirmatio nanqȝ in oratione eſt. ¶ Quocirca ſi predicamēta iuncta faciunt affirmationem: affirmatio vero non niſi in oratiōe eſt: que auteȝ iunguntur: vt affirmatio fiat hec ſunt rerum ſignificantes voces: predicamentoꝝ tractatus non de rebꝰ ſed de vocibus eſt. male igitur vel de rebꝰ vel de rerum generibꝰ inſcripſerunt. Annotāt alij hunc librum legenduȝ ante topica: quod nimis abſurdum eſt. Cur enim non magis ante phyſicam: quaſi vero minor huius ſit libri vſus in phyſicis: cum primi reſolutorij ante topica prelegantur: ⁊ ante primos reſolutorios Perihermenias liber ad cognitionē veniat inchoantis. cur nō magis hunc librū vel ante perihermenias: vel ante reſolutorios inſcripſerūt. Quare repudianda eſt inſcriptionis illius quoqȝ iſta ſententia. Dicēdumqȝ eſt: quoniā rerum prima decem genera ſunt: neceſſe fuit decē quoqȝ eſſe ſimplices voces: que de ſubiectis rebus dicerentur. Omne enī quod ſignificat de illa re dicitur quam ſignificat: inſcribendus liber eſt de decē predicamentis. ¶ Sed forte quis dicat: ſi de ſignificantibus rerum vocibus ipſa diſputatio eſt: cur de ipſis diſputat rebus. Cui dicendū eſt: quoniā res ſemper cum propria ſignificatione cōiuncte ſunt: ⁊ quicquid in res venit: hoc idem in rerū vocabulis inuenitur: quare recte de vocabulis diſputans proprietatem ſignificantiū vicum de his que ſignificabantur: id eſt de rebꝰ aſſumpſit. ¶ Erit alia quoqȝ fortaſſe queſtio: cur cū hic orationem in decem predicamenta ſit partitus in perihermenias libro in duas tantū partes diuiſionem fecit. in verbuȝ videlicet ⁊ in nomine. Sed hoc intereſt qꝺ illic figuras vocabulorum diuidit: in hoc de ſignificationibus tractat: quare non eſt ſibiipſi contrarius. In perihermenias enī libro de nomine ⁊ verbo conſiderat: que ſcđm figuram quandam vocabuli ſunt: quod illud inflecti caſibus poteſt: illud variari per tempora: hic vero non ſcđm has figuras: ſed in eo quod voces ſignificantes ſunt diſputatur: quare diuerſam in diuerſis rebus atqȝ tractatibus faciendo diuiſionem nulla contrarietate notabitur. neqȝ nunc orationē diuidit: ſed ad multitudinem generū nomina ipſa diſpartit. nam quoniaȝ decem rerum genera ſunt: non ſecundum orationem: ſꝫ ſcđm rerum ſignificationem in decem predicamenta voces diuidit: deqȝ his tractat. Atqȝ ideo neceſſe fuit quodāmodo diſputatiōem de rebus quoqȝ miſceri: ita (vt dictum eſt) vt non aliter niſi ex rebus proprietates in ſermonibus apparerent. atqȝ ita non de rebus proprie ſed de predicamentis: id eſt de ipſis reruȝ ſignificatiuis vocibus in eo quod ſignificantes ſunt ſerieȝ diſputationis ordiuntur. Cur autem ſi de predicamentis diſputat: de equiuocis vel vniuocis vel de denominatiuis primus illi tractatꝰ eſt. Idcirco nimirū ꝙ quedam ſemper a diſputantibus premittuntur: quibus poſitis facilior de ſequentibꝰ poſſit eſſe doctrina: vt in geometria prius termini preponuntur: poſt theorematum ordo contexitur. Ita quoqȝ hic quicquid ad predicamentorū diſputationes eſſe poſſit vtile: prius quam ad ipſa predicamenta veniret: expoſuit: quare que quoniam predicenda erant explicaui. Nunc ad ipſius diſputationis ſeriem textumqȝ veniamus.

C **Equiuoca dicuntur quorum ſolum nomen cōmune eſt: ſecundum nomen vero ſubſtantie ratio diuerſa: vt animal homo ⁊ quod pingitur. Horuȝ enim ſolum nomen cōmune eſt: ſecunduȝ nomen vero ſubſtātie ratio diuerſa. Si qs enim aſſignet quid ſit vtrūqȝ eorum quo ſint animalia: propriam aſſignabit vtriuſqȝ rationem.**

¶ Quid autē equiuoca vel vniuoca vel denominatiua vtilitatis habeāt: ſcđm ipſas ſinguloꝝ rationes diffinitioneſqȝ tractabiť. ¶ Ois res aut noīe aut diffinitiōe mōſtratur. nāqȝ ſubiectam rem aut ꝓprio nomine vocamus: aut diffinitione quid ſit oſtendimꝰ. Ut verbi gratia: quandam ſubſtantiam vocamꝰ hominis nomine: ⁊ eiuſdeȝ definitionē damꝰ dicentes: hominē eſſe animal rationale mortale: ergo quoniā omnis res aut diffinitione aut nomine declaratur: ex hiſ duobꝰ nomine ſcilicꝫ ⁊ diffinitione diuerſitates quatuor creantur. ¶ Omnes nāqȝ res aut eodē nomine ⁊ eadeȝ definitione iungunť vt homo ⁊ animal. vtraqȝ enim animalia dici poſſunt ⁊ vtraqȝ vna definitione iunguntur. Eſt nāqȝ animal ſubſtantia animata ſenſibilis: ⁊ homo rurſus ſubſtātia animata ſenſibilis: ⁊ hec vocanť vniuoca ¶ Alia vero que neqȝ nominibus neqȝ diffinitionibus coniunguntur: vt ignis lapis vel color: vel que ꝓprie ſubſtantie natura diſcreta ſunt: hec autem vocantur diuerſiuoca. ¶ Alia vero que diuerſis nominibus nuncupantur ⁊ vni diffinitioni deſignationiqȝ ſubduntur: vt gladiꝰ enſis. hec enim multa ſunt nomina: ſed id quod ſignificant: vna diffinitione declaratur. ⁊ hoc vocatur multiuocum. ¶ Alia vero que nomine quidem congruunt diffinitionibus diſcrepant: vt eſt homo verus: homo pictus. nam vtrūqȝ vel animalia vel homines nuncupantur. Si vero quis velit picturam hominemqȝ diffinire: diuerſas vtriſqȝ diffinitiones coaptabit. ⁊ hec vocanť equiuoca. Quare quū quid ſint equiuoca dictū eſt. Singulas ariſtotelice diffinitionis ſententias perſequamur. ¶ Equiuoca inquit dicuntur. Res per ſe ipſe equiuoce nō ſunt: niſi vno nomine ꝑdicētur. Quare quoniam vt equiuoca ſint: ex communi vocabulo trahunt: recte ait: equiuoca dicuntur. Non eniȝ ſunt equiuoca: ſed dicuntur. Fit autem nō ſolū in nominibus: ſꝫ etiam in verbis equiuocatio: vt cū dico complector: te: ⁊ complector: a te. In quibus ſignificationibꝰ cum vnum nomen ſit complector: alia tamen faciendi ratio eſt: alia patiendi: atqȝ ideo id quoqȝ equiuocatio eſt. vnū enim nomen quod eſt complector: diuerſis faciendi ⁊ patiendi diffinitionibꝰ terminatur. In prepoſitionibꝰ quoqȝ ⁊ in coniunctionibus frequenter equiuocatio reperitur. Atqȝ ideo quod ait. quorū nomē ſolum cōmune eſt. nomen accipiendum eſt omnis rerū per vocem ſignificatio id eſt omne vocabulū: non proprium ſolū neqȝ appellatiuū: quod ad illud tm̄ nomen pertinet: quod caſibꝰ inflecti poteſt: ſed ad omnem rerū ſignificationem: qua rebꝰ impoſita vocabula predicamus. Solum autem duobꝰ modis dicitur: ſemel cum aliquid vnum eſſe dicimus: vt ſi dicamus ſolus eſt modus: id eſt vnus. Alio vero modo cū dicimꝰ ad quandam ab altero diuiſionē: vt ſi dicat quis ſolam me habere tunicā: id eſt non etiam togaȝ: ad diuiſionem videlicet toge. Hic ergo Ariſtoteles poſuit dicens. ſolum nomen conmune. quaſi hoc voluiſſet intelligi non etiam diffinitio. equiuoca enim iunguntur nomine: ſed diffinitione diſſentiunt. ¶ Cōmune quoqȝ multis dicitur modis. Dicit cōmune quod in partes diuiditur: ⁊ non iam totum cōmune eſt: ſed ꝑtes eius proprie ſinguloruȝ: vt domus. ¶ Dicitur cōmune quod in partes nō diuiditur: ſed viciſſiȝ in vſus habentium tranſit: vt ſeruꝰ cōmunis vel equus. ¶ Dicitur etiam commune quod vtendo cuiuſqȝ ſit propriū poſt vſum vero in commune remittitur: vt eſt theatrū nam cum eo vtor meum eſt: cum inde diſcedo: in commune remiſi. ¶ Dicitur quoqȝ cōmune: quod ipſum quidem nullis diuiſum partibus totum vno tempore in ſingulos venit: vt vox vel ſermo ad multorū aures vno eodēqȝ tēpore totus atqȝ integer peruenit. Secundum hanc igitur vltimam communis ſignificationeȝ Ariſtoteles putat equiuocis rebus commune eſſe vocabulum Nāqȝ in homine picto ⁊ homine viuo in vtriſqȝ totuȝ vocabulū dicitur animalis. ſcđm vero nomen vero ſubſtantie ratio diuerſa. hoc hac ſignificatione premittit: vt ſi aliter reddantur diffinitiōes quā ſcđm nomē: ſtatī tota diffinitio labet ⁊ titubet. At primū de diffinitiōis proprietate dicendum eſt. Ille enim certe diffinitiones ſunt: que conuertuntur: vt ſi dicas. quid eſt homo. animal rationale mortale. veruȝ eſt. Quid eſt animal rationale mortale. homo. hoc quoqȝ verū eſt. At vero ſi ita qs dicat. quid eſt homo. ſubſtantia animata ſenſibilis. verū eſt. Quid ſubſtantia animata ſenſibilis. homo. hoc non modis omnibus veruȝ eſt: idcirco ꝙ equus quoqȝ eſt ſubſtantia animata ſenſibilis: ſed homo non eſt. Ergo illas conſtat eſſe diffinitiones integras que conuerti poſſunt. Sed hoc fit in his que non de cōmuni ſed vno tantum: vt cū de hominis nomine reddūtur: verbi gratia. Animal eſt cōmune nomen: ſi dixerit quis homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis: procedit: ſed non conuertitur: quia de communi nomine reddita eſt definitio: ſin vero de vno nomine redditur tunc de ipſo nomine facienda eſt diffinitio. Sic tamen eſt recta facienda: vt hominis diffinitio ſit. animal rationale mortale: nō ſubſtantia animata ſenſibilis. hec enim ſcđm hominis nomen: illa ſcđm animalis eſt reddita. Idē etiaȝ in his nominibus: que de duabus rebus cōmuniter predicātur: ſi ſcđm nomen ſubſtātie ratio nō reddatur. ¶ Pōt aliquotiens fieri: vt ex vniuocis equiuoca ſint: ⁊ ex equiuocis vniuoca. namqȝ homo atqȝ equus cū ſcđm nomē animalis vniuoca ſint: poſſunt eſſe equiuoca: ſi ſcđm nomen minime diffinita ſint. Homo namqȝ ⁊ equus cōi nomine animalia nūcupantur. Si quis ergo hominis reddat diffinitionem dicens animal rationale mortale ⁊ equi animal irrationale hinnibile: diuerſas reddidit diffinitiones: ⁊ erunt res vniuoce in equiuocas permutate. Hoc auteȝ idcirco euenit: ꝙ diffinitiones non ſcđꝫ animalis nomen reddite ſunt: quod eorū cōmune vocabulū eſt: ſed ſecundum hominis atqȝ equi. nam ſi ſcđm cōmune nomen diffinitio redderetur: ita fieret. homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis ſecūdū nomē ſcilicet animalis. ⁊ rurſus equus eſt ſubſtantia animata ſenſibilis ſcđm nomē rurſus animalis. Secundum idē nāqȝ animalis vocabulū equus atqȝ homo vniuoce predicanť. Rurſus ex equiuocis vniuoca fiunt: hoc modo. Si qs pyrrum Achillis filium ⁊ pyrrum epyroten dicat eſſe equiuocos: idcirco quod vno nomine ⁊ pyrri dicantur ⁊ ſint animalia rationalia atqȝ mortalia. Hic ſecundū nomen hoīs reddita diffinitio ex equiuocis fecit vniuoca. Quod ſi ſcđm nomen pyrri diffinitionis ratio iungeretur vel a parentibus vel a patria: diuerſis oporteret diffinitionibus terminari. Recte igitur additum eſt. ſecūduȝ nomen. idcirco ꝙ ſi aliter facta ſit diffinitio ſtabilis eſſe non poterit: ⁊ frequenter diuerſos ſecū ducit errores. ¶ Ratio quoqȝ multimode dicitur. Eſt eniȝ ratio anime: ⁊ eſt ratio cōputandi. Et ratio nature ipſa nimirum ſimilitudo naſcentium. Eſt ratio que in diffinitionibus vel deſcriptionibus redditur. Et quoniam genera generaliſſima genere carent: indiuidua vero nulla ſubſtantiali differētia diſcrepant: diffinitio vero ex genere ⁊ differentia trahitur: neqȝ generaliſſimorum generuȝ: neqȝ indiuiduoruȝ vlla poteſt diffinitio reperiri. Sub alternorum vero generū: quoniam ⁊ differētias habēt ⁊ genera: diffinitiones eſſe poſſunt. At vero quorum diffinitiones reddi nequeunt: illa tantum deſcriptionibus terminantur. ¶ Deſcriptio autē eſt: que quālibet rem quandā proprietate deſignat. Siue ergo diffinitio ſit: ſiue deſcriptio: vtraqȝ rationem ſubſtantie deſignat. Quare cum ſubſtantie rationē dixit: ⁊ diffinitionis ⁊ deſcriptionis nomen incluſit. ¶ Equiuocoꝝ alia ſunt caſu: alia conſilio. Caſu: vt Alexander priami filius: ⁊ alexander magnꝰ. Caſus eniȝ id egit: vt idem vtriqȝ nomen poneretur. Conſilio vero ea ſunt quecūqȝ hominū voluntate ſunt poſita. ¶ Horum autem alia ſunt ſcđꝫ ſimilitudinem: vt homo pictus: ⁊ homo verus: quo nūc vtitur Ariſtoteles exemplo. alia ſcđm proportioneȝ: vt principium. namqȝ principium eſt in numero vnitas: in lineis punctus. Et hec equiuocatio ſecundū proportionem eſſe dicitur. ¶ Alia vero ſunt que ab vno deſcēdunt: vt medicinale ferramentum: medicinale pigmentum. ab vna enim medicina equiuocatio iſta deſcendit. Alia que ad vnum referuntur: vt ſi quis dicat ſalutaris vectatio eſt: ſalutaris eſca ē. hec ſcilicet idcirco ſūt equiuoca: quod ad ſalutis vnū vocabulū referūtur. ¶ Cur autem prius de equiuocis poſt de vniuocis tractat. Idcirco quod ipſa deceȝ predicamenta cū diffinitionibꝰ diuerſa ſint: vno predicationis vocabulo nuncupantur. cuncta eniȝ predicamēta dicimus. ipſa vero predicamēta quoniam rerū genera ſunt: de ſubiectis rebus vniuoce predicantur. Omne enim genus de ſpeciebus proprijs vniuoce dicitur. quare rectꝰ primo de omniū predicamentorum communi vocabulo tractat: quaſi quēadmodū ſingula de ſpeciebus proprijs predicarentur: exponeret. ¶ At ſi (vt dictū eſt) non de rebus: ſed de nominibus huius libri intentio eſt. Cur de equiuocis ⁊ nō de equiuocatiōe tractauit: equiuoce nāqȝ res ſunt: equiuocatio vero vocabulum. Idcirco: quoniam ipſum nomē nihil in ſe retinet equocationis: niſi diuerſe ſint res de quibus illud vocabuluȝ predicetur. Quare qꝛ inde ſubſtātiam ipſa equocatio trahit: de ipſis dignꝰ inchoatū eſt. ¶ Videť aūt alius eſſe modus equocatiōis quē Ariſtoteles omnino non recipit. Nam ſicut dicitur pes hominis: ita quoqȝ dicitur pes nauis: ⁊ pes montis. que huiuſmodi omnia ſcđm traſlationē dicunť. Tranſlatio vero nullius ꝓprietatis eſt. Quare equiuoca nūqȝ ſunt niſi ꝓprijs ⁊ immutabilibus ſubiecte res vocabulis appellentur. Eſt autē talis hoꝝ vniuerſalis inſpectio. Neqȝ enim omnis tranſlatio ab equiuocatione ſeiungitur: ſed ea tantū cū ad res habentes poſitum vocabulum ab alia iaȝ nominata re nomē ornatꝰ cauſa tranſfertur: vt quia iā dicitur quidē auriga: dicitur etiā gu-

bernatoꝛ. Si quis oꝛatus gratia eum qui gubernatoꝛ eſt: dicat aurigam: non erit auriga nomē equiuocū licet id diuerſa id eſt moderatoꝛem curꝛus nauiſqʒ ſignificet. Sed quotiens res quidem vocabulo eget: ab alia quidem re que habet vocabulum ſumit: tūc iſta tranſlatio equiuocationis retinet ꝓprietatē: vt ex homine viuo ad picturaʒ nomē hoīs dictū eſt. Et de equiuocis hactenꝰ nunc de vniuocis pertractemus.

Vniuoca dicuntur: quoꝛum nomen cōmune eſt: ⁊ ſcd̄m nomen eadem ratio ſubſtantie: vt animal hō atqʒ bos. cōmuni enim nomine vtraqʒ animalia nuncupantur: ⁊ eſt ſubſtantie ratio eadē. Si quis enim aſſignet vtriuſqʒ rationem: quid vtrūqʒ ſit quo ſunt animalia: eandē aſſignabit rationem.

¶ Poſt equiuocoꝝ diffinitionem ad vniuocoꝝ terminū tranſitū fecit: in quibus nihil aliud diſcrepat: niſi ꝙ equiuoca diffinitiōe diſiūcta ſunt. Uniuoca ipſo quoqʒ termino cōiungunt. ſed cetera omnia quecūqʒ in equiuocoꝛuʒ diffinitione dicta ſunt: in hac quoqʒ vniuocoꝝ deſignatione conueniunt. Nam quemadmodū in equiuocis ſecundū nomē equiuocarum rerū diffinitio fiebat ita quoqʒ in vniuocis ſcd̄m nomē ſubſtantie ratio aſſi aſſignabitur. Sunt autē vniuoca aut genera ſpeciebus aut ſpecies ſpeciebus: ⁊ genera ſpeciebꝰ: vt animal atqʒ homo. Nam cum ſit hominis animal genus: dicit homo animal: ergo ⁊ animal ⁊ homo animalia nuncupantur. Secundū igitur cōmune nomen ſi vtroſqʒ diffinias: dicis animal eſſe ſubſtantiam animatā atqʒ ſenſibilem: hominē quoqʒ ſcd̄m id quod animal eſt: ſi ſubſtantiā animatā ſenſibilem dixeris: nihil in eo falſitatis inuenies. Species vero ſpeciebus vniuoce ſunt: que vno atqʒ eodeʒ genere ꝯtinentur: vt homo equus atqʒ bos. his cōmune genꝰ eſt animal: ⁊ cōmuni nomine animalia nominantur. Ergo ſcd̄m nomen vnū quod illis cōmune eſt animalis: vna illis ratio diffinitionis aptabitur. Cuncta enim ſunt ſubſtantie animate atqʒ ſenſibiles. Scd̄m igitur poſterioꝛē vniuocationis deſignationem Ariſtoteles qua ſpecies ſpeciebus vniuoce ſunt: vt homo ⁊ bos: que ſub eodem ſunt genere: ſumpſit exemplum.

Denominatiua vero dicuntur: quecunqʒ ab aliquo ſolo differentia caſu ſcd̄m nomen habent appellationē: vt a grāmatica grammaticus: ⁊ a foꝛtitudine foꝛtis.

¶ Hec quoqʒ diffinitio nihil habet obſcurum. Caſus enim antiqui nominabant aliquas nominū traſſigurationes: vt eſt a iuſticia iuſtus: a foꝛtitudine foꝛtis ⁊c. Hec igitur nominis tranſfiguratio caſus ab antiquioribus vocabatur. Atqʒ ideo quotienſcunqʒ aliqua res alia participat: ipſa partipatione ſicut reʒ ita quoqʒ nomē adipiſcitur. vt quidaʒ homo: quia iuſticia ꝑticipat: et rem quoqʒ inde trahit ⁊ nomen. dicit enim iuſtꝰ. Ergo denominatiua vocantur quecūqʒ a pꝛincipali nomine ſolo caſu: id eſt ſola tranſfiguratione diſcrepant. Nam cū ſit nomen pꝛincipale iuſticia: ab hoc tranſfiguratum nomen iuſtus efficitur. Ergo illa ſunt denominatiua quecūqʒ a pꝛincipali nomine ſolo caſu: id eſt ſola tranſfiguratione nominis diſcrepantia: ſcd̄m pꝛincipale nomen habent appellationē. ¶ Tria ſunt autem neceſſaria vt denominatiua vocabula cōſtituant. Pꝛiꝰ vt rē participet: poſt vt nomē: poſtremo vt ſit quedam nominis tranſfiguratio: vt cū aliquis dicit a foꝛtitudine foꝛtis. eſt enī quedam foꝛtitudo qua foꝛtis ille participet habet quoqʒ nominis participationē. foꝛtis enim dicitur. At vero eſt quedaʒ tranſfiguratio. foꝛtis enim ⁊ foꝛtitudo non eiſdem ſyllabis terminantur. Si quid vero ſit quod rem non participet: neqʒ nomine participare poteſt. Quare quecūqʒ re non participāt denominatiua eſſe nō poſſunt. Ruꝛſus que re quidem participant: nomine vero minime: ipſa quoqʒ a denominatiuoꝛum natura diſcreta ſunt: vt ſi quis cum ſit virtuoſus virtute ipſa participet: nullo eum alio nomine niſi ſapientem vocamus. Sed virtus ⁊ ſapientia nomine ipſo diſiūcta ſunt. hic ergo re quidē participat: nomine vero minime. Quare ſapiens a virtute denominatus eſſe nō dicitur: ſed a ſapiētia: qua ſcilicet ⁊ participat: ⁊ nomine iungitur: ⁊ tranſfiguratione diuerſus eſt ⁊ ruꝛſus ſi trāſfiguratio nō ſit: vt quedā mulier muſica: participat quideʒ ipſa muſice diſciplina ⁊ dicit muſica. hic igitur nō eſt denominatiua ſed equiuoca: vno enim nomine ⁊ diſciplina ipſa ⁊ mulier muſica dicitur. Quoniā ergo ſimilis terminus ſyllabarum eſt ⁊ nomē ſimile et nulla tranſfiguratio: denominatiua eſſe non poterunt. quare quicquid denominatiuū eſſe dicit: illud ⁊ re participabit ⁊ nomine ⁊ aliqua tranſfiguratione vocabulū diſcrepabit. Hec igitur que ad pꝛedicamēta neceſſaria credidit pꝛemiſit.

¶ De multiuocis.

Multiuoca vero ⁊ diuerſiuoca reſpuit: ꝙ ad pꝛeſentē tractatū vtilia nō putauit. Breuiter tn̄ vtraqʒ diffinienda ſunt. ¶ Multiuoca ſunt quoꝝ plurima nomina vna diffinitio eſt: ut eſt ſcutū, clippeus. His enim plura noīa ſunt: ſʒ vna definitio eſt: ⁊ Marcus poꝛtius Cato. his enī tot nominibꝰ res vna ſubiecta ē. ¶ Diuerſifica ſūt quoꝝ neqʒ nomē ideʒ eſt neqʒ eadeʒ diffinitio: vt homo colo ⁊ quicquid omnia a ſe ⁊ nominis nūcupatione ⁊ diffitionis ratione diſcretū eſt.

Eoꝛum que dicuntur alia quideʒ ſcd̄m cōplexionē dicuntur: alia vero ſine complexione: ⁊ ea que ſcd̄m complexionem dicūtur ſunt. homo currit: homo vincit. ea vero que ſine complexione dicuntur ſunt: vt homo: bos: currit: vincit.

¶ Poſtqʒ de coniunctione diffinitionū atqʒ nominū quantū ad pꝛeſens attinebat opus: ſufficiēter expoſuit quoniā de pꝛimis nominibus pꝛima rerū genera ſignificantibus diuiſio facienda eſt nō nomine ſed genere diſcrepantibus: nūc oſtēdit quid ſine cōplexione ſit cuiuſlibet vocabuli facta pꝛolatio. ¶ Sine completione eniʒ dicuntur quecunqʒ ſcd̄m ſimplicem ſonū nominis pꝛoferūtur: vt homo: equus. his enim extra nihil adiūctuʒ eſt. ¶ Secundū cōplexionem vero dicūtur quecunqʒ aut aliqua cōiunctione copulantur: vt aut ſocrates aut plato: vel quecūqʒ ſcd̄m aliquod accidens cōiungūtur. Nam quia verbi gratia in ſocratē venit ambulatio: dicimus ſocrates ambulat: ⁊ eſt pꝛolatio iſta ſcd̄m cōplexionē: idcirco quia cū dico ſocrates ambulat: ſocratē ſuʒ cū ambulatione complexus. Quod autē ait. Eoꝛū que dicūtur: nihil aliud demonſtrare vult: niſi ſe de pꝛimis rerū vocabulis huius libelli diſpoſuiſſe tractatuʒ. Rerum enim vocabula ſunt que dicuntur: ipſa enim pꝛopꝛie nominamus.

Eoꝛum que ſunt alia de ſubiecto quodā dicuntur: in ſubiecto vero nullo ſunt: ut hō de ſubiecto quidem dicitur aliquo homine: in ſubiecto autem nullo eſt. Alia autē in ſubiecto quidem ſunt: de ſubiecto autē nullo dicuntur. In ſubiecto autē eſſe dico quod cū ſit in aliquo non ſicut quedam pars: impoſſibile eſt ſine eo eſſe in quo eſt. vt quedam



grāmatica in ſubiecto quidem eſt in anima de ſubiecto vero nullo dicitur: ⁊ quoddaʒ album in ſubiecto eſt coꝛpoꝛe. omnis enim coloꝛ in coꝛpoꝛe eſt. Alia vero de ſubiecto quodam dicuntur ⁊ in ſubiecto ſunt: ut ſciētia in ſubiecto quidē eſt in anima: de ſubiecto vero dicit: vt de grāmatica. Alia vero neqʒ in ſubiecto ſunt: neqʒ de ſubiecto dicūtur: vt aliquis homo: vel aliquis equus. nihil enim hoꝛuʒ neqʒ in ſubiecto eſt neqʒ de ſubiecto dicitur. Simpliciter autē que ſunt indiuidua ⁊ nūero ſingularia: de nullo ſubiecto dicuntur: in ſubiecto autē nihil pꝛohibet aliqua eſſe: quedā eniʒ grammatica in ſubiecto ē: de ſubiecto autem nullo dicitur.

¶ Hic Ariſtoteles ſermonū omniū multitudinem in paruiſſimā colligit diuiſionē. Nam ꝙ rerū vocabula in decē pꝛdicamēta diſtribuit: maioꝛ hac diuiſione nō pot inueniri: nihil eniʒ eſſe poterit qd̄ huic diuiſioni vndecimū adijci queat. Omnis enim res aut ſubſtantia eſt aut quantitas: aut qualitas: aut ad aliquid: aut facere: aut pati: aut quando: aut vbi: aut habere: aut ſitꝰ. Quocirca tot erunt etiā ſermones qui iſta ſignificent: ⁊ hec ē maxima diuiſio cui vltra nihil poſſit adiungi. Paruiſſima vero eſt que fit in quatuoꝛ: in ſubſtantiā: ⁊ accidēs ⁊ vniuerſale: ⁊ particulare. Omnis enī res: aut ſubſtantia ē: aut accidēs: aut vniuerſalis: aut particularis. Sicut ergo decem ſuperioꝛibus nihil adijci poterat: ita ex his q̄tuoꝛ nihil demi. Nāqʒ nec minoꝛ vlla diuiſio his quatuoꝛ fieri pōt: nec maioꝛ q̄ʒ ſi denario limite pꝛedicamenta claudantur. Cur autē in his quatuoꝛ diuiſio facta eſt: paucis exponā. Pꝛima quidē rerū eſt omniū diuiſio in ſubſtantiā atqʒ accidens. Sed quoniā ſubſtantia pꝛoferri nō poteſt: niſi aut vniuerſaliter aut particulariter intelligatur. Naʒ cū dico homo: rem dixi vniuerſalem: idcirco ꝙ nomen hoc de multis indiuiduis pꝛedicatur. Cum vero dico ſocrates vel plato: rem dixi particularē: quoniā ſocrates de nullo ſubiecto dicitur: ⁊ accidens quoqʒ eodē modo. Nam cū dixero ſcientiam: rem ꝓtuli vniuerſalē: idcirco ꝙ ſcientia ⁊ de grāmatica et de rhetoꝛica: ⁊ arithmetica: ⁊ de alijs omnibꝰ ſub ſe poſitis pꝛedicat. Si vero dixero platonis ſcientiā: quoniaʒ dē accidens quod in indiuidua venit: indiuiduū fit: particulareʒ ſcientiam dico. nāqʒ platonis ſcientia ſicut ipſe plato particularis eſt. Igitur quoniaʒ neqʒ ſubſtantia neqʒ accidens vllo modo pꝛoferri poteſt: niſi in ſuo nomine: aut vniuerſalitatis vi: aut particularitatis includat. Recte in quatuoꝛ diuiſio facta eſt: vt ſit omnis res aut ſubſtantia: aut accidens: ⁊ hoꝝ aut vniuerſalis: aut particularis. Ex his igitur quatuoꝛ: quatuoꝛ fiunt cōplexiones. Nam cum venerit vniuerſalitas in ſubſtantiam: fit vniuerſalis ſubſtantia: vt ē homo vel animal. Uniuerſale autē eſt quod aptū eſt de pluribus pꝛedicari. Particulare vero quod de nullo ſubiecto pꝛedicatur Ergo eſt vna cōplexio vniuerſalitatis ⁊ ſubſtantie: vt ſit ſubſtantia vniuerſalis. Si vero particularitas ſubſtantie copuletur: fit ſubſtātia particularis: vt eſt ſocrates: vel plato: ⁊ quicquid in ſubſtantia indiuiduū reperitur. At cum miſcetur vniuerſalitas accidenti: fit accidens vniuerſale: vt ſcientia: que cum ſit accidēs: ⁊ pꝛeter animā cui accidit eſſe nō poſſit: tamē vniuerſalis eſt quod de ſubiecta grāmatica vel alijs ſpeciebus pꝛedicari poteſt. Cū vero particularitas accidenti cōiungitur: fit accidens particulare: vt platonis vel Ariſtotelis ſciētia. fiunt enim quattuoꝛ cōplexiones: ſubſtantia vniuerſalis: ſubſtantia particulare: accidens vniuerſale: accidens particulare. Ut autē accidens in ſubſtantie naturā tranſeat: vel ſubſtantia in accidens fieri nullo modo poteſt. ⁊ accidens quoqʒ venit in ſubſtantiā: ſed nō vt ſubſtantia ſit. neqʒ enim quoniā coloꝛ qd̄ eſt accidēs venit in ſubſtantiā: idcirco coloꝛ iam ſubſtātia eſt. Nec quoniā ſubſtantia ſuſcipit coloꝛē: idcirco coloꝛ iam ſubſtantia ſit. Quare neqʒ ſubſtātia in accidentis: neqʒ accidens in ſubſtantie naturā tranſit. At vero nec particularitas: nec vniuerſalitas in ſe trāſeunt. Nanqʒ vniuerſalitas poteſt de particularitate pꝛedicari: ut animal de ſocrate vel platone. ⁊ particularitas ſuſcipiet vniuerſalitatis pꝛedicationē: ſed nō vt vniuerſalitas ſit particularitas: nec ruꝛſus quod particulare ē: vniuerſalitas fiat. Ergo quatuoꝛ complexiones: vniuerſaleʒ ſubſtantiam: vniuerſale accidens: particularem ſubſtantiam particulare accidens Ariſtoteles diſponere cupiens: nō eoꝝ nomina ſed deſcriptiones appoſuit. Et qm̄ generaliſſimoꝝ generum diffinitione nō poterat inuenire deſcriptionibus vſus eſt. Id ſubſtantiā eſſe dicens qd̄ in ſubiecto nō eſſet. Accidens vero quod in ſubiecto eēt. Omne nanqʒ accidens in aliquo eſt: vt coloꝛ in coꝛpoꝛe: ſcientia in anima: ⁊ ſubiectā habet ſubſtantiā omne accidens. Si quis enī ſubſtantiā tollat: accidens non erit. Quare ſubſtantia locus quidaʒ eſt: vbi accidentis valeat natura cōſiſtere. Ipſa vero ſubſtantia per ſe conſtat: atqʒ ideo dicitur ſubſtātia: nec vllo ſubiecto alio nititur: ſed cūctis ipſa ſubiecta eſt. Alioquin ſi ſubſtantia in vllo ſubiecto eſſe poſſet: eſſet accidens. Omne enim accidens in ſubiecto eſt: ⁊ quicquid in ſubiecto eſt illud eſt accidens. Qd̄ ſi ſubſtantia eſſet in aliquo ſubiecto: cōtinuo fieret accidens: ſed ſubſtantia accidens eſſe nō poteſt: ſicut ſupꝛa docuimus. Quare quoniā accidens in ſubiecto eſt: ſubſtantia vero accidens nō eſt: ſubſtantia in ſubiecto non eſt. Uniuerſalitatis vero deſcriptio eſt: de ſubiecto pꝛedicari. Omnis nanqʒ vniuerſalitas de ſubiectis particularibus pꝛedicatur. naʒ quoniam vniuerſale eſt animal: vel homo: de ſocrate pꝛedicatur ⁊ platone. Dicitur enim ſocrates animal atqʒ homo. ⁊ quoniam vniuerſale eſt accidens ſcientia: dicitur de ſubiecta grammatica: grāmatica enim ſcientia eſt. Particularitas vero quoniā ipſa eſt rerū vltima: ⁊ nihil eſt illi ſubiectum: de nullo ſubiecto pꝛedicatur. naʒ quoniā vniuerſalitas de ſubiecto pꝛedicatur: particularitas vero vniuerſalitas non eſt: particularitas de ſubiecto non pꝛedicabitur. Ubi enim res diſcrepant: ⁊ diffinitio diſcrepabit. ita quoqʒ in his: nam quoniam diſcrepat ſubſtantia ⁊ accidens: diffinitiones quoqʒ eoꝝ diſcrepabunt. Et quoniam eſt accidens in ſubiecto: erit ſubſtantia nō in ſubiecto. Et quoniam vniuerſalitas de ſubiecto pꝛedicatur: particularitas autē ab vniuerſalitate diſcrepat: de ſubiecto non pꝛedicatur. Has igitur huiuſmodi deſcriptiones Ariſtoteles ita permiſcuit dicens. Eoꝛum que ſūt alia de ſubiecto quodā dicūtur: in ſubiecto vero nullo ſunt. volens .ſ. vniuerſalē ſubſtātiā demōſtrare Nam quoniā dixit de ſubiecto dicuntur vniuerſale eſt quod vero ait in ſubiecto nullo ſunt. ſubſtātia. ergo qd̄ ait quedam de ſubiecto dici, in ſubiecto vero nullo eſſe: vniuerſalem ſubſtantiā demonſtrare cōtendit. vt enim ſepius dictū ē: quod de ſubiecto dicitur: vniuerſale eſt: quod in nullo ſubiecto eſt ſubſtantia. Nec iuncta: id eſt de ſubiecto quodaʒ dici: ⁊ in ſubiecto nullo eſſe: vniuerſalem ſubſtantiam monſtrant. Poſt vniuerſalem ſubſtantiam particulare accidens poſuit dicens. Alia autē in ſubiecto quidem ſunt: de ſubiecto autē nullo dicūtur Nam ꝙ ait in ſubiecto ſunt: accidēs monſtrat. ꝙ vero addidit. de ſubiecto auteʒ nullo dicunt particulare. Accidens enim in ſubiecto eſt: particularitas de nullo ſubiecto pꝛedicatur. Ergo quecūqʒ res ipſa in ſubiecto eſt: ſi de nullo ſubiecto pꝛedicatur: accidens eſt particulare. vt eſt quedam grāmatica: id eſt Ariſtarchi: vel alicuius hominis indiuidua grāmatica. illa enim quoniā indi-

uidui hominis eſt: ipſa quoqꝫ facta eſt indiuidua ⁊ particularis. ergo quoniā quędā grāmatica in anima ē accidens eſt: ⁊ quoniā de nullo ſubiecto p̄dicatur: particularis eſt. quemadmodū enim ipſe Ariſtarchus de nullo ſubiecto dicitur: ita quoqꝫ eius grāmatica de nullo ſubiecto p̄dicatur. Non autē dicit quod ipſa grāmatica particularis eſt: ſed quod quędam grāmatica: id eſt alicuius hominis indiuidui grāmatica: quam ſcilicet hō particularis propria retinet cognitione. Et quoniā incorporale accidēs poſuit quod animę accideret: id eſt grāmaticā quę eſſet ī anima. Ponit quoqꝫ aliud exemplū corporale. ait enīꝫ: ⁊ quoddā albū in ſubiecto eſt corpore omnis enim color eſt in corpore. hic quoqꝫ non omne album dicit eſſe particulare: ſed quod in indiuiduū corpꝰ album venit. Probatur quoqꝫ particulare albū in ſubiecto eſſe hoc modo. nam color quod genus eſt albi vel cuiuſdam albi in corpore eſt: ⁊ eſt in ſubiecto. Quare cuius genꝰ in ſubiecto ē: ipſuꝫ quoqꝫ ī ſubiecto ē. Omnes enīꝫ ſpecies vel indiuidua ꝓprio genere continentur: ⁊ eiuſdem habent naturam. ¶ Quoniā vero eſſe in aliquo multis dicitur modis: quid velit Ariſtoteles oſtēdere eſſe in ſubiecto: paucis abſoluā. ¶ Dicit enim eſſe in aliquo nouem modis. dicimus enī eſſe aliquid in loco: vt in foro vel in theatro. ¶ Dicimꝰ quoqꝫ eſſe in aliquo: vt in aliquo vaſe: vt triticū in modio. ¶ Dicitur eſſe in aliquo velut pars in toto: vt manus in corpore. ¶ Dicit eſſe in aliquo: velut totū in partibꝰ: vt corpꝰ ī omnibus ſuis partibus. ¶ Rurſus velut in genere ſpecies: vt in animali homo: vel genus in ſpeciebꝰ ſuis ¶ Dicimus quoqꝫ eſſe in aliquo velut aliquid in fine eſſe: vt quoniā bonę vitę finis beatitudo eſt. Si quis ſit beatꝰ: in fine ē ſcilicet bonę vitę. ¶ Dicimꝰ quoqꝫ eſſe in aliquo: vt in quolibet potente: vt ī imperatore eſſe regimen ciuitatis. ¶ Dicimus quoqꝫ velut formā in materia: vt ſimilitudinem Achillis in ęre vel in marmore. Nouēꝫ igitur modis in aliquo eſſe dicitur: vt in loco: vt in vaſe: vt pars in toto: vt totum in partibus: vt in genere ſpecies: vt in ſpeciebꝰ genus: vt in fine: vt in imperatore: vt in materia forma. ¶ Hor igit̄ Ariſtoteles tria ſola cōmemorat: ſed duo in vnū coniuncta aliud ſeparatum. Ait enī. In ſubiecto autē eſſe dico: qđ cum in aliquo ſit: non ſicut quędam pars: impoſſibile ē eſſe ſine eo in quo eſt. Senſus autē talis eſt. Hoc ſiquit dico eſſe accidēs: qđ ſit ſubiecto. i. ꝙ ſit in altero vt pars eiꝰ nō ſit: ⁊ ſine aliquo ſubiecto eſſe nō poſſit: vt verbi gratia: color cū eſt in corpe: nulla pars corpis ē. Et ſi color a corpore ſeparatur: color nuſqꝫ eſt. Omnis enīꝫ color in ſolo corpore eſt. Ergo illud eſt accidens quod ſemper in ſubiecto eſt altero: vt eius pars non ſit. Et cum ab eo in quo ē ſeparatur ad nihilum redigat̄: ⁊ per ſe ſine alteriꝰ ſubiecto eſſe non poſſit. Quod autem ait vt non ſit ſicut aliqua pars: ab ea ſcilicet ſignificatione in aliquo cōſiſtendi diuidere voluit: ſecundū quā partes in toto eſſe dicimus. non enim tale eſt ſubiectum: vt eius accidens pars ſit. Quod vero dicit īpoſſibile eſt eſſe ſine eo in quo eſt: ab ea ſcilicet ſignificatione diuiſit quę eſt eſſe aliquid in vaſe vel in loco. quod enīꝫ in vaſe vel in loco ē: a vaſe vel loco poterit ſeparari: vt triticū quod in modio eſt: pōt a modio ſegregari: ⁊ homo a theatro diſcedere. Accidens vero ab eo in quo eſt ſegregari non poteſt. Quare ſolas tres poſuit ſignificationes: ideſt ſecundū quam in vaſe vel in loco dicitur eſſe: ⁊ ſcđm quam pars in toto ē Sed vt in vaſe ⁊ vt in loco vna ſētētia diſtribuit dicēs īpoſſibile ē eſſe ſine eo in quo eſt. ¶ Sed fortaſſe quis dicat nō eſſe diffinitionē veram: illa eſſe in ſubiecto quę ſic ſint in alio vt non ſint partes. ⁊ ſine eo in quo ſint eſſe non poſſint. Socrates enim vel homo quilibet cū accidens non ſit: tamen ſemper in loco eſt ⁊ ſine loco eſſe non poteſt. Quibus reſpondendū eſt: ꝙ ſocrates loca poterit permutare: ⁊ eſſe p̄ter locū in quo fuit: ⁊ poſtremo

ſi intelligentia capiamus: per ſe ſubſiſtit: accidētia vero per ſeipſa non conſtant. ¶ Sed ſi quis hoc quoqꝫ obijciat: poſſe loco accidentia permutare. maluꝫ namqꝫ ſi in manu teneatur: manus mali odore cōpletur: adeo odor quod eſt accidēs: in aliud ſubiectū tranſire poteſt. Sed non hoc ait Ariſtoteles: quoniā mutare accidens locuꝫ non poteſt. nec ita dixit īpoſſibile eſſe ſine eo in quo erat ſed ſine eo in quo eſt. hoc autem ſignificat mutare poſſe locum: ſed ſine aliquo ſubiecto eſſe nō poſſe. Quare recta eſt atqꝫ integra diffinitio eius quod in ſubiecto eſt: qđ in altero ſit: ita non ſicut quędā pars: ⁊ īpoſſibile ſit eſſe ſine eo in quo eſt. Secundū autē illam ſignificationem dictum eſt: ſcđm quam formā in materia eſſe dicimus. Namqꝫ forma ſi in materia nō ſit: per ſeipſam nulla ratione conſiſtit. Poſtqꝫ igitur particulare accidens quid eēt oſtendit dicēs: qđ in ſbiecto eſt ⁊ de ſbiecto nō p̄dicat̄. ⁊ in ſubiecto conſiſtentis rei diffinitionem reddidit dicēs Quod cum in aliquo ſit non ſicut quędā pars: impoſſibile eſt eſſe ſine eo in quo eſt. Ad vniuerſale accidēs continenti diſputatione reuertitur: quod deffinit hoc modo. Namqꝫ poſt eius rei quę in ſubiecto eſt diffinitioneꝫ: ⁊ poſt particularis accidentis exempla ad vniuerſale accidens tranſitum fecit. Inquiens alia eſſe quę in ſubiecto ſint: ⁊ de ſubiecto p̄dicentur: quod ſcilicet accidēs vniuerſale ſignificet. nā qm̄ de ſubiecto dicit̄ vniuerſale eſt quoniā in ſubiecto eſt accidēs. in ſubiecto ergo eſſe ⁊ de ſubiecto p̄dicari vniuerſale accidens monſtrat. Huiꝰ quoqꝫ cōplexionis conuenientia ꝓponit exempla. ait enim ſcientiam in ſubiecta eſſe in anima. naꝫ niſi ſit anima in qua ſit: ſcientia nulla eſt: idcirco ꝙ ſcientia actus eſt animę. nam ea quę ſunt inanimata nihil ſciūt. hinc ſequitur ſubſtantię particularis ꝓpoſitio: quam ſcilicet ita declarat. quod neqꝫ in ſubiecto ſit: neqꝫ de ſubiecto p̄dicetur. Nam quod in ſubiecto non ē: ſubſtātia ē: ⁊ qđ de ſubiecto non p̄dicatur particularitas. Vtrūqꝫ igit̄ res de ſubiecto non p̄dicari: ⁊ in ſubiecto nō eſſe particularis eſt ſubſtantia. Res igitur quatuor cum propria complexione non ſecundum propria nomina: ſed ſecundum proprias rationes diffinitioneſqꝫ contexuit. Nam pro ſubſtantia vniuerſali poſuit: quod in ſubiecto non eſt ⁊ de ſubiecto p̄dicatur. pro accidenti particulari dixit: quod in ſubiecto eſt: ⁊ de ſubiecto non p̄dicatur. Accidens vero vniuerſale per hoc deſignauit quod ait: qđ ⁊ in ſubiecto eſt: ⁊ de ſubiecto dicit̄. Pro ꝑticulari ſubſtātia interpoſuit. qđ nec in ſubiecto ē: nec de ſubiecto p̄dicat̄. Simpliciter aūt q̄ ſunt īdiuidua ⁊ numero ſingularia de ſubiecto nullo dicūtur. In ſubiecto autem nihil ea prohibet eſſe: quędā enim grāmatica in ſubiecto eſt. omnis particularitas aut ſubſtātia erit aut accidens. Nam cuꝫ dico ſocratem: indiuiduā ⁊ particularem ſignificaui ſubſtantiam. cum dico quandam grāmaticam: indiuiduū ⁊ particulare accidens dixi. Indiuidua autem ſunt: quę neqꝫ in alias ſpecies diuidi poſſunt: neqꝫ in alia indiuidua. Naꝫ quēadmodū animal diuiditur in ſpecies hominē atqꝫ equū: homo autē in ſingulos homines. i. in ſocratem ⁊ platonem ⁊ ceteros: ſic plato ⁊ ſocrates nō diuidūtur in alios. atqꝫ hoc idem de accidētibus dici conuenit. Nam quēadmodū ſcientia diuiditur in ſpecies grāmaticam ⁊ rhetoricam. grāmatica vero ipſa in particulares grāmaticas: quas .ſ. particulares hoīes norūt: hic ipſa particularis grammatica in particulares grāmaticas nō ſecatur. Ergo indiuidua ſunt quęcūqꝫ numero ſunt ſingularia: ⁊ in nullas alias multitudines ſcđm ſpēs vel ſcđm indiuidua diuidūtur. Hęc indiuiduū qm̄ particulare eſt: de ſubiecto nō p̄dicat̄: hęc aūt ꝙ de ſubiecto nō p̄dicat̄: aut ſubſtātia erit vt plato: aut accidens vt quędam grāmatica His ergo particularibus ſubſtantia ſcilicet atqꝫ accidēti quę de ſubiecto nō p̄dicant̄. Subſtantia quidē nec in ſubiecto eſt: accidens vero in ſubiecto eſt. Ita illa indi



uidua: quę ſubſtantię ſunt: in ſubiecto eſſe nō poterūt. Alia vero indiuidua quę ſcđm accidentis naturam dicuntur: illa in ſubiecto eſſe nihil prohibet. Atqꝫ hoc eſt quod ait. Simpliciter aūt quę ſunt indiuidua ⁊ numero ſingularia: de nullo ſubiecto dicunt̄: in ſubiecto autē nihil prohibet aliqua eſſe. Quadā enim grāmatica in ſubiecto eſt: de ſubiecto aūt nullo dicitur. Hoc enim maluit demonſtrare: ⁊ accidentibꝰ ⁊ ſubſtantijs particularibus hoc eſſe cōmune: ꝙ de ſubiecto nō p̄dicant̄. Hoc enīꝫ dixit. Simpliciter aūt quę ſunt īdiuidua ⁊ numero ſingularia: de nullo ſubiecto dicitur. Subaudiendo ſcilicet ſiue ſubſtātię ſint: ſiue accidētia: ſꝫ nō omnia indiuidua non ſunt in ſubiecto. Indiuidua enim accidētia in ſubiecto eſſe nihil ꝓhibet. Quędā enīꝫ grāmatica cū ſit indiuidua: ⁊ de ſubiecto nō p̄dicetur: tamē in ſubiecto eſt: ideſt in anima. Sed vt cōgregatiꝫ dicatur: ſenſus huiuſmodi eſt: omnia qdem quęcunqꝫ ſunt indiuidua: de ſubiecto qdem nullo dicuntur: ſed nō omnia nō ſunt in ſubiecto. Naꝫ cū particularis ſubſtantia in ſubiecto ñ ſit: vt plato: particulare tamē accidēs in ſubiecto eſt: vt quędā grāmatica in anima. Illud quoqꝫ magna attentione notādum eſt: quis ſit huius ordo propoſiti. Nā cū ſint quatuor cōplexiones facte ex quatuor rebus Quarū duę natura diſcrepant: vt ſubſtantia ⁊ accidens duę qntitate: vt particularitas ⁊ vniuerſalitas: coniunctis compoſitiſqꝫ his quatuor omnibus diſſentientem lateribus diſpoſitionē fecit. Poſuit enim prius ſubſtātiam vniuerſaleꝫ dicēs: quod in ſubiecto nō eſt ⁊ de ſubiecto dicitur. Poſt hanc propoſitionē totis diſcrepantē rebus rem ſubdidit: ideſt accidens particulare quod in ſubiecto eſſet: ⁊ de ſubiecto non p̄dicaretur. Nam non ſubſtantia dixit: aut ſubſtantia diſcrepat. quod particulare dedit: ab vniuerſali diſiūxit. Rurſus ex alio latere diſpoſuit in diuiſione accidens vniuerſale dicēs: quod in ſubiecto ē ⁊ de ſubiecto p̄dicatur: ⁊ vltimo ſubſtantiam particularem contrariā ſuperiori accidenti dixit: quod neqꝫ in ſubiecto eſt: neqꝫ de ſubiecto p̄dicat̄: ſubſtantię particularitatē vniuerſalitati accidentis opponens. Sed vt planius quod dicimus fiat: figuraꝫ deſcriptionēqꝫ ſubiecimus. In qua ſuperiꝰ latus ſubſtantię accidentiſqꝫ notauimus. Reliquū particularitatis ⁊ vniuerſalitatis titulo inſcripſimus Ariſtotelicam cōplexionē angulariter ⁊ per latera deſignantes.




Quādo alterꝝ de altero p̄dicat̄ vt de ſubiecto: quęcūqꝫ de eo qđ p̄dicatur dicūt̄: oīa etiā de ſubiecto dicūtur: vt hō p̄dicatur de quodā hoīe: aīal vero de homie: ergo ⁊ de quodam homine animal p̄dicabitur. quidā enim homo ⁊ homo eſt ⁊ animal.

⁊ ſunt accidentia quecunqȝ in ſubſtantiam ſubiecti veniunt: queqȝ permutata naturaȝ ſubſtãtię nõ perimũt. Si quibus vero peremptis ſubiecta interimantur: illa ꝓprie accidentia nõ vocanꝰ. differentia vero eſt quę de pluribus ſpecie differentibꝰ in eo quod quale ſit pꝛedicatur. Sed differentia ſubſtantia non eſt: iccirco qđ ſi eſſet ſubſtantia non in eo qđ quale ſit de ſubiecto: ſed in in eo quod quid ſit pꝛedicaret. Qualitas vero ſolũ non eſt: eſſet eniȝ accidens ⁊ in ſubiecto: an magis a ſubſtãtia ⁊ qualitate differentia ipſa conficitur. ⁊ ita vt illud de quo pꝛedicatur: perempta differẽtia ſimulſ interimatur: vt calor cũ eſt in aqua: perempto calore poteſt aqua in ſua ſubſtantia permanere: ⁊ ẽ calor in ſubiecto aqua: quo interempto aqua non peribit. ¶ Idem tamẽ calor eſt in igne: ſed perempto calore ignem interire neceſſe ẽ. Quare hęc qualitas caloris ſubſtantialiter ineſt igni: ⁊ eſt pꝛopꝛia differentia. i. ſubſtantialis. Concludendũ eſt igitur differentiam: neqȝ ſolũ ſubſtantiaȝ eſſe: neqȝ ſolum qualitatẽ: ſed quod ex vtriſqȝ conficitur ſubſtantialem qualitatẽ: quę permanet in natura ſubiecti: atqȝ ideo quoniam ſubſtantiã participat: accidens non eſt: quoniã qualitatẽ a ſubſtantia relinquitur. Sed quoddã mediuȝ eſt inter ſubſtantiã ⁊ qualitatẽ: quę quoniã in ſubiecto non eſt: ⁊ ſubſtãtia nõ eſt: pꝛopꝛiũ ſubſtãtię nõ eſt nõ eſſe in ſubiecto. ¶ Poſt hoc illud quoqȝ dicit nõ debere nos conturbari: ne foꝛte ſubſtantiaruȝ partes quę ita ſunt in toto quaſi in aliquo ſubiecto: aliquãdo cogamur accidentia nõ ſubſtantias confiteri. Subſtantiaꝝ partes in ſubiecto ſunt: ſed non vt accidentia. videmus enim quaſdaȝ partes ſubſtantiarũ ita eſſe in toto quaſi ſint in ſubiecto: vt caput in toto coꝛpoꝛe eſt: ⁊ manus in toto coꝛpoꝛe eſt: foꝛma quoqȝ ⁊ materia quę ſunt partes compoſitę ſubſtantię: in ipſa compoſita ſubſtantia ſunt. Ne foꝛte ergo cogamur aliquando partes ſubſtantiaꝝ quoniã ſunt in ſubiecto: ſuſpicari non eſſe ſubſtantias: ſed accidentia: pꝛemonet dicens. Nõ nos vero conturbent ſubſtantiarũ partes quę ita ſunt in toto quaſi in ſubiecto ſint: ne foꝛte cogamur dicere nõ eſſe eas ſubſtantias. Nõ enim ſic dicebantur eſſe quę ſunt in ſubiecto: vt quaſi partes eſſent in aliquo. Hoc enim rationis affert: cur iſta accidentia eſſe aliquis ſuſpicari non debeat. Illa eni eſſe diffinita ſunt in ſubiecto: quę nõ eſſent vt quędam pars: hoc eniȝ ſuperiꝰ ait. In ſubiecto autẽ eſſe dico qđ cum in aliquo ſit non ſicut quędã pars: impoſſibile eſt eſſe ſine eo in quo ẽ. Quocirca quoniã accidentia ita ſunt in ſubiecto: vt ſubiecti partes nõ ſint: ſubſtantiarũ vero in toto partes ita ſunt: vt in ſubiecto nõ ſint: partes ſubſtantiarũ partes accidentiũ eſſe nullus recte ſuſpicari poteſt.

Ineſt autẽ ſubſtantijs ⁊ differentijs ex his omnia vniuoce pꝛedicari. Omnia eni quę ab his pꝛedicata ſunt: aut de indiuiduis pꝛedicanẽ: aut de ſpeciebus. a pꝛima nanqȝ ſubſtantia nulla eſt pꝛedicatio: de nullo eni ſubiecto dicitur. Secundaꝝ vero ſubſtantiarũ ſpecies quidem de indiuiduo pꝛedicatur. Genus autem ⁊ de ſpecie ⁊ de indiuiduo Similiter autem ⁊ differentię ⁊ de ſpeciebus ⁊ de indiuiduis pꝛedicantur. rationem etiam ſuſcipiunt pꝛimę ſubſtantię ſpecieruȝ ⁊ generuȝ: ⁊ ſpecies generis: quęcũqȝ enim de pꝛedicato dicuntur: eadeȝ ⁊ de ſubiecto dicuntur. Similiter autẽ ⁊ differentiaꝝ rationem ſuſcipiunt ſpecies ⁊ indiuidua. vniuoca autem ſunt: quoꝝ ⁊ nomen cõmune ⁊ ratio eadem eſt. Quare omnia quę a ſubſtãtijs ⁊ differentijs ſunt: vniuoce dicũtur.

¶ Quoniam in ſubiecto non eſſe differentijs ⁊ ſubſtãtijs cõmune monſtrauit: aliam rurſus cõmunitatem ſubſtantiarum differentiarũqȝ pꝛopoſuit. Nam cũ ſubſtantiarũ alię ſint pꝛimę: alię ſecundę: ⁊ pꝛimę ſubſtantię ſint indiuiduę: quoniaȝ nihil indiuidua poſſunt habere ſubiectũ: ab indiuiduis nulla pꝛedicatio eſt. Secũdę vero ſubſtantię de indiuiduis: id eſt de pꝛimis ſubſtantijs pꝛedicanẽ: ⁊ de his vniuoce dicuntur. Secundarum enim ſubſtantiarum nomen de indiuiduis pꝛedicatur ⁊ ratio. ⁊ de indiuiduo quidem ⁊ ſpecies pꝛedicatur ⁊ genus: vt de platone. id eſt de aliquo homine: ⁊ homo dicitur ⁊ animal. aliquis enim homo ⁊ homo eſt: ⁊ animal: ⁊ vtriuſqȝ de indiuiduo pꝛedicatur ratio. Dicamus enim aliquẽ hominẽ animal eſſe rationale moꝛtale: quę ẽ ſpeciei diffinitio: id eſt hominis. Et rurſus aliquẽ hominẽ dicimus ſubſtantiã animatam atqȝ ſenſibilem: quę eſt generis diffinitio: id eſt animalis. Species vero generis ſui ⁊ diffinitionẽ ſuſcipit ⁊ vocabulũ de homine eniȝ animal pꝛedicatur. dicitur enim homo animal eſt: ⁊ ipſe rurſus homo rationem ſuſcipit animalis. Dicimus eniȝ eſſe hominẽ ſubſtantiã animatã atqȝ ſenſibilem. Conſtat ergo quoniã ⁊ genera ⁊ ſpecies de indiuiduis: ⁊ genera de ſpeciebus vniuoce pꝛedicantur: id eſt in omni pꝛedicatione ſecundę ſubſtantię vniuoca appellatione de ſubiectis dicuntur: quod his cũ differentia cõmune eſt. Differentia nanqȝ de ſpecie de qua dicitur ⁊ de eius indiuiduo ipſa quoqȝ vniuoce pꝛedicatur. Nam cum ſit greſſibilis differentiã: de aliquo homine pꝛedicatur. dicitur eniȝ quidam homo greſſibilis: vt plato vel cicero. ſed ⁊ diffinitionẽ differentię ſuſcipiunt indiuidua: de quibus illa differentia pꝛedicatur Greſſibile nanqȝ eſt quod per terrã pedibus ambulare poteſt. Et quendã hominẽ poſſis ita ſecundũ nomẽ differentię diffinire: vt dicas platonẽ eſſe qui per terrã pedibus ambaulre poſſit. Et hoc idẽ euenit de ſpecie cuiuſdaȝ hominis: id eſt de homine. homo nãqȝ: id eſt ipſa ſpecies cum ſit greſſibilis: poteſt diffiniri. homo ẽ qđ per terram pedibus ambulare poſſit. Ergo ⁊ differẽtię de his de quibus pꝛedicanẽ: vniuoce dicunẽ. quocirca quoniam ⁊ ſecundę ſubſtantię de his de quibus pꝛedicantur: vniuoce dicuntur: ⁊ differentię eodẽ modo. Quęcunqȝ a ſubſtantijs vel differentijs pꝛedicationes fuerint: hę ⁊ vniuoce de ſubiectis pꝛedicabuntur. Quę aũt cauſa ſit: vt ſecundę ſubſtantię de pꝛimis ſubſtantijs vniuoce pꝛedicentur: illa quã ſupꝛa docuit Ariſtoteles, nos ãmonẽs dixit. omnia eni quecũqȝ de p̄dicato dicũtur: eadem etiam dicentur de ſubiecto. Omnes eniȝ differentię quę ſunt ſpecificę generis pꝛedicantur ⁊ de ſpecie ⁊ de indiuiduo: vt quoniam animal efficiunt differẽtię animatum atqȝ ſenſibile: eadem ⁊ de ſpecie: id eſt homine ⁊ de indiuiduo: id eſt aliquo homine pꝛedicabuntur: qđ quoniaȝ ſuperius dictũ eſt: nũc qȝtũ expoſitiõis bꝛeuitas poſtulat: dixiſſe ſufficiat.

Omnis autem ſubſtantia videtur hoc aliquid ſignificare: ⁊ in pꝛimis quidẽ ſubſtantijs indubitabile ⁊ verum eſt: quoniaȝ hoc aliquid ſignificat. Indiuiduũ enim ⁊ vnuȝ numero ſignificatur. In ſecundis vero ſubſtantijs: videtur quideȝ ſimiliter ſub appellationis figura hoc aliquid ſignificare: quando quis dixerit vel homineȝ vel animal. non tamen verũ eſt: ſed magis quale aliquid ſignificat. neqȝ enim eſt vnuȝ quod ſubiectum eſt: quemadmodũ pꝛima ſubſtãtia: ſed de pluribus homo dicitur ⁊ animal non auteȝ ſimpliciter quale quid ſignificat quemadmoduȝ album. nihil enim album aliud ſignificat q̄ qualitatem. Genus autẽ



⁊ ſpecies circa ſubſtantiam qualitatem determinant. qualem enim quandã ſubſtantiam ſignificant. plus autem in genere q̄ in ſpecie determinatio ſit. dicẽs enim animal plus complectitur q̄ hominẽ.

¶ Poſtqȝ ſuperius geminas dixit ſubſtãtię conſequẽtias: id eſt in ſubiecto non eſſe: ⁊ cuncta ab his vniuoce pꝛedicari: ⁊ eas maxime ꝓpꝛio ſubſtãtię ſeparauit: idcirco quod differentijs etiam videntur eſſe cõmunes: aliud adijcit. Quod idcirco ſubſtantię pꝛopꝛiũ non ſit: quod non ſit in omni ſubſtantia. Nam quẽadmodum quãtitas quantũ ſignificat: ⁊ qualitas quale: ſic etiam ſubſtantia videtur hoc aliquid ſignificare. Nam cum dico ſocrates vel plato vel aliquã indiuiduã ſubſtantiã nomino: hoc aliquid ſignifico. ſed omnibus hoc ſubſtãtijs nõ ineſt. Indiuiduis nãqȝ quoniã particularia ſũt ⁊ numero ſingularia: verum eſt hoc aliquid a ſubſtãtijs ſignificari. In ſecundis vero ſubſtantijs non idem eſt. Nanqȝ ſecundę ſubſtantię non ſunt vnę: nec numero ſingulares: ſed ſpecies intra ſe plurima indiuidua continent: ⁊ multas intra ſe ſpecies genus icludit. quocirca cum dico homo: nõ hoc aliquid ſignificaui. neqȝ cuĩ ſingulare eſt hominis nomẽ: idcirco quod de pluribꝰ indiuiduis pꝛedicatur: ſed potiꝰ quale quiddã. qualis eniȝ ſubſtantia ſit demõſtratur: cũ dicitur homo. Qualitas autem hęc circa ſubſtantiã terminatur. nã ſicut indiuidua qualitas ſpecies ⁊ genera qualitatis habet: ⁊ ſicut ſingulas quãtitates quantitas ſpeciebus ⁊ generibus claudit: ita quoqȝ idiuiduaꝝ ſubſtantiarũ ſpecies ⁊ genera ſecundę ſubſtantię ſunt. Ergo cũ dico homo: talem ſubſtantiã ſignifico: quę de pluribus numero differentibus in eo quod quid ſit pꝛedicaẽ. qualẽ ergo quãdam ſubſtantiã ſignifico: cũ hominẽ dixi: talẽ ſcilicet quę de indiuiduis nomineẽ. idẽ quoqȝ de genere eſt. Nam cũ dico animal: talem ſubſtantiã ſignifico: quę de pluribꝰ ſpeciebus dicaẽ. Eſt igitur qualitas vt albũ: quę ſemꝑ ſit in ſubſtantia: ſed non vt ipſam ſubſtantiã interimat idcirco quod pꝛopꝛietatẽ ſubſtantię albedo non habet. Qualitas vero hęc quę de ſubſtantijs dicitur: circa ſubſtantiam qualitatem determinat. qualis ſit enim illa ſubſtantia demõſtrat. Nã ſi rationalis homo eſt: ⁊ ſubſtantia erit rationalis: ſed rationalis qualitas eſt. Qualem ergo ſubſtantiã monſtrãt ſecundę ſubſtantię. Quocirca non eſt hoc pꝛopꝛiũ ſubſtantię hoc aliquid ſignificare. Secundę eni ſubſtantię non hoc aliquid ſed quale aliquid (vt dictũ eſt) monſtrant: ita tñ quale aliquid monſtrant. vt ipſam qualitatẽ circa ſubſtantias determinent. Qualitas eni ſecundarũ ſubſtantiarũ in indiuiduis eſt. de ipſis eni naturaliter pꝛedicatur: quę ipſę indiuiduę ſubſtantię ſunt. Qualitas igitur ſecundarũ ſubſtantiarum circa indiuidua: id eſt quę pꝛima ſunt: ⁊ ipſas quoqȝ ſubſtantias terminatur. Determinatio vero quotiẽs ipſe terminus multa concludit: maioꝛ eſt minoꝛ quotiẽs pauciora. quocirca genus plurima colligit: ſpecies vero nõ tã plura. Nam cũ dico animal: etiã homineȝ bouẽqȝ ⁊ alia cũcta animalia hoc vno nomine clauſi. Cum vero dico homo: ſolos homines indiuiduos hac nominis ſignificatione concluſi. quo circa maioꝛ ſit determinatio per genus q̄ per ſpeciẽ. ⁊ ſit determinatio circa ſubſtantiã qualitatis: vel quod ſubſtantialis qualitas in genere ⁊ ſpecie eſt: vel quod ſecundũ quandã cõmunionem ſubiectoꝝ dicit. Sed per ſe qualitas vt album neqȝ vllius ſubſtantiã ſignificat: neqȝ vllam cõmunionẽ: ſicut genus ſpecierũ ſuarũ: ⁊ indiuiduoꝝũ ſpecies oſtendit. Quocirca aliud ſubſtantię pꝛopꝛium requirendum eſt.

Ineſt aũt ſubſtantijs etiã nihil illis eſſe cõtrarium. pꝛimę eni ſubſtantię quid erit contrarium: vt alicui homini vel alicui animali: nihil enim eſt contrariũ. at vero nec homini nec animali aliquid eſt contrariũ. non eſt autem hoc ſubſtantię pꝛopꝛiũ: ſed etiam multoꝛum alioꝛuȝ: vt quantitatis. bicubito vel tricubito enim nihil eſt contrariũ: at vero nec decem: nec alicui talium. Niſi quis foꝛte multa paucis dicat eſſe contrariaȝ vel magnũ paruo. determinatarũ vero quantitatuȝ nullum nulli eſt contrariũ.

¶ Adiecit quoqȝ aliud ſubſtantię ꝓpꝛium dicens: ſubſtantię nihil eſſe cõtrariũ: hoc autẽ ex ea quę ſingillatim ſit inductione confirmat. Homo enim homini vl' equo vel alicui alij animalium non eſt contrarius. ¶ Sed ſi quis foꝛſitan dicat cũ ignis atqȝ aqua ſubſtantię ſint ignem aquę eſſe contrarium: mentietur: Non eni ignis aquę contrarius eſt: ſed qualitates ignis qualitatibus aquę opponũtur. Caloꝛ enim ⁊ frigus contraria ſunt: ⁊ humoꝛ ⁊ ſiccitas: quę qualitates cũ alię ſint in igne: alię in aqua: ipſas ſubſtantias contrarias facere videnẽ: ſed non ſunt. hoc autem ex omnibus alijs ſubſtãtijs põt pꝛobari: in quibus quiſqȝ nihil poterit inuenire contrarium. Sed hoc ſolius ſuſtantię pꝛopꝛium non eſt: nanqȝ ⁊ quantitas definita contrarijs caret. Naȝ neqȝ duo tribus cõtraria ſunt: nec duobus quatuoꝛ: nec aliquid huiuſmodi. naȝ ſi dicamus tres duobus eſſe contrarios: cur nõ his duobus etiã quatuoꝛ vel quinqȝ cõtrarios eſſe ponamus: nulla eni afferri ratio poteſt cum tres duobꝰ cõtrarij ſint: cur quatuoꝛ vel quinqȝ duobꝰ non ſint. Quod ſi hoc eſt: vel quatuoꝛ vel tres vl' quinqȝ vel quicunqȝ a duobus diſtant numeri: contrarij fiant duobus. ⁊ erunt vni rei multa cõtraria: quod fieri non poteſt. Non eſt igitur cõtrariũ aliquid quãtitati. ſed ſi quis dicat magnũ paruo vel multa paucis eſſe contraria: hęc quidẽ etiã ſi quis quãtitates eſſe cõfirmet: tñ diffinite quantitates non ſunt. Quantum eni ſit magnuȝ vel quantum paruũ non definit qui loquiẽ: eodẽ modo etiã in multis atqȝ paucis. Quare ſi quis hęc quantitates eſſe dicat: indeterminatas indefinitaſqȝ eſſe confitebitur. Dicit aũt Ariſtoteles terminatę quantitati nihil eſſe contrarium: vt duobus vel tribus: vel lineę vel ſuperficiei. Quod ſi etiam alię quantitates habent contraria: alię vero non habent: nihil omnino ĩpedit ad hoc quod dicitur pꝛopꝛium non eſſe ſuſtantię: idcirco quod conſtat quaſdam quãtitates nõ habere cõtraria. Quod ſi hoc ⁊ in quantitatibus euenit: nõ eſſe contrariuȝ ſubſtantiarũ pꝛopꝛiũ non eſt. Atqȝ hęc quidẽ ſi quis magnũ vel paruũ in quãtitatibꝰ ponat: manifeſtũ eſt (vt ipſe eſt poſterius monſtraturus) hęc nõ eſſe quãtitatis ſed ad aliqd. magnũ eni ad paruũ dicitur. ſed cũ ad ea loca venerimus: ꝓpoſiti oꝛdinem loci diligentius exequemur. Nunc quoniã declaratũ eſt ⁊ ſubſtantię nihil eſſe contrarium: ⁊ hoc ei pꝛopꝛium non eſſe: quoniã idẽ etiã in quantitatibus conſideratur: ad ſequens pꝛopꝛium expoſitionis ſemitam conuertamus.

Videtur aũt ſubſtantia nõ ſuſcipere magis ⁊ minus. dico aũt hoc nõ q̄ ſubſtantia a ſubſtãtia nõ ſit magis ⁊ minus ſubſtantia. hoc enim dictum eſt quia eſt: ſed q̄m vnaquęqȝ ſubſtantia hoc ipſum quod eſt non dicitur magis ⁊ minus: vt ſi eſt hęc ſubſtantia hõ: nõ eſt magis aut minus hõ: nec ipſe a ſeipſo nec alter ab altero. non eſt enim alter altero magis homo: ſicut eſt album alteruȝ altero

magis album: ⁊ bonum alterũ altero magis bonũ Sed ⁊ ipſũ a ſe magis ⁊ minus dicitur: vt corpus cum ſit albũ: magis albũ eſſe dicitur nunc q̃ prius: ⁊ cum calidum ſit magis ⁊ minus calidũ dicitur. Subſtãtia vero nõ dicit̃. nihil enĩ hõ magis nunc hõ q̃ prius dicitur; nec aliorum quicquã que ſubſtantie ſunt. quapropter nõ recipit ſubſtantia magis ⁊ minus.

¶ Hoc ꝓpriũ non ſimpliciter dicitur: ſed cũ aliqua diſtinctione. ait enim ſubſtãtiã neqꝫ magis recipere neqꝫ minus: nõ hoc dicens: quoniã ſubſtantia nõ eſt magis ab alia ſubſtantia. Nanqꝫ quidã homo cũ ſit ſubſtãtia magis eſt ſubſtantia ab homine: id eſt a ſpecie. ⁊ homo ab animali: id eſt a genere. Ergo nõ hoc dicit: quoniam nõ inueniuntur ſubſtãtie que a ſubſtantijs magis ſubſtantie ſint. hoc enĩ dictum eſt quoniã eſt: id eſt quoniã inueniũtur. Ait enim ſuperius primas ſubſtãtias. i. īdiuiduas maxĩe eſſe ſubſtãtias: ĩ ſecũdis vero ſubſtãtijs magis eſſe ſubſtãtias ſpẽs q̃ꝫ genera. Ergo hic nõ dicit qm̃ nulla ſubſtãtia ab alia ſubſtãtia magis ſubſtãtia ẽ ſed hoc ipſum qd̾ eſt quelibet illa ſubſtantia nõ dicitur magis ⁊ minus: vt ſi eſt ſubſtantia homo nõ dicit quoniã homo nõ eſt magis ⁊ minꝰ ſubſtantia. indiuiduus enĩ homo magis eſt ſubſtantia: ſpecies vero minꝰ: ſi ad primã. i. indiuiduã ſubſtantiã referatur. Sed hoc dicit hoc ipſũ quod eſt. i. homo nõ erit magis hõ vel minꝰ homo. quocirca nõ dicit: quoniã hõ nõ eſt magis ſubſtantia vel minus. Sed quoniã homo hoc ipſũ quod eſt: nõ eſt magis vel minus homo. nõ eſt enim aliquis hõ magis ⁊ minus hõ. ⁊ hoc idem in eiuſdẽ cõparatione cõuenit ſpeculari. Nam ipſe hõ a ſeipſo nõ eſt plus homo. at vero nec ſi ad alterũ conferatur: ad alterũ vero ita vt ſub eadẽ coniugatione ſint: vt quidã homo indiuiduus ad aliquẽ indiuiduũ hominẽ comparatus nõ erit magis ⁊ minus homo: vel ipſa ſpẽs ſeipſa nõ erit magis ⁊ minus hõ. ſed hoc palam eſt in ſubſtantijs. in qualitatibus vero poteſt eſſe magis ⁊ minus. albũ enĩ põt fieri magis albũ ſeipſo: ⁊ ſuſcipere magis ⁊ minus vt ſit magis albũ ⁊ minus album. põt ⁊ alio albo plus eſſe albũ: vt liliũ lana: ⁊ alio albo minus eſſe album: vt lana lilio: vel cignus niue: atqꝫ idem in alijs qualitatibus: vt bono vel calido. Nãqꝫ hec poſſunt tẽporibus ꝑmutari: ⁊ in plus minuſue tranſduci. fit enĩ aliquotiens bono melius ⁊ deterius: ⁊ calido feruẽtius ⁊ tepidius. homo vero qd̾ eſt ſubſtantia neqꝫ nunc plus erit homo q̃ꝫ fuit antea; neqꝫ poſt magis aut minus erit hõ q̃ꝫ nunc eſt. Quocirca cũ ſubſtantia nõ ſuſcipiat magis ⁊ minus: tamẽ propriũ eius hoc nõ erit. Sed cur nõ ſit ꝓpriũ: ipſe Ariſtoteles velut notũ conticuit: nos autẽ addimus: quoniã non ſolũ ſubſtantie non ſuſcipiunt magis ⁊ minus: ſed ⁊ alia multa. circulus enĩ alio circulo nõ erit magis circulus aut minus: nec duplũ magis duplũ vel minus. Equaliter enim duplus eſt quaternarius ad binarium: vel denarius ad quinarium comparatus. quocirca quoniã etiã ⁊ in alijs idẽ eſt: hoc ſubſtantie propriũ nõ eẽ putandũ eſt. Sed hec quidẽ oĩa quecũqꝫ ſint in ſubſtantijs omnibꝰ: ꝓpria tamen ſubſtantie non ſunt eo quod etiã in alijs ſunt conſequẽtia ſubſtantie appellantur. Nec enim omnia ſubſtantias cõſequũtur: vt vbicũqꝫ fuerit ſubſtantia: ea que dicta ſunt ſint. illa vero que nõ omnibus ſubſtantijs inſunt accidentia ſunt ſubſtantijs: quocirca propria nõ ſunt. Nõ ſi ꝓpria non ſunt nondũ quale ſit ſubſtantia demõſtrãt. Quare vt ſubſtantie qualitatẽ proprie cognoſcamus: talis eſt huic requirenda proprietas: que ⁊ ſolis ſubſtantijs inſit ⁊ omnibus: hec autem huiuſmodi eſt: quam ipſe propoſuit.

Maxime vero ſubſtantie propriũ eſſe videtur: cuꝫ vnũ ⁊ idem numero ſit: cõtrariorum ſuſceptibilẽ eſſe. ⁊ in alijs quidem non habebit quiſq̃ quid proferat quecũqꝫ non ſunt ſubſtantie: ꝙ cũ ſit vnũ numero: ſuſceptibile contrariorũ ſit: velut color quod eſt vnũ ⁊ idem numero nõ erit albũ ⁊ nigrũ: neqꝫ eadem actio ⁊ vna numero erit praua ⁊ ſtudioſa. Similiter autẽ ⁊ in alijs que ſubſtantie non ſunt. Subſtãtia enim cuꝫ vnuꝫ ⁊ idem numero ſit: capax contrariorum eſt: vt hõ cum vnus ⁊ ideꝫ numero ſit: aliquando quidẽ niger: aliquando auteꝫ ſit albus: ⁊ calidus ⁊ frigidus: ⁊ prauus ⁊ ſtudioſus. In nullis autẽ alijs aliquid tale videt̃: niſi quis forſitan inſtet dicens orationẽ ⁊ opinationẽ eiuſmodi eſſe ſuſceptibilia: eadẽ enĩ oratio vera ⁊ falſa eſſe videtur: veluti ſi vera ſit oratio ſedere quendã: ſurgente eo falſa erit ſimiliter autẽ ⁊ de opinatione. Si quis enĩ vere putat ſedere aliquẽ: ſurgẽte eo falſo putabit: eandẽ habens de eodẽ opinionẽ. Sꝫ ⁊ ſi quis hoc ſuſcipiat: tamen modo differt. nam ea que in ſubſtãtijs ſunt: ipſa mutata ſuſceptibilia ſunt cõtrariorum. frigidũ enĩ de calido factum mutatũ eſt. alteratũ enĩ eſt: ⁊ nigrũ ex albo: ⁊ ſtudioſum ex prauo. Similiter autẽ ⁊ in alijs vnũquodqꝫ ipſuꝫ mutationem ſuſcipiens eſt ſuſceptibile contrariorũ. oratio autẽ ⁊ opinio ipſa qdẽ imobilia oĩno perſeuerant. Cuꝫ vero res mouetur: cõtrariũ circa eam fit. oratio nãqꝫ permanet eadẽ eo ꝙ ſedet aliquis. Cum vero res mota ſit: aliquãdo quidẽ vera: aliquãdo falſa ſit. ſimiliter autẽ ⁊ in opinione. Quapropter propriuꝫ modo ſubſtantie eſt: eo ꝙ ſcd̾m mutationeꝫ ſuam captabilis eſt contrariorum. Si quis autẽ etiam recipiat placituꝫ ⁊ orationẽ ſuſceptibilia eſſe contrariorum: nõ eſt hoc verum. oratio nanqꝫ ⁊ opinio nõ in eo ꝙ ipſa aliquid recipiant: ꝯtrariorum ſuſceptibilia eſſe dicunt̃: ſed in eo ꝙ circa alterum aliqua paſſio facta ſit. nam in eo ꝙ res eſt vel nõ eſt: in eo etiam oratio vera aut falſa eſſe dicitur: non in eo ꝙ ipſa ſit captabilis contrariorum. Simpliciter enim a nullo nec oratio mouet̃ nec placitum. Quapropter non erunt ſuſceptibilia contrariorum: cum nulla in eis contrariorũ paſſio facta ſit. verum ſubſtantia in eo ꝙ ipſa cõtraria recipiat: in hoc ſuſceptibilis dicitur contrariorum eſſe. Languorẽ enim ⁊ ſanitatẽ ſuſcipit: candorẽ ⁊ nigredineꝫ: ⁊ vnumquodqꝫ taliũ ipſa ſuſcipiendo cõtrariorum eſſe ſuſceptibilis dicitur. quare propriũ erit ſubſtantie cum idem ⁊ vnuꝫ ſit numero: cõtrariorum ſuſceptibilẽ cũ permutatione ſuipſius eſſe. ⁊ de ſubſtantia quidẽ hec dicta ſufficiãt.

¶ Ait maxime propriuꝫ eſſe ſubſtantie: ꝙ eadẽ ⁊ vna numero contrariorum ſuſceptiua ſit: nihil contrariũ ſuperioribus dicens. Illic enim dixerat ſubſtantias ſubſtantijs non eſſe contrarias: hic vero dicit non ſubſtantias ſubſtantijs eſſe contrarias: ſed res in ſe contrarias poſſe ſuſcipere: vt vnus atqꝫ idem homo nunc quidẽ ſit ſanꝰ: alio vero tempore ſit eger. egritudo autem ⁊ ſanitas contraria ſunt. Ergo quoniã declaratũ eſt ſubſtantiaꝫ poſ ſe contraria ſuſcipere: demonſtrandũ eſt: quẽadmodum hoc ſolis ſubſtantijs inſit; hoc autem in nullis alijs inuenitur. namqꝫ in qualitate qualitas nõ erit eadeꝫ atqꝫ vna numero contrariorũ ſuſceptiua. idem enim ⁊ vnuꝫ numero non erit album atqꝫ nigrum: cum albũ fuerit ⁊ poſt in nigrum vertitur: tota qualitatis ſpecies permutatur: ⁊ nõ erit vnũ atqꝫ idem numero: quod contrariũ eſt: ſed diuerſum. At vero ⁊ actio eadem ⁊ vna numero non erit bona atqꝫ mala: ſed fortaſſe vna bona alia mala: ita vt diuerſe ſint non eedem numero. hoc etiam in alijs reperit̃. Ipſa vero ſubſtantia cũ vna ſit ⁊ numero ſingularis ꝯria ſuſcipit: vt idẽ atqꝫ vnꝰ homo cuꝫ fuerit candidus atqꝫ albus ſole tractus nigreſcit: ⁊ album in nigrum vertitur: ⁊ in contrariũ permutatur vtraſqꝫ res in ſe contrarias ſuſcipiens. Nulli igitur alij ineſſe hoc niſi ſolis ſubſtãtijs ſatis ſuperiora demoſtrant. Si qs aũt apponat orationẽ ⁊ opinionẽ vnã atqꝫ eandẽ cõtrariorũ eſſe ſuſceptibilẽ: ideo quod cũ dico cicero ſedet: vel cũ ſedere opinor: cum vere ſedet: vera eſt ⁊ oratio de eodẽ ⁊ opinio quoniaꝫ ſedet: cũ vero ſurrexit ille: eadẽ permanet opinio vel oratio que dicit vel arbitratur cicero ſedet ſed falſa eſt: qm̃ non ſedet: videt̃ enĩ opinio atqꝫ oratio eadem ⁊ vna numero nunc quidem eſſe vera nunc autẽ falſa: ⁊ ꝯtraria ipſa ſuſcipere. ſed hoc falſuꝫ eſt quod oratio ⁊ opinio contraria non recipiunt. Nam ſi quis hoc recipiat quod etiam oratio atqꝫ opinio contrariorũ ſuſceptiua ſint: non tñ eodẽ modo quo ſubſtãtia. Naꝫ ſubſtantia ipſa cõtraria ſuſcipiens permutatur: cicero nãqꝫ ipſe in ſe egretitudinẽ ſuſcipiens ex ſano factus eſt eger ⁊ mutatus ipſe contraria ſuſcipit: ſermo vero vł opinio ipſa quidẽ immutata permanent: ſed cum rebus de quibus dicuntur permutatis ipſe inueniuntur falſe eſſe vł vere: ⁊ ſubſtantia quidem ipſa cum his que ſuſcipit cõtrarijs permutatur. Oratio vero ⁊ opinio eo ꝙ res de qbus dicuntur vel arbitrantur: permutentur: ipſe videtur falſe eſſe vel vere. Nam cuꝫ dico cicero ſedet: ſi ille ſurrexit oratio quidem ipſa nihil paſſa eſt: ſed res de qua illa fuit oratio: mota eſt. Qui eniꝫ ſedebat ſurrexit: icirco ex vera oratiõe facta ẽ falſa. Quocirca ſubſtantia ipſa ſuſcipiens (vt dictum eſt) cõtraria permutatur. oratio vel opinio non mutatur: ſed re circa eas mota ipſe vere vel falſe ſunt. Quare proprium ſubſtantie ita eſſe putabitur contrariorũ ſuſceptibile: vt ipſa permutata contraria ſuſcipiat: non vt re mutata ipſa imutata imutabiliſqꝫ permaneat. Atqꝫ hoc dictũ eſt: ſi quis orationem atqꝫ opinionẽ contrarioruꝫ ſuſcetibiles putet. non autẽ eſſe orationẽ atqꝫ opinionem contrariorũ ſuſceptibiles ipſe rurſus adiecit. Non eſt autem hoc verũ: eteniꝫ oratio ⁊ opinio non quo ipſa ſuſcipiant aliquid: contrariorum ſuſceptibilia eſſe dicuntur: Sed quocirca alterum aliqua paſſio facta ſit. Ait enim orationeꝫ atqꝫ opionẽ ipſa quidem nullius eſſe cõtrariorũ ſuſceptibilia: neqꝫ enim falſitas veritaſqꝫ in oratione vel opinione inſita eſt. Sed idcirco videntur contrariorũ eſſe ſuſceptibilia: quod (vt ipſe ait) circa alteram quandã paſſionẽ ſint hoc eſt circa hoc eſſe opinionem vel orationem. Naꝫ circa ſedere ⁊ non ſedere que ſunt contraria: eſt ſedendi aliquem ⁊ non ſedẽdi opinio vel oratio. atqꝫ ideo quoniã circa alias res ſunt: que ſibi ſunt contrarie. Illis permutatis iſta videntur eſſe contraria: non ꝙ ipſa ſuſcipiant: ſed quod circa contrarias paſſiones rerum ſint. Nam neqꝫ oratio neqꝫ opinio permutatur: ſed ſola tantuꝫ de quibus eſt ipſa oratio atqꝫ opinio: id eſt ſedere ⁊ non ſedere. Quocirca quoniã nullã ipſa oratio vel opinio ſuſcipiunt paſſionem: nec quicq̃ꝫ in eis ſit: atqꝫ euenit contrarium: contrariorum eſſe ſuſceptibilia non videntur. At ſubſtantia eo ꝙ ipſa ſuſcipiat cõtrarium: contrariorum dicitur eſſe ſuſceptibilis. cicero eniꝫ ſuſcipiens ſãitatẽ ſanꝰ ſit: ſuſcipiẽs egritudinẽ ſit eger. Oratio vero atqꝫ opinio (vt dictũ eſt) cõtraria nõ ſuſcipiũt. Quare erit hoc proprium ſubſtantie contrariorum eſſe ſuſceptibilem. ¶ Sed ſi quis forſitan dicat: cur cum ignis calidus ſit nũq̃ꝫ frigus ſuſcipiat: ⁊ cur cum aqua ſit humida nunquam ſuſcipiat ſiccitatem. His enim oppoſitis videtur non omnis ſubſtantia contrariorũ eſſe ſuſceptibilis: ⁊ ſubſtantie hoc proprium infirmabitur: cuꝫ nõ ſit in omnibus ſubſtantijs. Sed dicenduꝫ eſt quoniã ea contraria ſuſcipere videntur ſubſtantie: que ſunt in eius natura non inſita: alioquin non ſuſcipit quicquid illi ſubſtantialiter adeſt. Suſcipere enim dicimꝰ aliqd de rebus extrinſecus poſitis ⁊ preter ſubſtantiam conſtitutis; quoniam igitur in ſubſtantia ignis ineſt calidũ eſſe: ignis calorẽ nõ ſuſcipit: quocirca neqꝫ eſt ignis caloris ſuſceptibilis: neqꝫ frigoris. Calorem quidem non ſuſcipit: idcirco ꝙ eiuſ nature ſubſtantieqꝫ immutabiliter adheſit. Frigus enim non ſuſcipit: quoniã caloris natura ipſius ignis contrarium ſponte repudiat. Quocirca ſi quid eſt quod ſuſcipiat ignis: id ẽ extrinſecus poſitũ: accipiat. neceſſe eſt eius quoqꝫ contrarium ipſe vnus ꝑmanẽs ac ſingularis. Ideꝫ quoqꝫ de aqua dicendũ eſt: illa enim ſicut ignis calorem: ſic nõ ſuſcipit humiditatẽ: ſed eſt quodãmodo ⁊ ipſa humiditas naturaliter inſita: atqꝫ ideo calor ignis vel humiditas aque non ſolum qualitates dicũtur: ſed etiam ſubſtantiales ignis ⁊ aque qualitates. nãqꝫ aqua quoniã in ſe neqꝫ frigus neqꝫ calorem ſubſtãtialiter habet: ſuſceptibilis ⁊ frigoris ⁊ caloris eſſe dicit̃. Quocirca nõ de his contrarijs loquitur: que ſubſtantialiter inſunt: ſed de his que poteſt ſuſcipere vnaqueqꝫ ſubſtantia: id eſt quod poteſt extrinſecus exhiberi: hoc autem in omnibus eſſe ſubſtãtijs manifeſtũ eſt. Nã quoniã ſi cicero hõ ſanus ⁊ eger eſt: ⁊ ſi hõ ſanus ⁊ eger eſt: aĩal ſanũ atqꝫ egrotũ ẽ Sed cum duobus modis animal atqꝫ homo ſpectent̃: vno quod de pluribus predicentur: altero quod ſubſtãtie ſint: in eo ꝙ de pluribus predicãtur: contrariorũ ſuſceptiua non ſunt: vt animal in eo ꝙ de ſpeciebus dicit̃ neqꝫ ſapiens eſt neqꝫ inſipiens: ⁊ homo in eo ꝙ de indiuiduis dicit̃: neqꝫ ſanꝰ eſt neqꝫ eger. In eo vero ꝙ ſubſtantie ſunt; ⁊ ꝙ indiuiduis ſubſtantijs preſunt: cõtrariorũ ſuſceptibiles ſunt. Quocirca erit hoc ſolius ꝓpriũ ſubſtantie contrariorũ eſſe ſuſceptibilẽ. Hec de ſubſtantia dicta ſufficiãt. Secundi vero voluminis ſeries ab expoſitione inchoabitur quantitatis.

Explicit primus cõmentariorum liber. Incipit ſecundus a quantitatis predicamento.

e

T ſi nos cure officij conſularis impediũt: quo minus in his ſtudijs omne ociuꝫ pleneqꝫ operã cõſumamus: pertinere tamen videtur hoc ad aliquã reipublice curã: elucubrate rei doctrina ciues inſtruere. Nec male de ciuibus meis merear: ſi cũ priſca hominum virtus vrbiũ ceterarũ ad hanc vnam republicã dominationem imperiorumqꝫ tranſtulerit: ego id ſaltim quod reliquuꝫ eſt: grece ſapientie artibus mores noſtre ciuitatis inſtruxero. Quare ne hoc quidem ipſum conſulis vacet officio: cũ romani fuerit ſemper moris quod vbicunqꝫ gentiuꝫ pulchrum eſſet atqꝫ laudabile: id magis ac magis imitatione honeſtare. Aggrediar igitur ⁊ propoſiti ſententiã operis ordineqꝫ conterã.

q

Uantitatis autem aliud quidem eſt diſcretum: aliud continuũ: ⁊ aliud



d

quidem ex habētibus poſitionē ad ſe inuicē ſuis partibus conſtat: aliud aūt ex nō habentibus poſitionē. Eſt autē diſcreta quātitas: vt numerus ⁊ oratio. Cōtinua vero: vt linea ſuperficies corpus. Amplius autē ⁊ preter hec eſt tempus ⁊ locus. Partium etenī numeri nullus eſt cōmunis terminus ad quem copulātur particule eius: vt quīqꝫ ſi ad decē ſunt particule: ad nullū cōmunē terminū copulantur quinqꝫ ⁊ quinqꝫ: ſed ſemper diſcreta ſunt ⁊ ſeparata. Sed ⁊ tria ⁊ ſeptē ad nullū cōmunē terminū coniunguntur. oino autē nō habeas in numero accipere cōmunē terminū partiū: ſed ſemper diſcrete ⁊ ſeparate ſunt. Quapropter numerus quidē diſcretorū eſt. Similiter autē ⁊ oratio diſcretorum eſt. Nā quidē enim quātitas ſit oratio: manifeſtū eſt. menſuratur enī ſyllaba breui ⁊ longa. Dico aūt orationē cum voce factā ad nullū enī cōem terminū particule eius copulantur. Non enī eſt cōis terminus: ad quē ſyllabe copulātur ſed vnaqueqꝫ diuiſa eſt ipſa ſcdm ſeipſam.

Poſt ſubſtantie tractatum cur de quantitate potius ac nō de qualitate propoſuerit: hec cauſa eſt: ꝙ omnia que cūqꝫ ſunt ſimul atqꝫ ſunt in numerum cadūt. Omnis enim res aut eſt vna aut plures. vnum vero vel plures quātitatis ſcientia colligūtur. Sed nō omnis res ſimul atqꝫ eſt aliquam accipit qualitatem. Ipſa enim materia ſub quantitatis quidem principium cadit: quod vna eſt: ſub qualitate vero minime: ipſa eniꝫ eſt interim cūctis qualitatibꝰ abſoluta. ſuperaddita vero forma quādam afficitur qualitate: per ſe autem numero quidē vna ē: qualitate vero nulla. quocirca ſi res omnis ſimul atqꝫ eſt cadit in numerū. Non autem omnis res mox vt eſt ſtatim ſuſcipiet qualitatē: recte prius de quantitate ꝓpoſuit. ¶ Eſt quoqꝫ alia cauſa cur prius de quantitatis ratione pertractet. Omne enim corpus vt ſit: tribus dimenſionibus conſtat longitudine latitudine altitudine. Ut vero ſit corpus cū qualitate: tūc erit aut albū aut nigrū aut quodlibet aliud: ⁊ quoniaꝫ prius eſt eſſe corpus: poſt vero eſſe corpus album: prius erit corpori tribus conſtare dimenſionibus quam eſſe album. Sed tres dimenſiones ⁊ numero ⁊ continuatione ſpacij quantitates ſunt. Longitudo enim ⁊ latitudo ⁊ altitudo in quantitatibꝰ numerantur: album vero qualitatis eſt. Quocirca ſi prius eſt ex tribus cōſtare dimēſionibus ꝗ̄ eſſe album: prior erit qualitate quantitas quocirca recte eſt tractatus de ꝗ̄titate ꝓpoſitus. Item alia cauſa: ꝙ quantitas plura habet ſubſtantie conſimilia. Nam quemadmodū ſubſtantie nihil eſt contrariū ⁊ ſubſtantia non recipit magis ⁊ minus: ſic etiā ꝗ̄titas: ꝗ̄titati enim nihil eſt contrariū: nec ꝗ̄titas recipit magis ⁊ minus: vt paulopoſt docebimus. Qualitas vero ⁊ contraria ſuſcipit: vt album ⁊ nigrum: ⁊ magis ⁊ minus: vt candidius ⁊ nigrius: ⁊ caldiſſimū ⁊ nigerrimū id eniꝫ ſumit intentionē quod poteſt ſumere diminutionē. Quod ſi ſubſtātie ſimilior quātitas eſt: recte poſt ſubſtantiam de quantitate propoſuit. Quantitatis aūt dicit eſſe differentias duas. quantitatis namqꝫ alia diſcreta ⁊ diſgregata: alia vero cōtinua. Poſt hanc rurſus diuiſionē alio modo pertitus eſt quantitatem. dicit enī quantitatis alia eſſe: que cōſtent ex habentibus poſitionem ad ſe inuicem ſuis partibus: alia vero ex non habētibus poſitionem vnam vero rem diuerſe poſſe diuidi manifeſtum eſt hoc modo: vt ſi quis diuidat animal dicens: Animaliū alia ſunt rationalia: alia irrationalia: ⁊ rurſus eandem ipſam rē alio partiamus modo vt eſt, animaliū alia ſunt greſſibilia: alia nō greſſibilia. Eorūqꝫ animaliū rurſus alia ſunt carnibus veſcentia: alia herbis: alia ſeminibus. Hic ergo vna eadēqꝫ res diuerſo ordine modoqꝫ diuiſa ē. Ita igitur ariſtotiles vnū idemqꝫ ꝗ̄titatis nomen diuerſe ꝑtitus eſt: in ea. ſ. que diſcreta eſſent: vel que continua: ⁊ in ea que haberēt poſitionem ꝑtium: vel que non haberent. Sed de ſecunda diuiſione poſterius dicendum eſt: nunc prima tractetur. Ait enim de prima diuiſione hoc modo. ¶ Quantitatis aliud eſt continuum: aliud diſgregatum. Diſgregatū eſt cuius partes nullo cōmuni termino coniunguntur. Continuū vero cuius partes habent aliquem cōmunē terminū: ad quē videantur eſſe coniuncte. Diſcretarū namqꝫ quātitatū ipſe exempla ponit ⁊ ſpecies. Oratio enim diſcreta eſt quātitas: eodēqꝫ modo ⁊ numerus ⁊ numerū eſſe ꝗ̄titatē nemo dubitat. Diſcreta vero eſt quoniā denarius numerꝰ cuꝫ cōſtet ex quīqꝫ ⁊ quīqꝫ: q̄ res quinariū ad quinariū iūgat vt faciat denarij corpꝰ: nō poteſt inueniri. Nam ſi tres ⁊ ſeptem quis dixerit: quo cōi termino tres ⁊ ſeptem coniungantur: vt denarij reddatur vnum integrū corpus: nullus inueniet. Atqꝫ hoc quidē in omni numero ſpeculari licet. Nullus enim numerus ita partes habet: vt eas aliquis cōmunis terminus iungat: ſed ſemper partes ipſe diſiuncte atqꝫ diſcrete ſunt: ⁊ huiuſmodi vocatur ꝗ̄titas diſcreta. Numerꝰ ergo diſcreta ꝗ̄titas eſt. orationem vero quātitatē eſſe dicit: idcirco ꝙ omnis oratio ex nomine ⁊ verbo conſtet: ſed hec ſyllabis conſtant. Omnis autem ſyllaba vel lōga vel breuis eſt. Longū vero vel breue ſine vlla dubitatiōe ꝗ̄titas eſt. quocirca quod ex ꝗ̄titatibus conſtat: id ꝗ̄titatē eſſe quis dubitet: at vero oratio ipſa cuꝫ ſit quātitas: illa quoqꝫ diſcreta eſt. Cum enim dico cicero q̄ orationis eſt pars: partes huius nominis: ci. ⁊. ce. ⁊. ro. nullo communi termino coniunguntur. Non enim reperimus: quo cōmuni termino iungatur. ci. ſyllaba ad ce. ſyllabā. Uel rurſus ce. ſyllaba ad ro. ſyllabam. Quocirca etiam oratio quantitas videtur eſſe diſcreta. Sed ſi quis fortaſſe dicat hunc eſſe commune terminū: quo ita iunguntur: vt aliquid ſignificēt: vt in hoc ipſo nomine cicero: cōmunis ſyllabarū terminꝰ ipſa ſignificatio fit. Si enim ce. ſyllaba q̄ media eſt prima ponatur: ⁊ ro. q̄ vltima eſt: media: ⁊ ci. que prima. vltima: nomen quod erat antea ideſt cicero tranſuerſis per loca ſyllabis nihil ſignificabit. Illi dicendū eſt quoniam ſi quecūqꝫ in quadam oratione proferantur ſiue ſignificēt: ſiue nihil ſignificent: ſyllabarum cōmunis terminus nullus eſt. Nā ſiquis dicat permutatis ſyllabis quod eſt cicero cerodi: ſignificationem quidē amiſit: ſed equaliter ſyllabe ad nullū cōmunem terminū cōiunguntur. Quod ſi quis hunc quidem ipſum ſermonem aliquid ſignificare poſuerit: vt hoc ipſū cicer aliquid ſignificet. Significatio quidē addita eſt: nullus tamen ſyllabis cōmunis terminꝰ appoſitꝰ. Quare ſiue ſignificet ſiue nihil ſignificet nomen partes eius diſcrete atqꝫ diſiuncte ſunt ⁊ nullo cōmuni termino coniunguntur. quoniā vero greca oratione λόγοσ dicitur etiā animi cogitatio ⁊ intra ſe ratiocinatio: λόγοσ quoqꝫ ⁊ oratio dicitur ne quis ariſtotelē cum diceret λόγον ideſt orationem quātitatem eſſe diſcretā: de eo putaret dicere quem quiſqꝫ λόγον ideſt rationem in propria cogitatione diſponeret: hoc addidi. dico autem illam que fit cum voce orationem. Apud romanam nāqꝫ linguam diſcreta ſunt vocabula orationis atqꝫ rationis. Greca vō oratio vtriuſqꝫ vocabulū ⁊ rationis ⁊ orationis λόγον appellat. Quare ne quid mendax trāſlatio culparetur: idcirco hoc quoqꝫ addidi. Dico vero illā que fit cū voce orationē. apud latinos enim nulla alia oratio eſt preter hanc ſo-



lā que fit cū voce orationem. Apud grecos vero eſt aliꝰ qui fit in animi cogitatione. Quocirca ne quid deeſſet: etiam hoc quod ad latinam orationem minus eſſet conueniens tranſtuli. Quod quare ita fecerim: hac expoſitione patefeci. atqꝫ hec q̄dē de diſcreta ꝗ̄titate ſufficiant. ¶ Continua vero quātitas eſt (vt dictū eſt) cuius quātitatis partium cōmunis terminus inuenitur: vt eſt linea: ſuperficies: corpꝰ. ⁊ preter hec tēpus: ⁊ locus: quod ipſe ariſtoteles deſignat his verbis

Linea vero cōtinua eſt: eſt enim ſumere cōmunē terminū ad quē particule eius copulātur punctū: ⁊ ſuperficiei lineā. plani nanqꝫ ad quendā cōmunē terminū particule copulantur. Similiter autē ⁊ in corpore poteris ſumere cōmunē terminū lineā vel ſupficiē: ad quē copulantur corporis particule.

¶ Poſtqꝫ de diſcretis explicuit trāſit ad ſpēs ꝯtinue quātitatis. Continue aūt quantitates ſunt (vt dictuꝫ eſt) quarū partibus quidā cōmunis eſt terminus: vt linea. Si quis enim diuidat lineam: que eſt longitudo ſine latitudine duas in vtraqꝫ diuiſione lineas facit: ⁊ vtriuſqꝫ ex diuiſione linee ſingula in extremitatibꝰ puncta redduntur. Linee enim termini puncta ſunt. quocirca cū illa linea diuiſa nō eſſet: vtraqꝫ puncta que in vtriſqꝫ linearū capitibus poſt diuiſionē apparent: ſimul antea fuiſſe intelliguntur: que ſunt in diuiſione ſeparata. Intelligitur ergo partiū linee cōmunis terminꝰ punctum: ideſt quoddā paruiſſimū: quod in partes diuidi ſecariqꝫ non poſſit. Superficies quoqꝫ: que ē latitudo ſine altitudine: ꝯmunē terminū habet in partibꝰ lineā: corpus vero ſolidū ſuperficiē. Eodē vero modo diuiſa ſuperficies duas ꝑ ſingulas partes lineas efficiet: quēadmodū ⁊ linea diuiſa duo puncta altrinſecus reddebātur. Corpus quoqꝫ ſolidū cū diuiſeris: duas in vtriſqꝫ diuiſionis partibus ſuperficies facies: que cum coniūcta ſint atqꝫ indiuiſa: punctum quidē partiū linee intelligitur cōmunis terminus. Linea vero ſuperficiei: ſupficies autem ſolidi corporis. Eſt autem ſignum continui corporis: ſi vna pars mota ſit totum corpus moueri: vl' ſi totū corpus mouetur certe ſimul alie partes vicine mouebūtur: vt ſi iaceat virgula vel ex ere: vel ex ligno: vel ex quolibet alio metallo: ſi qs vnū eiꝰ caput vl' quālibet eius partem moueat: tota mox virgula cōmouetur. Hoc autem idcirco euenit quod eius partes quodam cōmuni termino coniunguntur: ⁊ ille cōmunis terminus vna parte mota ceteras mouet. hoc vero in diſcretis nō eſt. In numero nāqꝫ cuꝫ ſint decē: ſi vnum mouero ceteri non mouentur: immoti enim permanēt nouē. ⁊ plenus tritico ſit modius: ſi vnum tritici granū mouero: nō oīa continuo grana cōmouebūtur. Idcirco quod diſcreta eſt multitudo nec granum grano vllo cōi termino videtur implicitum. At vero ſi ipſius grani pars vna ſit mota: totū corpꝰ grani moueat neceſſe eſt. Nō autē nūc hoc dicitur: ꝙ linea conſtet ex punctis: aut ſuperficies ex lineis: aut ſolidum corpus ex ſuperficiebus. Sed ꝙ vel linee termini puncta ſunt: vel ſuperficiei linee: vel ſolidi corporis ſuperficies: nullaqꝫ res ſuis terminis conſtat. Quocirca punctū linee non erit pars. ſed cōmunis terminus partium. Superficiei linea: vel ſuperficies ſolidi corporis nō erunt partes: ſed partiū termini cōmunes. Conſtat igitur ⁊ lineā ⁊ ſupficiē ⁊ ſolidi corporis craſſitudinē eſſe cōtinuam ꝗ̄titatem. His alia rurſus apponit.

Eſt autē taliū ⁊ tēpus ⁊ locus: preſens enī tēpus ⁊ ad preteritū ⁊ ad futurū copulatur. Rurſus locus cōtinuorū eſt. locū enī quendā corporis particule optinent: que ad quādā cōmunē terminū copulant. igitur ⁊ loci particule: que obtinent ſingulas corporis partes: ad eundē terminū copulant ad quē corporis particule. Quapropter continuus erit locus. Ad vnum enī terminū cōmunē copulātur eius particule.

¶ Tempus quoqꝫ ⁊ locū cōtinue ꝗ̄titatis eſſe pronūciat. Tempus nanqꝫ eſſe ꝗ̄titatem res illa demonſtrat quod in ſpacio ideſt in longitudine ⁊ in breuitate conſideratur. Continuū vero eſſe res illa demonſtrat: ꝙ partes temporis habent aliquē cōmunem terminum ac mediū: ad quē cōiungantur extrema. Naꝫ cū ſint partes tēporis preteritū ⁊ futurū: horū preſens tempus cōis eſt terminꝰ. huiꝰ nāqꝫ finis eſt: illius initiū. Locus quoqꝫ continuorū eſt. Locū vero dicimus quodcūqꝫ illud ſit quod partes corporis tenet ſiue ſupra: ſiue a latere: ſeu ſubter ſit: locus dicitur. Quod ſi cuncte partes corporis locū aliquē tenēt: ⁊ qui circa corpus eſt locus per omne corporis ſpaciū parteſqꝫ diffunditur: que omnis corporis ꝑtes a loci partibꝰ occupabūtur. Quod ſi ita eſt: q cōmunis terminus cōiungebat corporis partes: eius termini locus illa quoqꝫ loca que ſunt corporis partiū iūgit. ⁊ eſt eodē modo locus de continua ꝗ̄titate: quēadmodū ⁊ corpus. Ita eniꝫ cōmunis terminus inuenitur in loco partium quēadmoduꝫ corporis: idcirco ꝙ corporis locus per corpus omne diffunditur. Quod autē dixit. ſunt autem taliū ⁊ locus ⁊ tempus. quoniam ſuperius de continuis loquebatur: tēpus quoqꝫ vel locū cōtinuis addidit dicens. Sunt autē taliū ⁊ tēpus ⁊ locus ideſt cōtinuorū. ſed poſt ꝯtinue diſcreteqꝫ quātitatis diuiſionē aliam a principio rurſus orditur.

Amplius autē alie quidē conſtant ex particulis que in eis ſunt poſitionē ad ſe inuicē habētibus. Alie autē ex nō habentibus poſitionē: vt linee quidē particule poſitionem habēt ad ſe inuicē. Singulū enī eorū ſitum eſt alicubi: ⁊ habes vnde ſumas ⁊ aſſignes vnūquodqꝫ vbi ſitū eſt in plano: ⁊ ad quā particulā reliquarū copulatur. ſimiliter autē ⁊ particule plani habent quādā poſitionē. ſimiliter nāqꝫ vnūquodqꝫ oſtendiē vbi iacet ⁊ que ad ſe inuicē copulētur. Sed ⁊ ſoliditatis quoqꝫ ⁊ loci ſimiliter.

Rurſus digerit quantitatis differentias. Sunt enim ꝗ̄titatis alie quidē que ex habentibus poſitionē ad ſe inuicē ſuis partibus cōſtant: alie vero que nullā ꝑtiuꝫ habēt poſitionē. Poſitionē vō ꝑtiū retinere dicunt: q̄r triplex iſta natura ē. ꝓmū vt eiꝰ ꝑtes alicubi ſint: deinde ne pereant. Tertio vō vt ſeſe partes ipſe cōiungant: ⁊ ꝓpria ſe ordinatiōe cōtinuent: vt eſt linea. Poſita enī linea in ſuperficie poſſis agnoſcere vbi partes eiꝰ ſunt: ut dicas caput quidē linee eſt ad dexterā: mediū vero hoc loco: extremitas eſt ad ſiniſtrā: ⁊ hec manentibus ipſis partibꝰ dicūtur. Partes enī linee nō pereunt: ſed in loco in quo ſunt ꝑmanent. Poſſis quoqꝫ monſtrare: que pars linee cui parti continuet. i. ad quā partē caput alterius partis extremitas: que cōiungitur: vt dicas hec pars: verbi gratia: medietas linee hic diffinitur: locum vbi deſinat mōſtrans. alia rurſus pars linee totiꝰ hinc incipit. Ergo linea poſita in ſuperficie qualibet ⁊ locū aliquē partes eius retinent: ⁊ partes ipſe nō pereūt: vt poſſit quilibet agnoſcere vbi extremitas partiū cōiungatur: ⁊ quo ad ſe inuicē loco cōtinuent. hoc quoqꝫ idē in ſuperficie euenit. Partes enī ſupficiei in aliquo loco ſunt: ⁊ ipſe quoqꝫ nō pereunt: ⁊ vbi pars parti iungat oſtendit. idem quoqꝫ ſoliditas habet: ⁊ loci quoqꝫ par-

tes continuãtur ad eas. ſ. partes: ad quas corporis par
tes ſibimet cõtinuantur: ſicut iã ſupra dictũ eſt. Quocir
ca eiuſdẽ naturę erit ⁊ locus: cuius tota ſoliditas erat.
Ergo ⁊ locus ex eodẽ genere quãtitatis eſt quo eſt ⁊ ſo
liditas. i. ex habentibꝰ ad ſe inuicẽ poſitionẽ ſuis parti
bus cõſtans. Locus igitur ⁊ ipſe ex habẽtibꝰ ſuis par
tibus poſitionẽ ad ſe inuicẽ conſtat. Ergo tria hęc (ſicut
ſupra dictũ eſt) ↄſiderãda ſunt: ut ad ſe inuicẽ poſitionẽ
partes habere videãtur. i. locũ in quo ꝑtes ipſę ſint po
ſitę: ut ꝑtes illę nõ pereãt: ut ſit partiũ ↄtinẽtia atq; cõti
nuatio. Qđ ſi qs dicat hoc loco deeſſe eo qđ i loco nõ ſit:
in loco. n. cũcta ſunt: locꝰ vo in loco eſſe nõ poterit. Di
cendũ eſt qm̃ idcirco ſuperficies ⁊ ſoliditas ⁊ linea habe
re poſitionẽ partiuꝫ dicunt̃ ꝙ in loco ſint: ⁊ partes ꝑma
neant: ⁊ ſint ↄtinuę. Quare multo magis ipſe locꝰ cuiꝰ
neq; partes pereũt: ⁊ ſibi ꝑpetue cõtinuantimq; cõiun
ctę ſunt: habere poſitionẽ partiuꝫ dr̃: ⁊ de his quidẽ q̃
ex habentibus poſitionẽ ad ſe inuicẽ ſuis partibus cõ
ſtant: hęc dicta ſint. Quę vero non habent poſitionem:
ipſe rurſus adiecit.

In numero autẽ nõ poterit quiſq̃ oſtẽdere
quẽadmodũ particulę eius poſitionem ali
quã ad ſe inuicẽ habeãt: aut ſint ſitę alicubi:
aut quę particulę eius ad ſe inuicem nectan
tur. Sed neq; ea quę tẽporis ſunt. nihil enĩ
ꝑmanẽt particulę tẽporis. qđ aũt nõ eſt par
manẽs: quõ poſitionẽ aliquã habebit? ſed
magis quẽdã ordinẽ particularũ dices ha
bere: ut aliquid quidẽ primũ ſit tẽporis: ali
ud vero poſterius. Sed ⁊ de numero ſimi
liter: eo ꝙ prius numerat̃ vnũ q̃ duo: ⁊ duo
q̃ tria: ⁊ ita habebunt quẽdã ordinẽ: poſitio
nẽ vero nõ multũ accipies: ſed oratio ſimi
liter. nihil enĩ permanẽt particulę eius: ſed
dictũ ẽ ⁊ nõ eſt amplius ſumi hoc. quapro
pter nõ erit poſitio particularuꝫ eius: ſiqdẽ
nihil ꝑmanent. alia itaq; cõſtant ex particu
lis quę in eis ſunt poſitionẽ ad ſe inuicẽ ha
bẽtibus: alia aũt ex nõ habẽtibus poſitionẽ

¶ Hec. ſ. idcirco nullã poſitionẽ ad ſe inuicẽ partiũ reti
nẽt: ꝙ his aliqd de ſupra dictis rebꝰ deeſſe manifeſtũ eſt
Numerꝰ. n. ipſe diſcretꝰ eſt: nec ꝑtes eiꝰ ad ſe inuicẽ con
iũgunt̃: ſed oĩno diſcretę ſũt. Atq; idcirco nõ eſt ex hiſ
quę habẽt ad ſe inuicẽ aliquã partiũ poſitionẽ. nec vero
poſſis oſtẽdere: qui numerꝰ quo loco iaceat. habere autẽ
poſitionem dicitur: quod (vt dictũ eſt) ⁊ in loco aliquo
poſitũ eſt: ⁊ ipſa poſitio manentibus partibus conſtat
⁊ ad ſe inuicẽ coniunctis cõtinuatiſq;: vt vbi queq; ia
ceat: ⁊ quę ad quã continuet̃ poſſit oſtendi. in numero
vero nihil horum eſt. Nã neq; in aliquo loco eſſe poſitꝰ
demonſtratur: nec eius partes cõiunctę ſunt. Quocirca
numero ex his tribus quę diximus: duę res deſunt: lo
ci poſitio: ⁊ partium continuatio. tempus etiaꝫ q̃q̃ ſint
eius partes cõtinuę: tamẽ quoniã nõ permanent: ſed ſe
per mouentur ſemperq; pretereunt: habere poſitionem
partium nõ dicitur. Semper enim veloci agitatiõe tor
quetur: ⁊ currentis aquę more in nulla vnq̃ ſtatione cõ
ſiſtit. ꝙ quia partes eius nõ permanent: ex habentibus
ad ſe inuicẽ poſitionẽ ſuis partibus conſtare non dicit̃.
Sed hęc q̃q̃ poſitionem partiũ habere nõ poſſunt: ta
mẽ habent ordinem quẽdã: quẽ preter poſitionẽ partiũ
tantũ retinent. Dicimus enĩ priorẽ eſſe binariũ q̃ ter
narium: atq; hunc q̃ quaternariuꝫ: ⁊ in tempore nimi
rũ idem ordo conuertitur. Prius enim futurũ preſente
preſenſq; preterito. Quocirca ⁊ ſi hęc non habent aliq̃
partiũ poſitionẽ: retinẽt tñ ordinẽ. Quod vo poſitiõem
vero non multuꝫ accipes. tale eſt ac ſi diceret penitus nõ
accipias. Multũ enim pro omnino videtur adiũctuꝫ.
ac ſi diceret poſitionẽ vero omnino nõ accipies. Idcirco
ꝙ ipſa quidẽ continuatio dat aliquã imaginem: ꝙ poſ
ſit habere aliquã partiũ poſitionem. ſed hoc minime eſt.
Idcirco ꝙ q̃uis ſint cõtinuę quantitates: ſi tamen vno
careant ex his quę ſuperius dicta ſunt: poſitionem par
tiũ habere non poſſunt. Nam aqua quã fiſtula euomit:
dũ cadit quidẽ retinet poſitionem: cũ vero iam effuſe vn
dę ſe miſcuerit: poſitionẽ partiũ perdit. ⁊ fluuius quoq;
quando in pelagus fluit: ⁊ poſitioneꝫ videtur habere ꝑ
tium ⁊ eſſe continuus: cũ noduꝫ marinę aquę fluuij ſu
perficies ipſa permixta eſt: cũ vero extremitas amnis
marina alluuione cõtingitur: totã ſine dubio poſitioneꝫ
videtur amittere. Oratio quoq; ſimiliter ſeſe habet. nã
nec ipa vllo loco poſita eſt: nec eius partes ad aliquã con
iunguntur: ſed ad ſe inuicẽ illę diſcretę ſunt: nec cuꝫ eiꝰ
partes dictę ſunt: permanent. atq; hoc eſt quod ait. Sꝫ
dictum eſt ⁊ non eſt vltra hoc ſumi. Mox enim dicitur
ſermo: mox preterit: nec vlla ratione poterit permanere
quare mox vt aliquid dictum ſit: ei partes oſtendi: ⁊ ad
demonſtrationem ſumi nõ poſſunt. Conſtat igitur ora
tionem quoq; ex his eſſe quę poſitionẽ partium non ha
bent. de ordine vero dubium eſt. Naꝫ ſi quis ſermo ali
quid ſignificet: vt eſt cicero: eſt in eo quidã ordo ꝙ ci ſyl
laba primũ dicitur: ſecunda vero ce. tertia ro. ⁊ potius
ex ſignificatiõe ordinẽ ſumit: ſi vero nihil ſignificet: nec
ordinem dicitur habere: vt ſcindapſus nihil quidem
ſignificat: ſed ſiue ſecũdã ſyllabam primã ponas: ſiue vl
timam primã: ſiue quomodolibet ſyllabarũ ordinẽ ſeri
emq; permiſceas: idem erit. in ſignificatiuis enim voci
bus idcirco eſſe dicitur: ꝙ illo ordine permutato vis ſi
gnificationis euertitur. hic vero vbi nulla eſt ſignificatiõ
nihil intereſt quomodolibet iaceant partes. Quare ora
tio in aliquibus quideꝫ habet ordinẽ partium: in alijs
vero nec ordo ipẽ poterit inueniri. An fortaſſe oratio di
ci non poteſt quę nihil ſignificat: ⁊ nulla eſt oratio: quę
ordinẽ nõ habeat. Ergo ſecundũ priorẽ quãtitatis di
uiſionẽ vbi dicebatur quantitatis alia eſſe cõtinua: alia
vero diſcreta. Quinq; ſunt continua: duo vero diſcreta
Continua quidem linea: ſuperficies: ſoliditas: locus: tẽ
pus. Diſcreta vero numerus ⁊ oratio. In hac vero ſecũ
da diuiſione qua dicit alias quantitates ex habentibus
ad ſe inuicẽ poſitionem conſtare partibus. Quatuor qui
dem ſunt quę retinẽt poſitionem: ideſt linea: ſuperficies
corpus: locus. Tria vero quę poſitionem non habent:
ſed ex his duo ſemꝑ ordinẽ retinent: tẽpus. ſ. ⁊ nume
rus. Oratio vo ſi qd ſignificet habet ordinẽ. ſi vero ni
hil ſignificet: inordinata eſt: ſi tñ oratio nihil ſignificans
dici poſſit: his dictis ipſe cõcludit dicens. Igit̃ alia ex
habentibꝰ ad ſe inuicẽ partibus poſitionẽ conſtant: alia
vero ex nõ habentibꝰ poſitionẽ. Hac igitur diuiſione fi
nita tranſit ad cętera monſtrans quę ꝓprię quãtitates
nuncupãtur: quę ſcdm̃ accidens.

p Roprię autẽ quãtitates hę ſolę di
cuntur: quas diximus: alia vero oĩa
ſcdm̃ accidens: ad hęc enim aſpiciẽ
tes ⁊ alia dicimus quantitates: vt multum
dicitur album eo ꝙ ſuperficies multa ſit: ⁊
actio longa eo ꝙ tẽpus multuꝫ ſit: ⁊ motus
multus. neq; enĩ horꝫ ſingulꝫ per ſe quan
titas dicit̃: vt ſi quis aſſignet quanta aliqua
ſit actio tẽpore diffiniet anni menſurã: vel
ſic aliquo modo aſſignans: ⁊ album quãtuꝫ
ſit aſſignãs: ſuperficie diffiniet. Quãta enĩ
ſupficies fuerit: tãtũ eſſe albuꝫ dices. Qua
re ſolę proprię ⁊ ſcdm̃ ſeipſas quãtitates di



cuntur quę dictę ſunt: aliorum vero nihil ꝑ
ſe: ſed ſi forte per accidens.
¶ Principaliter aliquid eſſe dr̃: qđ per ſe tale eſt: qua
le eſſe demonſtratur. Secundum accidẽs vero illud qđ
non per ſe ſed per aliud: tale eſt quale eſt eſſe dicitur: vt
albedo per ſe ineſt colori. ſecundũ naturam enim albi co
lor eſſe dicitur albedo. cũ vero homo dicitur coloratus:
non per ſe dicitur: idcirco ꝙ homo in eo ꝙ homo eſt: co
lor non eſt: ſed quoniã habet colorem: idcirco dicitur co
loratus. Ergo quemadmoduꝫ albũ: idcirco color eſt per
ſe: quoniam color naturale quoddam eſt genus. homo
vero idcirco coloratus dicitur: quoniam habet colorem
⁊ dicitur album quidẽ per ſe ⁊ principaliter color: homo
vero ſecundũ accidens coloratus. Ita quoq; ⁊ quanti
tates. hęc eniꝫ omnia quę dicta ſunt ideſt linea: ſuper
ficies: corpus: numerus: oratio: tempus: per ſe ⁊ ſecun
dũ propriã naturam quantitates dicuntur. Si qua ve
ro alia dicuntur ſecundũ aliquam quantitatẽ: nõ per ſe
ſed ſecundum accidens nominantur: vt album dicitur
multũ: nõ idcirco quod albedo ſit quãtitas: ſed quoniã
multa ſit ſuperficies in qua illud albũ ſit. Si eniꝫ mul
tũ ſpaciũ fuerit i quo albũ ſit: multũ erit albũ. quocirca
non quoniã ipſa albedo per ſe aliquã quantitatẽ habet
ſed quoniã in aliqua quantitate eſt cõſtituta: ideſt in ſu
perficie. Idcirco ſecundũ ſuperficiem quod eſt quãtitas
quę. ſ. per ſe multa eſt albũ multũ dicitur non ſecunduꝫ
ſe. atq; ideo albũ non per ſe nec principaliter ſed ſecũduꝫ
accidens multũ dicitur. Actio quoq; ideo dicitur lõga:
ꝙ multo tempore ſit acta. multam vero ęgritudinem id
circo dicimꝰ: ſi eadẽ multo ſit tẽpore ⁊ motũ multũ: idcir
co ꝙ multo tẽpore factꝰ ſit: vt ſi qs multo tꝑe currat. Si
qs vero multũ curſuꝫ dicat illũ eſſe: q ſit velociſſimꝰ: illę
nõ cõuenienter ſermone vtitur. Velocitas eniꝫ nõ quã
titas: ſed potius qualitas eſt. quales enim ſecundũ eaꝫ
dicimur ideſt veloces: non quanti. Secundũ quãtitatẽ
vero multũ dicitur. hoc autem monſtrat ipſa rerũ diffi
nitio. qui enim multũ albũ monſtrare deſideret: ⁊ pro
prio termino rationis includere: illi dicendũ eſt multuꝫ
eſſe albũ: ꝙ in multa iaceat ſuperficie: ⁊ motũ atq; actio
nẽm multã: quę longo tempore perficiantur. quare qm̃
ad proprias quantitates aſpicientes atq; ad eas res cę
teras referentes quantitates vocamus: vt album ad ſu
perficiem quę vere eſt quantitas: ⁊ curſuꝫ ⁊ aliquẽ mo
tum atq; actionem ad tempus: ꝙ ipſuꝫ vere quantitas
eſt: reducimus. Hęc non per ſe quãtitates: ſed per eas q̃
proprie quantitates dictę ſunt: nominãtur. Quocirca
quoniam quod per ſe nõ eſt: ſecũdũ accidens eſt: recte cę
tera omnia preter ea quę ſuperius in quantitate nume
rata ſunt: per accidens eſſe non per ſe quantitates dicun
tur. Solę igitur ꝓprie ⁊ ſecundũ ſe ipſe quantitates di
cũtur hę quę ſuperius cõprehẽſę ſunt. Alia vero per ſe
quantitates non ſunt: ſed (vt ipſe ait) forte per accidẽs
Poſt diuiſionẽ vero cõtinui atq; diſcreti ⁊ habentis po
ſitionẽ partium ⁊ non habentis: ⁊ quę per ſe ſunt prin
cipaliter ⁊ rurſus per accidens quantitates: ſolito more
viam inueniendi quantitatum proprietates ingredit̃.

Amplius quãtitati nihil eſt cõtrariũ. in de
finitis enim manifeſtuꝫ eſt: qm̃ nihil eſt cõ
trariuꝫ: vt bicubito vel tricubito: vel ſupfi
ciei: vel alicui taliuꝫ nihil eſt contrariuꝫ: niſi
forte quis multa paucis dicat eſſe contraria
vel magnuꝫ paruo. horꝫ autẽ nihil eſt quan
titas: ſed magis ad aliquid. nihil enĩ per ſe
ipſuꝫ paruũ vel magnuꝫ dicit̃: ſed eo ꝙ ad
aliud refert̃. nã mons qdã paruus dicit̃: mi
liũ vero magnuꝫ: eo ꝙ hoc quidẽ ſui gene
ris maius ſit: illud vero minus ſui generis.
ergo ad aliud eſt eorꝫ relatio. nã ſi ꝑ ſeipſum
magnuꝫ vel paruũ diceretur: nunq̃ mons
quidẽ paruus: miliũ vero magnuꝫ diceret̃
Rurſus in vico qdẽ plures hoies eſſe dici
mus: in ciuitate vero paucos: cuꝫ ſint coruꝫ
multiplices: ⁊ in domo qdẽ multos: in thea
tro vero paucos: cuꝫ ſint plures. Amplius
bicubituꝫ vel tricubitũ ⁊ vnũquodq; taliuꝫ
quãtitatẽ ſignificat: magnuꝫ vero vel paruũ
nõ ſignificat quantitatẽ: ſed magis ad aliqd
qm̃ ad aliud ſpectat magnũ vel paruũ: qua
re manifeſtũ eſt: qm̃ hęc ad aliqd ſunt. Am
plius ſiue ponat aliquis has eſſe quãtitates
ſiue nõ ponat: nihil illis cõtrariuꝫ erit. Qđ
enĩ nõ põt ſumi ꝑ ſeipſuꝫ: ſed ad ſolã alteri
us relationẽ refert̃: quõ huic aliqd erit con
trariuꝫ. Amplius ſi erunt magnuꝫ ⁊ paruuꝫ
cõtraria cõtingeret: ipſuꝫ idẽ ſimul cõtraria
recipere: ⁊ ea ipſa ſibimet eſſe cõtraria. Con
tingit enĩ idẽ ipſũ ſimul paruũ eſſe ⁊ magnũ
eſt enĩ aliqd ad hoc qdẽ paruuꝫ: ad aliud vo
hoc idẽ ipſum magnuꝫ. quare ideꝫ paruuꝫ ⁊
magnuꝫ in eodẽ tꝑe eſſe cõtingit. quare cõ
traria ſimul ſuſcipiet. Sed nihil eſt ꝙ videa
tur ſimul cõtraria poſſe ſuſcipe: ut ſubſtantia
ſuſceptibilis cõtrariorꝫ quidẽ eſſe videtur:
ſed nullus ſimul ⁊ ſanus ẽ ⁊ ęger: nec albus
⁊ niger ſimul eſt. Nihilq; aliud ſimul ↄtra
ria ſuſcipiet. ⁊ eadẽ ſibiipſi cõtingit eſſe con
traria. Nã ſi eſt magnuꝫ paruo cõtrarium:
ipſuꝫ autẽ idẽ ſimul eſt paruũ ⁊ magnũ: ipſũ
ſibi erit cõtrariuꝫ. Sed ipoſſibile eſt ipſum
ſibi eſſe cõtrarium: nõ eſt igit̃ magnuꝫ par
uo cõtrarium: nec multa paucis. Quare vel
ſi nõ relatiuorꝫ hęc quilibet dicat: ſed quan
titatis nihil habebunt cõtrariuꝫ.
¶ Definita q̃titas eſt: quę alicuius termino numeri
coercet̃: vt ſunt duo vel tres ⁊ quę ad hũc modũ dicunt̃:
vt ſi dicas bicubitũ tricubitũ ⁊ cętera: quę aliqua ꝓpria
ſignificatione definita ſunt: vt eſt ſuperficies vel ſolidi
tas: quid enim ⁊ quę q̃titates dicantur agnoſcit̃. quo
circa harꝫ qm̃ ſunt definitę: nulla vlli cõtraria eſt. neq;
enim bicubito tricubitũ cõtrariũ eſt: ſicut nec numerꝰ
vlli numero. At vero nec ſuperficies ſoliditati: nec ali
quid horꝫ. ſed quoniã quędã indefinita imaginẽ q̃dã
quãtitatis oſtendũt: vt magnũ vel paruũ: quę vident̃
eſſe cõtraria: hęc ſibi ariſtoteles opponit dicens: nõ eſſe
q̃titates ſed magis ad aliqd: quod ipſius ſermonibus
aſtruamus. Sed nõ eſt hoc propriũ quãtitatis non ha
bere cõtraria. nõ enim omnis quantitas cõtrarijs caret
ſed nobis per ſingula queq; currentibꝰ quę quãtitatis
ſpecies contraria nõ habeant: quę ve habeant demon
ſtrãdũ eſt. Linea qdẽ cõtrario caret. linea. n. lineę cõtra
ria non eſt. ſed ſi quis dicat rectã lineã curuę lineę eſſe cõ
trariã fallit̃. Non enĩ in eo ꝙ linea eſt curua linea rectę
lineę cõtraria eſt: ſed in eo ꝙ curua eſt. ⁊ in his nõ lineę
videntur eſſe contrarię: ſed ipſa rectitudo vel curuitas.
Quare nõ in eo ꝙ quãtitas eſt: linea curua recte lineę cõ
traria eſt: ſed in eo ꝙ qualis. Nam qm̃ curuitas ⁊ recti
tudo contraria ſunt ſcdm̃ id ꝙ curua ⁊ recta eſt linea: nõ
ſecundũ ꝙ lineę ſunt ſuſcipiunt cõtrarietatẽ: quocirca li
nea in eo ꝙ linea eſt contrario caret. At vero nec ſuperfi
cies ſuperficiei cõtraria eſt. ſed forte dicat aliqs albã ſup

ficiem nigre ſuperficiei eſſe cõtrariã: cui ſimiliter occurrẽdum eſt: non in eo ꝙ ſuperficies ſunt eſſe cõtraria: ſed in eo ꝙ eſt in his albedo atq̃ nigredo: que cõtraria eſſe quis dubitat. Eodẽ quoq̃ modo ⁊ lenẽ ⁊ aſperã ſuperficiẽ ſi quis cõtrarias dixerit: refellitur: quod nõ ſcdm quãtitatẽ ſuperficiei: ſed ſcdm qualitatẽ aſperitatis lenitatiſq̃ ipſe ſuperficies cõtrariũ tenẽt. At vero nec corpori quicq̃ vllo modo cõtrarietatis opponitur: cui ſi quis dicat incorporale eſſe cõtrariũ refutabitur. Quod omnis cõtrarietas proprijs nominibus dicitur: vt bonum malũ: album nigrum. Corporale vero ⁊ incorporale non ſecundum contrarietatem: ſed ſecundum priuationem habitumq̃ proferũtur. Incorporale eñi corporis eſt priuatio. nec tempori quoq̃ quicq̃ contrariũ eſt. ſed ſi nox dici videtur oppoſita: nõ in eo ꝙ tempus eſt: ſed in eo ꝙ dies eſt aer lucidus: nox aer obſcurus. Aer vero neq̃ tẽpus neq̃ quãtitas eſt. lumẽ quoq̃ ⁊ obſcuritas qualitates ſunt ⁊ non quantitates. Oratio etiã q̃ꝫq̃ꝫ videatur habere cõtrariũ: tamẽ contrariã nõ habet oppoſitionem videtur eñi vera oratio eſſe vel falſa que ſunt contraria. ſed oratio vera vel falſa in ſignificatione eſt. Cũ eñi qđ eſt oratio ſignificat vera ẽ: cũ vero quod nõ eſt deſignat tunc falſa eſt. Oratio vero nõ ſecundũ id qđ ſignificat in quantitate numeratur: ſed ſecundũ id quod profertur. Secundũ enim id ꝙ proferimus orationẽ: longa ſyllaba breuiq̃ cõponitur: que omnẽ orationẽ nõ ſecundũ id ꝙ ipſa ſignificat: ſed ſecundũ id ꝙ ad prolationẽ eſt: metiũtur. illud quoq̃ manifeſtũ eſt in numero nõ eſſe contraria. Duo eñi tribus: vel tres quaternario contrarij non ſunt: nec vllus alter numerus cuilibet alij numero contrarius eſt. Locus vero habet aliquã cõtrarietatẽ ſurſum enim ⁊ deorſũ cõtrariũ eſt. Sed quidam nolũt non eſſe quãtitates quod ſurſum dicitur ⁊ deorſum: ſed potiꝰ habitudines quas greci σχέση vocant. que enim pars ad caput noſtrũ eſt: hanc ſurſum vocamus: que pars pedibus ſubiacet: illa deorſum dicitur. quocirca ſecundũ habitudinẽ quãdam quodãmodo ad nos ipſos relata ſurſũ deorſũq̃ p̄dicamꝰ. Herminiꝰ quoq̃ ait ſurſum ⁊ deorſum non eſſe loca: ſed quãdam quodãmodo poſitionẽ loci. Eſt eñi res ſurſum atq̃ deorſum. nõ eſt autẽ idẽ eſſe aliquid loci: qđ locũ. loci eñi eſt poſitio in loco: locus vero ipſe poſitio nõ ẽ. Sed ſi quis omnẽ mũdi reſpiciat formã: quoniã rerũ omniũ formã ſphere ambitus amplectitur: ⁊ terra media eſt. In ſpera vero nihil eſt vltimũ: niſi quod eiuſdem terminũ medietatis obtinuit: quicquid in extremo celi cõuexitatis eſt: illud ſurſum eſſe dicitur: quod vero eſt mediũ: illud deorſũ. Quocirca ſunt ſcdm locũ ſurſum deorſumq̃ contraria ſurſum in celo: deorſum in terra: idcirco qđ a ſe longe diſiuncta ſunt. vnde poſt quoq̃ ꝯtraria hoc modo ſunt diffinita. cõtraria ſunt quecũq̃ a ſe longiſſime diſtãt. hinc eſt videlicet tracta diffinitio: ꝙ quoniã celũ terraq̃ diſtare longiſſime videbantur: ⁊ illud eſſe ſurſũ: illud vero deorſum: quoniã deorſũ atq̃ ſurſũ nõ ob aliã cauſam contraria dicunt: niſi ꝙ a ſe longe diſiuncta ſunt qđ eſſe contrariũ longiſſime diſtare diffiniunt: quod ariſtoteles hoc modo pronunciat.

Maxime autẽ circa locum videtur eſſe contrarietas quãtitatis. ſurſum eñi ad id quod eſt deorſum contrarium ponunt locũ qui in medio eſt deorſũ dicentes: eo ꝙ multa diſtantia medij ad terminos mundi ſit. videtur autem ⁊ alioꝝ contrarioꝝ diffinitionẽ ab his proferre. que enim a ſe inuicẽ multum diſtant eorũ que ſub eodẽ genere ſunt contraria determinant.

¶ In omni ſpera media terra eſt: quod ipſa aſtrorum demonſtrat ordinata vertigo. adiecit quoq̃ cauſã cur huiuſmodi loca contraria dicantur: ꝙ multa diſtantia eſt medietatis ad mũdi terminos. Terminos vero mũdi celi vltimã conuexitatẽ dicit. ex hac igitur loci contrarietate ⁊ cetera definita eſſe cõtraria ſic demõſtrat. Videtur autẽ ⁊ alioꝝ contrarioꝝ diffinitionẽ ab his proferre que eñi multũ a ſe inuicẽ diſtãt: in eodẽ genere cõtraria eſſe diffiniunt. Sed quoniã ne ordo cõtrarietate quãtitatis impediretur: idcirco ſuperioribus in quibus ſingulis quãtitatibus nihil eſſe contrariũ dicebamꝰ: has loci cõtrarietates adiecimus: ⁊ quedam in medio pretermiſſa ſunt. Rurſus ad ſuperiora redeamus: vt expoſitionis ordo ſeſe ipſe cõtinuet. Ait enim ſuperius cum quãtitati nihil eſſe contrarium proponeret: bicubito vel tricubito vel ſuperficiei vel alicui talium nihil poſſe eſſe contrarium. Diffinitis enim his quantitatibus contrarium nihil eſſe videtur: vt duobꝰ vel tribꝰ. ſꝫ quedã cum ſint indefinita nec quãtitates vel cõtraria videãtur hec rurſus adiecit. Niſi multa paucis dicat quis eſſe cõtraria: vel magnũ paruo. Hoꝝ autem nihil eſt quantitas: ſed ad aliqđ: nihil enim per ſeipſum magnũ dicitur vel paruum: ſed eoq̃ ad aliqđ refertur. Nã mons quidem paruus dicitur: miliũ vero magnũ: eo ꝙ hoc quidẽ ſui generis maius ſit: illud vero ſui generis minus Ergo ad aliud eſt eoꝝ relatio. nã ſi per ſeipſũ paruum vel magnũ diceretur: nunq̃ mons quidẽ paruus: miliũ vero nũq̃ magnũ diceretur. Rurſus in vico quidẽ plures homines eſſe dicimus: in ciuitate vero paucos cum ſint eorũ multiplices: ⁊ in domo quidẽ multos: in theatre vero paucos cũ ſint plures. Amplius bicubitũ ⁊ tricubitũ ⁊ vnũ quodq̃ taliũ quãtitatẽ ſignificant: magnũ vero vel paruũ nõ ſignificat quãtitatẽ: ſꝫ magis ad aliquid: quoniã ad aliqđ ſpectat magnũ ⁊ paruum. quare manifeſtũ eſt quoniã hec ad aliqđ ſunt. Quẽadmodum diffinite quãtitates cõtrarijs nõ tenentur: ipſe ſuperiꝰ cõprobauit dicens: bicubito vel ſuperficiei nihil eſſe cõtrariũ. idefinite aũt ut ẽ magnũ vel paruũ vel multa vel pauca dant imaginẽ cõtrarietatis. Sed illud occurrit has non eſſe quantitates. Omnis eñi quantitas per ſe dicitur. bicubitũ eñi vel tricubitum vel duo vel tres vel ſuperficies ad nihil aliud refertur. magnũ vero vel paruũ ſine alijs dici non poſſunt. Cũ eñi dicis magnũ ad alicuius alterius cõpationẽ atq̃ equiuocationẽ refertur. Eodem quoq̃ modo ⁊ paruũ: quod ipſa ariſtotelica probat inductio. Si eñi magnũ ⁊ paruũ p ſe dicerentur nõ ad alteriꝰ relationẽ: nũq̃ diceremus montem paruũ: miliũ magnũ. Si eñi magnũ paruũq̃ nõ ad relationẽ alterius diceretur: mons ſemp magnus: ſempq̃ paruũ miliũ diceretur. Sed aliquẽ collẽ ad athlantis altitudinẽ cõferẽtes: dicimus paruũ montẽ: ⁊ rurſus miliũ ad minora alia grana milij cõferẽtes: magnũ miliũ nominãs: ⁊ ſimpliciter quicquid magnũ vel paruũ dr̄ ad eiuſdẽ generis ſpẽs referẽtes magnũ paruũq̃ nominamus: ut monti montẽ cõparamꝰ: miliũ vero milio: ⁊ alia huiuſmodi. multa ⁊ pauca eodẽ modo dicunt Dicimus eñi ſi fuerint hoĩes centũ in vico plures eſſe hoĩes: hi vero ſi in ciuitate ſint: paucos dicimus: nunc ad paruitatẽ vicoꝝ: nunc ad magnitudinẽ ciuitatũ conferẽtes. Rurſus ſi ſunt in domo qnquaginta: multi ſunt ſi in theatro: pauci: ideo ꝙ tunc in theatro eſſe paucos dicimus: cũ ad eos quãti in theatro eſſe debebant comparamus. Amplius quõ cõſiſtit ⁊ magnũ paruũq̃ referri ſemp ad alterum: ſingulas vero quãtitates nihil ad aliud cõparãtes: ſuas ac ꝓprias noĩamus: vt tres vel duo: vel quatuor: uel lineã: vel ſuperficiẽ: magnũ paruũq̃: ⁊ multa vel pauca a quãtitatis diuiſione diſiuncta ſunt. Sunt eñi iſta nõ quantitates ſed potius relatiua. Ampliꝰ ſiue aliquis ponat eas eſſe quãtitates ſiue non ponat: nihil illis erit cõtrariũ. quod eñi non eſt ſumere per ſeipſum: ſed ad ſolã alterius relationẽ: quomodo huic aliquid erit contrariũ. Hoc quoq̃ validiſſimo argumento approbat quãtitatibus his que predicte ſunt nihil eſſe contrariũ: niſi ſoli forſitan loco. Nam ſi quis magnũ vel paruũ ⁊ multa vel pauca in quantitatibus ponat: etiã hoc ſi cõcedatur: tñ quoniã ſemper referunt ad aliud: contrarijs nõ tenent. Omne eñi cõtrariũ per ſe cõſiſtit: nec illud ad alterius cõparationẽ relationemq̃ ꝓfertur: vt bonũ non dicitur mali bonum: nec rurſus malum boni malũ: ſed ipſum in propria natura ⁊ prolatione cõſiſtit. Quecũq̃ ſunt cõtraria: eodẽ modo ſunt. Magnum vero vel paruũ quoniã nõ per ſe conſtant: ſed ad alterius relationẽ referunt: contraria eſſe non poſſunt. Amplius ſi ſunt magnũ ⁊ paruũ contraria: continget idem ſimul cõtraria ſuſcipere. ⁊ eaipſa ſibi eſſe contraria. Contingit enim ſimul idem paruũ eſſe ⁊ magnũ. Eſt enim aliqđ ad hoc quidẽ paruum: ad aliud vero hoc idem ipſum magnũ. Quare idẽ paruũ ⁊ magnũ ⁊ eodẽ tempore eſſe contingit: quare ſimul contraria ſuſcipiet. ſed nihil eſt ꝙ videatur ſimul contraria poſſe ſuſcipere: vt ſubſtantia ſuſceptibilis quidẽ cõtrarioꝝ videtur eſſe: ſed nullus ſimul eſt ſanus ⁊ eger: nec albus ⁊ niger ſimul: nihilq̃ aliud ſimul contraria ſuſcipiet. ⁊ eadẽ ſibiipſe contingit eſſe cõtraria. Nam ſi ẽ magnũ paruo cõtrariũ: ipſum autem idẽ ſimul eſt paruum ⁊ magnũ: ipſum ſibi erit contrariũ: ſed ĩpoſſibile ẽ ipſũ ſibi eſſe cõtrariũ. Non eſt igitur magnũ paruo contrarium. Conſtat hoc ⁊ ĩmutabile in propria ratione conſiſtit: vnã eandẽq̃ rem vno eodemq̃ tempore contraria non poſſe ſuſcipere: vt ſubſtantia ſuſceptibilis quidẽ cõtrarioꝝ eſt. Homo nãq̃ cũ ſubſtantia ſit: ⁊ egritudinẽ ſuſcipiet ⁊ ſalutẽ: ſed non eodẽ tempore: ⁊ albedinem ⁊ nigredinẽ capit: ſed alio atq̃ alio tẽpore: vt vero eodem tempore cõtraria vtraq̃ ſuſcipiat: fieri nequit. ꝙ ſi magnũ paruo aliquis ꝯtrariũ ponat: eueniet quoddã ĩpoſſibile: vt vna atq̃ eadẽ res eodẽ tempore vtraſq̃ ſuſcipiat cõtrarietates: ⁊ eadẽ ipſa ſibi poſſint eſſe cõtraria. Ponamꝰ ergo magnũ paruo eſſe contrarium. ſed vna atq̃ eadem res vno eodẽq̃ tẽpore poteſt magna eſſe ⁊ parua vt ſi ſit decẽ pedum menſura collata ad duoꝝ pedũ magnitudinẽ magna eſt: ad centum vero cubitoꝝ magnitudinẽ menſurãq̃ collata: eadẽ parua eſt. Poteſt ergo eadem res eodem tempore ⁊ magnitudinis eſſe ſuſceptibilis ⁊ paruitatis. Eadẽ enim res vno eodemq̃ tẽpore ad maiorẽ minoremq̃ collata eadẽ magna vel parua eſt. Quod ſi magnum puo contrarium eſt. eadem vero res eodẽ tempore ⁊ magnitudinẽ ſuſcipit ⁊ paruitatem eodẽ tẽpore contingit vt eadẽ res cõtraria vtraq̃ ſuſcipiat. ſed hoc impoſſibile eſt. Quocirca quoniã res eadẽ eodẽ tempore contrarioꝝ ſuſceptibilis non eſt: poteſt vero vna atq̃ eadem res magnitudinẽ paruitatẽq̃ ſuſcipere: magnitudo ⁊ paruitas cõtraria nõ ſunt. At vero ſi quis magnũ paruo cõtrarium ponat: eadẽ ratione vnã eandẽq̃ rem ſibiipſi dicit eſſe contrariã. Nã ſi puũ magno eſt cõtrarium: eadẽ vero res (vt docui) parua ⁊ magna poteſt eſſe ad aliud ⁊ ad aliud ſcilicet cõparata. Res quoq̃ que parua ⁊ magna eſt: eadẽ ſibi poteſt eſſe contraria. paruum enim ⁊ magnum cõtrarium dictum eſt. ſed eſt impoſſibile. Quocirca paruum ⁊ magnũ cõtraria non ſunt. Poſt huiuſmodi vero rationẽ ⁊ argumentationis firmiſſime propoſitionẽ de ꝯtrarietate diſſerit loci: de q̃ iã ſupra diximꝰ. quocirca p̄tereunda ẽ nec repetite expoſitiõis iteratio faſtidio ſit potiꝰ q̃ doctrine

Non videtur quantitas ſuſcipere magis ⁊ minus: ut bicubitũ. neq̃ enim eſt aliud alio magis bicubitum. neq̃ in numero: ut ternarius quinarius. nihil enim magis tria dicẽtur q̃ quinq̃: nec tria potius q̃ tria. neq̃ tẽpus aliud alio magis ⁊ minus dicitur. nec oĩno in his q̃ dicta ſunt: magis ⁊ minus dr̄ Quare ⁊ q̃ntitas nõ ſuſcipit magis ⁊ minus

¶ Aliud propriũ rurſus appoſuit quod cuiuſuis quãtitatis ꝓpriũ nõ ſit: cur tamẽ non ſit ipſe reticuit: nobis tamẽ eſt demonſtrandũ. quod aũt dicit tale eſt quãtitas magis ⁊ minus non ſuſcipit. nullus enim numerꝰ alio numero nec magis nec minus eſt numerus. Nam ternarius ſi quinario cõparetur: nec magis nec minus eſt numerus. ⁊ rurſus ipſi tres ſibiipſis cõparati: nec magis nec minus ſunt tres. nec tempus quoq̃ habet aliquid magis ⁊ minꝰ: vt magis aliud tẽpus ſit alio tẽpore. longiꝰ quidẽ tẽpus tẽpore eſſe poteſt: vt vero dicatur magis tẽpus alio tẽpore vel minꝰ fieri negat. hoc quoq̃ etiã in ſubſtantia demõſtratũ eſt. hõ nãq̃ alio homine nõ eſt magis homo nec minus. idẽ quoq̃ euenit etiã in quãtitate. Quod quia etiã in ſubſtantia eſt: proprium quãtitatis hoc non eſt. habet hoc quoq̃ quãtitas vt in ſequenti ordine ipſe monſtrauit. Quocirca quoniã p̄us hoc de ſubſtãtia dixerat: nunc vero idẽ de quãtitate ꝓpoſuit. Idcirco nõ eſſe hoc propriũ quãtitatis cõmemorare neglexit. Cuius eñi eſſet alterius nõ ſuſcipere magis ⁊ minus tunc dixit cũ de ſubſtãtia diſputaret. Ait enim ꝙ ſubſtantie nunq̃ magis minuſue ſuſciperent. quocirca ad maxime ꝓpria ſolita ꝯſtituẽdi nõe regreſſꝰ eſt.

Propriũ aũt maxime quãtitatis eſt: qđ ⁊ equale ⁊ inequale dr̄. Singulũ eñi eaꝝ que dicte ſunt quantitatũ equale dr̄ ⁊ inequale: ut corpus equale ⁊ inequale dicitur. ⁊ tẽpus equale ⁊ inequale dr̄. ⁊ nũerus equalis ⁊ inequalis dr̄. ⁊ oro equalis ⁊ inequalis. Similiter autẽ ⁊ in alijs que dicta ſunt: ſingulũ equale ⁊ inequale dicitur.

¶ Quantitatis ꝓpriũ apertiſſime deſignat eſſe: q ſcdm quãtitatẽ eq̃litas ⁊ inequalitas nũcupãtur. Singule eñi quantitates equales atq̃ inequales dicunt: vt equalis linea linee ⁊ rurſus ĩequalis. ⁊ ſupficiei ſuperficies eq̃lis atq̃ ineq̃lis dr̄: ⁊ corpꝰ equale ⁊ inequale dicitur. Numerꝰ quoq̃ ⁊ tẽpus ⁊ locus equalis atq̃ inequalis dr̄.

In ceteris vero que quãtitates nõ ſunt: non multum videbitur equale ⁊ inequale dici. Nãq̃ affectio ⁊ diſpoſitio equalis ⁊ inequalis nõ multũ dicitur: ſed magis ſimilis ⁊ diſſimilis. ⁊ albũ ⁊ equale ⁊ inequale nõ multũ dicitur: ſed ſimile: quare quãtitatis maxime eſt ꝓpriũ equale ⁊ inequale dici.

¶ In alijs vero que quãtitates nõ ſunt: non eſt facile ut equalitas vel inequalitas nominetur: diſpoſitiones ergo que affectiones appellant: nõ dicunt equales ⁊ inequales: ſed magis ſimiles ⁊ diſſimiles. Diſpoſitio aũt vel affectio eſt ad aliquam rem accomodatio ⁊ applicatio: ut ſi qs grãmaticã legens: q nondũ perdidicit: habet ad eã aliquã diſpoſitionẽ. i. ea affectus eſt: ⁊ habet aliqđ accomodatũ ⁊ quaſi ꝓpinquũ. Poſſunt aũt ſimiliter eſſe duo diſpoſiti ⁊ affecti: equaliter vero minime: vt duo ſimiliter eſſe albi: equaliter vero nõ. Nam ſi quis de duobꝰ ſimiliter albis equaliter eſſe albos dicat: recta nominis nũcupatiõe nõ vtitur. De eñi equale ⁊ inequale in mẽſura ⁊ in quãtitate perficit. Simile vero ⁊ diſſimile quẽadmodũ de quãtitate nõ dr̄: ita nec de alia qualibet re niſi de quantitate recte equalitas ⁊ inequalitas nuncupant. Quare ꝓpriũ eſt quantitatis equale ⁊ inequale noĩari: ſed quõ de quãtitate dictũ eſt: ad relatiuorum ordinem tranſeamus.

¶ Poſt quãtitatis tractatũ tertiũ predicamentũ de relatiuis ingredit: quare relatiua hoc modo diffinit.

a Ad aliquid vero talia dicunt: quecũq̃ hoc ipſũ ꝙ ſunt alioꝝ eẽ dicunt: vel quõlibet aliter ad aliud vt maius id qđ eſt alterius dicitur

aliquo enī maius dicit: ⁊ duplum alterius
dicit hoc ipſuʒ ꝙ eſt: alicuius enī duplū dr̄
Similiter aūt ⁊ alia q̄cūq; ſunt huiuſmodi.
¶ Cur aūt de his que ſunt ad aliqd diſſerat omiſſo in-
terim de q̄litate tractatu. hec cauſa eſt: ꝙ poſita quātita-
te magis minuſq; eſſe neceſſe eſt. Quare cū quantitatem
cōtinuo ad aliqd conſequat: recte poſt quātitatē relati-
uoꝝ ſeries ordinata eſt. Illud quoq; eſt in cauſa: ꝙ ſu-
periꝰ cū de quātitate tractaret: relatiuoꝝ mentio facta eſt
cū de magno paruoq; diceret: vt ergo cōtinens ⁊ nō eēt
operis interrupta diſtinctio: ideo quātitate finita de re-
latione propoſuit. Qđ aūt ait ad aliqd vō talia dicūtur
hoc monſtrat: ꝙ non ſicut quātitas per ſe ⁊ ſingulariter
intelligi pōt: eodē quoq; modo ſubſtātia vel qualitas
vel vnūquodq; alioꝝ predicamētoꝝ: ſicut per ſe cōſtat:
ita etiā per ſe ⁊ ſingulariter intelligit: ſic ⁊ ad aliquid p
ſe ⁊ ſingulariter capi intellectu nō pōt: ut dicamus eſſe
ad aliqd ⁊ ſingulariter. Quicqd eniʒ in natura relatio-
nis agnoſcitur: id cū alio neceſſe eſt cōſideret. cuʒ enī di-
co dn̄s per ſeipſum nihil eſt: ſi ſeruus deſit. Quocirca cū
vnius relatiui nūcupatio moꝝ ſecū etiā aliō trahat: ad
aliquid vnū eſſe p ſe nō pōt: atq; ideo nō dixit Ariſto-
teles. Ad aliquid vō tale dr̄: ſed plurali numero talia
dicuntur. inquit demōſtrans relatiuoꝝ intelligētiā nō
in ſimplicitate: ſed in pluralitate ꝯſiſtere. nō eſſe aūt quā
dā per ſe relatiuoꝝ naturā ſine coniunctione aliquā al-
terius ſubſiſtentē ipſe ariſtotiles mōſtrat. Qui dicit ea
eſſe relatiua: quecūq; hoc ipſum qđ ſunt alioꝝ dicuntur
Docet enī aliq̄ cōiunctiōe alterius relatiua formari. hoc
ipſū enī qđ ſunt alioꝝ dicūtur. Quod enī eſt dominus
hoc alteriꝰ dicit. i. ſerui. Siue aūt relatiua dicamꝰ ſiue
ad aliqd nihil intereſt. Ad aliqd enī dicit qđ ipſuʒ qdē
cū per ſe nihil ſit: relatū tñ ad aliud cōſtat: vt dn̄s: ſi deſit
ad id qđ dr̄. i. ſeruꝰ: nō eſt: dr̄ enī ad ſeruū. Manifeſtū
ergo eſt ſi ſeruꝰ deſit: dn̄m dici nō poſſe. q̄re dn̄s ad aliqd
dr̄. i. ad ſeruū. Relatiua quoq; dicuntur idcirco: ꝙ eorū
nūcupatio ſp ad aliqd referat: vt dn̄i ad ſeruū: quare ni-
hil intereſt quolibet modo dicatur. Huiuſmodi autē diſ
finitio platonis eſſe credit: que ab ariſtotile paulo poſte-
riꝰ emēdat. ¶ Relatiuoꝝ aūt alia eiſdē caſibꝰ referūtur
alia diuerſis: alia vō omni caſu ſunt carentia. Qđ. ſ. mō
ſtrans addidit. vl̄ quomodolibet aliter ad aliud. qđ aūt
ē ipſiꝰ pene textꝰ ſermōe mōſtrat. Cū enī dico dn̄s ſerui
dn̄s ad gēitiuū caſū reddidi noīatiuū. ⁊ ruſus ad eūdē
ſi cōuertero. Dico enī ſeruꝰ dn̄i ſeruꝰ: ⁊ hic quoq; noīati
uꝰ ad genitiuū relatꝰ eſt. Eodē quoq; mō hʒ ſeſe pr̄ filij
pr̄: ⁊ filiꝰ pr̄is filiꝰ: ⁊ magiſter diſcipuli magiſter: ⁊ diſci
pulus magiſtri diſcipulus. hec ergo id quod ſunt: ſimi
liter alioꝝ dicunt. Nā qđ alioꝝ dicitur: ſcđʒ genitiuū
reddit caſuʒ. alia vō nō ſcđm eūdē caſuʒ cōſequētiā red
dūt. Sēſus. n. ad aliqd eſt. ſenſibilis. n. rei ſēſus eſt. qđ
enī ſētit ſētiri pōt. qđ ſentiri pōt ſēſibile eſt. ⁊ nūc qdem
ſenſus ſenſibilis rei ſenſus: genitiuo accomodatus eſt
Huiꝰ. n. rei ſenſibilis dictū eſt. at ſi cōuertas: fiet. Senſi
bilis res ſenſu ſenſibilis eſt. Sed cū caſui ſeptio reddit
noīatiuꝰ in hac relatiōe q̄ dicit. ſenſibile ſenſu ſenſibile ē.
nō eodē caſu quo ſuperiꝰ dictū eſt cōuertit. Dicimꝰ. n.
ſenſus ſenſibilis rei ſenſus eſt. ⁊ hic noīatiuꝰ reddit ad
genitiuū. Hec. n. relatio ad ſeptimū caſū ſe aptari nō pa
tit. Sciētia quoq; ſcibilis rei ſciētia eſt: ſi qdē hoc ſcitur
quod ſciri poteſt: ⁊ quod ſciri poteſt: ſcibile eſt. ſed non
eadē rōne nec ad eūdē caſuʒ relatio iſta cōuertit. Dicimꝰ
eniʒ ſcibilis res ſciētia ſcibilis eſt. Eſt. n. pma relatio ad
genitiuū. ſcđa ꝯuerſio ad ſeptimū. hec quoq; relatio ſcđʒ
eoſdē cōuertit caſus: cū dicimꝰ maiꝰ minore eē maius: ⁊
minꝰ maiore eſſe minꝰ. Duplū quoq; ⁊ medietas relati
ua ſunt: ſed ⁊ eiſdē caſibꝰ cōuertunt. Duplū nāq; dimi
dij duplū eſt. dimidium vero dupli dimidiuʒ eſt. Sūt
autem alia relatiua que ipſe ſic addidit.

At vō ſunt etiā ⁊ hec ad aliqd: vt habitus ⁊
affectus: ſciētia: ſenſus: poſitio: hec enim oīa
q̄ dicta ſunt. hoc ipſuʒ ꝙ ſūt alioꝝ eſſe dicūt:
⁊ nō aliud aliqd. habitus enī alicuius habi-
tus dr̄: ⁊ diſciplina alicuius diſciplina: ⁊ po
ſitio alicuius poſitio: ſed ⁊ alia qdē ſimiliter.
¶ De ſenſu qdē ⁊ ſciētia dictū eſt ſuperius. nūc vō de
habitu: diſpoſitiōe: ⁊ poſitiōe dicēdū ē. Diſpoſitio ē ad
aliquam rē mobilis applicatio: vt ſi q̄s ſcđʒ flamme ꝓpin
quus caleat: ille diſpoſitus dicit ad calorē. i. hn̄s aliquā
applicationē cōiūctionēq; ad calorē. Ideʒ vō eſt affectio
qđ diſpoſitio: ne nouo noīe error oriat. ⁊ ideo diſpoſitio
cū ſit quedā ad aliā rē ꝯiūctio: vel ab alia affectio: tñ faci
le mobilis eſt: celerius eteniʒ pmutat. Habitus aūt eſt
diſpoſitiōis vel affectiōis firma ⁊ nō facile pmutabilis
receſſio: vt ſi quiſquā in ſole ambulās fuſcior fiat: diſpo
ſitus ad nigredinē dicitur ⁊ nigredine affectus. Sin vō
illa nigredo fortius ⁊ immutabiliter corpus infecerit:
habitus nominatur. quocirca habitus eſt inueterata affe
ctio. Vn̄ oīs habitus diſpoſitio vl̄ affectio eſt: nō aūt oīs
diſpoſitio vel affectio habitus. Et ne multa dicenda ſint
hoc diſtat in habitu ⁊ diſpoſitiōe: ꝙ habitus immutabi
lis paſſio eſt: diſpoſitio vō nō ſiſr: ſed affectio q̄dā eſt ad
aliquā reʒ cōiūctio: q̄ pōt facile pmutari. Poſitio vō eſt
alicuius rei collocatio: vt eſt ſtatio ſeſſio inclinatio accu-
batio ⁊ alia huiuſmōi Nā ⁊ q ſtat quodāmō poſitꝰ eē dr̄
⁊ collocatꝰ. ⁊ q ſedet: ⁊ q accūbit: ⁊ q ſcđʒ ceteras poſitio
nes ē poſitꝰ appellat. Quocirca ⁊ ſtatio ⁊ ſeſſio ⁊ accuba
tio poſitiōes erūt. Sʒ qm̄ qd eēnt dictū ē: nūc ſi ſūt ad
aliqd videamꝰ. habitū relatiue dici ea res ꝓbat: q̄ alijs
quoq; rebꝰ hoc documēto facit eē relatiua: vt ē in ſenſu
atq; in ſciētia. Idcirco. n. dictū eſt ſenſuʒ ſenſibilis rei eē
ſenſuʒ: ꝙ res ſenſibilis eſt q̄ ſentiri pōt. eſt ergo habitus
habilis rei habitꝰ. Habilis. n. res ē q̄ haberi pōt. illiꝰ
enī rei habitus ē q̄ haberi pōt. Quocirca erit habitꝰ ha-
bilis rei habitꝰ: ſed res quoq; habilis habitu erit habi-
lis. ipſo. n. habitu res q̄ haberi pn̄t: habemꝰ. Diſpoſi-
tio quoq; eodē modo. Diſpoſitio nāq; diſpoſite rei diſ-
poſitio eſt: ⁊ diſpoſita res diſpoſitōe diſpoſita ē. Calor ſi
enī diſpoſitio calētis. i. ad calorē diſpoſiti diſpoſitio eſt.
Eodē modo diſpoſitꝰ ad calorē caloris diſpoſitōe diſpo
ſitus ē: velut ſi hoc modo ſit dictū. oīs affectio affecti affe
ctio ē: ⁊ oē affectū affectione affectū eſt. Et calor calentis
ſit calor: ⁊ calens calore ſit calidū. Poſitio quoq; relati-
ua eſt. nā poſitio poſite rei poſitio ē. ⁊ poſita res poſitiōe
poſita eſt. ⁊ hoc intelligi ꝯuenit ſcđm priorē habitꝰ ⁊ diſ
poſitionis modū. Illa quoq; res ꝓbat poſitionē eſſe ad
aliqd: ꝙ eius ſpēs relatiue ſunt. ſtatio enī ſtātis rei ſta-
tio eſt: ⁊ q ſtat ſtatōe ſtat: ⁊ de ſeſſione qdē ⁊ de accubitu
idē dici pōt. Quocirca ⁊ habitꝰ ⁊ diſpoſitio vel affectio:
⁊ poſitio relatiua ſunt. ⁊ hec oīa vel ſimilibꝰ vel diſſimi
libꝰ: ꝯuenientibꝰ tñ p̄dicationis caſibꝰ conuertunt. eoꝝ
autē q̄ ſcđm caſus ꝯuertunt. Alia ſunt q̄ eodē noīe p̄di
cant: alia vō q̄ diſpari. cū. n. dico ſimile ſimili ſimile eſt:
⁊ equale equali equale eſt. ⁊ diſſimile diſſimili diſſimi
le eſt. eiſdē vocabulis eiſdēq; noībus tota ſit p̄dicatio.
Cū autē dico duplū medij dupluʒ: vel maius minore
maius. diſparibꝰ vocabulis facta eſt p̄dicatio. qm̄ vō re
latiuoꝝ diffinitionē ita ꝓpoſuit: ut diceret. ad aliqd vō
talia dicunt q̄cūq; hoc ipſuʒ qđ ſunt alioꝝ dicunt: vel
quomodolibet aliter ad aliud. quid a hoc ipſuʒ ꝙ ſunt
alioꝝ dicunt: iam diximus: nunc quid ſit: quod ait. vl̄
quōlibet aliter ad aliud. requirēdū eſt: qđ ipſe Ariſtote
les cōuenientibus in ordine probat exēplis. ait enim.

Ad aliqd ergo ſunt q̄cūq; id qđ ſunt alioꝝ
eſſe dicunt: vel quōlibet aliter ad aliud: vt
mons magnus dr̄ ad aliū. Magnū enī ad



aliqd dr̄: ⁊ ſimile alicui ſimile dr̄. ⁊ oīa talia
ſimiliter ad aliqd dicūt. Sūt autē ⁊ accubi-
tus ⁊ ſtatio ⁊ ſeſſio poſitiones q̄dā. poſitio
vō ad aliqd dr̄. Accūbere autē vel ſtare vel
ſedere ipſa quidē nō ſunt poſitiōes. denoīa-
tiue vō dicūt ex his q̄ dicte ſūt poſitiōibus
¶ Qm̄ accubitꝰ ⁊ ſtatio ⁊ ſeſſio poſitiones dicūt: ⁊ qm̄
oīs poſitio ad aliqd eſt: ſufficiēter ſuperiꝰ cōprehenſuʒ ē
Nūc vō qd ſit qđ ait: vel quōlibet alr ad aliud. expedie
mus: in relōne p quā dicimꝰ: filiꝰ patris filiꝰ: nulla cō-
iunctio mixta eſt: niſi tñ ſola caſuuʒ vis predicationis
huiꝰ mēbra ꝯiungit. Cū enī dico montē magnū ad aliū
referēs paruū: ita ꝓpono: mons magnꝰ ad montē puū
⁊ mons paruus ad magnuʒ. hic nulloꝝ caſuū vis eſt:
q̄q; eniʒ accuſatiuus videt eſſe piunctꝰ: tñ ille huiꝰ re-
lationis vim nō tenet: ſed p̄poſitio q̄ ad accuſatiuū dat:
cū enī dico: mons magnꝰ ad puū mōtē: p̄poſitio ſola ē q̄
vī huiꝰ ꝯtinet relatōis: ut ſi qs dicat: magnꝰ mons puū
montē: nihil ſignificet diffinitū. Quocirca q̄uis accuſa
tiuus caſus in hac p̄dicatōe ſit: non tñ hic vim caſus re-
net: ſed p̄poſitio: atq; hoc eſt qđ ait. vel quōlibet aliter
ad aliud: ut qm̄ ſupius ſcđm caſus relationes fieri dixe
rat: erāt autē q̄dā relatiōes q̄ nullis caſibꝰ tenerent: Ad
iecit hoc. vl̄ quōlibet aliter ad aliud: ac ſi diceret: Oīs re
latio aūt caſibꝰ ſit qđ p hoc demōſtrauit qđ ait. q̄cunq;
id qđ ſunt alioꝝ dicunt: aut p̄ter caſus ſunt: qđ hec ſen
tētia docet: vl̄ quōlibet aliter ad aliud: atq; hec hactenꝰ
Sʒ cū poſitio ſit ad aliqd ⁊ ſint ſpēs eiꝰ relatiue (ſeſſio
eniʒ ⁊ ſtatio relatiua ſunt) ſedere ⁊ ſtare nullā relatio ē.
Stare nāq; ⁊ ſedere de ſtatione ⁊ ſeſſione denoīatiue di
cunt. Oīs aūt denominatio nō eſt id qđ eſt ea res de q̄
noīat: ut grāmaticus. nō eniʒ idē eſt qđ grāmatica de q̄
noīatus eſt. Quo circa ſi ſedere de ſeſſione ⁊ ſtare de ſta-
tione denoīatiuū eſt: ſeſſio vō ⁊ ſtatio relatiua ſunt: ſede
re ⁊ ſtare q̄ relatiuis denoīatiua ſunt: relatiuoꝝ genere
nō tenent: ⁊ vniuerſaliter qdē q̄cqd ex quibuſlibet poſi
tionibus denominatur: illud non ad relatiuā ſed ad p̄-
dicationem que ſitus dicitur reduci poteſt.

Ineſt autē ⁊ ꝯtrarietas in relatōe: ut virtus
vitio ꝯtrariū: cū ſit vtrūq; ad aliqd: ⁊ ſciētia
inſciētie. Nō autē oībus relatiuis ineſt con
trarietas. duplici enim nihil eſt cōtrarium:
neq; autē triplici: nec vlli talium.

¶ Quēadmodū in ſubā vl̄ quātitate ſi eoꝝ eſſet ꝓpriū
ꝯtraria ſuſcipe rimatꝰ eſt: ita quoq; nūc in relatiuis de
ꝯtrarietate ꝯſiderat: vtꝝ relatiuoꝝ ſit ꝓpriū ꝯtraria poſ
ſe ſuſcipere: ⁊ qm̄ virtus ⁊ vitia vtraq; ſunt habitus:
virtus eniʒ eſt mētis affectio in bonā partē difficile cō-
mutabilis. ⁊ vitiuʒ affectio in malā partem ipſa quoq;
difficile mobilis diuturnitate perdurans: quoniā igit
⁊ vitiū ⁊ virtus habitus ſunt: omnis autē habitus ad
aliquid eſſe monſtratus eſt (habilis enim rei habitus
eſt) erūt ⁊ virtus atq; vitium relatiua. ſed hec cōtraria
ſunt. igitur relatiua cōtraria ſuſcipere nō recuſant. Sed
dicat quis quid cauſe eſt: ut virtutē atq; vitiuʒ ipſūq;
habitū paulopoſt inter q̄litates numeret: atqui ut alia
ſignificatione vna res diuerſis generibus ſupponatur:
nihil prohibet. Socrates nāq; in eo ꝙ eſt ſocrates ſub-
ſtātia eſt: in eo vero ꝙ pater vel filius ad aliquid: ita ad
aliud atq; aliud dicta predicatione eandeʒ rem ſub di-
uerſo genere poni nihil prohibet. habitus quoq; ⁊ vir
tus ⁊ vitiū eodem modo. Poteſt enim in qualitate po
ni habitus ꝙ ex eo quales homines nūcupent. haben-
tes enim dicimus aliquos rei habitus retinētes. Vir-
tus quoq; qualitas eſt idcirco ꝙ ex ea boni homines di
cunt: ⁊ ſcđm illam qualitatē. i. bonitatē quales homi-
nes. i. bonos homines nūcupamus. ſimiliter autē ⁊ vi
tiū. Ipſe quoq; habitus ad aliā predicationē dictus ſit

iterū relatiuus: ꝙ enim habitus habilis rei habitus eſt
ad aliquid eſt. ⁊ quod alicuius virtus eſt: ad aliqd vir-
tus eſt. ⁊ qđ alicuius vitiū eſt: ad aliquid quoq; ipſuʒ
eſt. ergo nihil impedit eaſdē res ad aliud atq; aliud ver
ſas diuerſe predicationis conſtitui. Ipſuʒ vero ad ali-
quid preter vllū aliud predicamentū intelligere nō poſ
ſumus: ut patrē ⁊ filiū: vel dn̄m ⁊ ſeruū ſcđm ſubſtan-
tiā conſideramus. Nam ⁊ qui dn̄s ⁊ qui ſeruus eſt ſub
ſtantia eſt. Duplū ⁊ triplū ſcđm quantitatē: hec enim
in quātitate cōſiſtunt. ſcientia vō ⁊ inſcientia ſcđm qua-
litatē. Scđm eniʒ has quales dicimur ſcientes: ſ. atq;
inſcij: quocirca quoniā preter aliud predicamentū per ſe
relatiuū nullus intelliget: ſcđm ea predicamēta de qui-
bus intelligit relatio: ſcđm ea dicitur cōtraria poſſe ſuſ
cipere: vt ſocrates ipſe quidē ſubſtantia eſt: ſed ſubſtan-
tia cōtrariū non recipit. Pater vero atq; filiꝰ ſcđm ſub-
ſtantiā predicat. nō eſt eniʒ pater atq; filius niſi in ſub
ſtantia ſit. Quocirca quoniā ſcđm ſubſtantiam dicitur
cōtrarietate caret. Rurſus duplum vel dimidiū ſcđm
quantitatem dicitur: quantitas vero contraria nō ha-
bere monſtrata eſt. igitur nec duplum atq; dimidium
contrarijs pugnat: qualitas vero recipit contrarietatē.
bonū enim vel malū ſcđm qualitatē opponūtur. bonū
igitur ⁊ malū cōtrarijs non caret. Igitur ſcđm que pre-
dicamēta relatiua dicunt: ſi illa ſuſcipiunt cōtraria: ⁊ re-
latio ſuſcipit. Sin vero illa prius repudiāt cōtrarietatē
nec illud ad aliqd ꝙ ſecundū ea dicit: vlla vnq; cōtrarie
tate diuidit. Quare habere cōtraria relatiōis ꝓpriū nō
eſt. nā neq; in ſola relatōe eſt (habet enī hoc quoq; qua
litas) nec in omnibꝰ ad aliqd cōſiderari pōt. Que eniʒ
ſcđm talia p̄dicamēta dicūtur ad aliqd que nō recipiunt
cōtrarietatē: vt ſcđm ſubſtantiā pater ⁊ filius: vel ſcđm
quātitateʒ duplū ⁊ mediū in talibus relatiuis cōtraria
nullo mō reperiunt. Qđ vō neq; ſoli neq; oībꝰ ineſt: id
ꝓpriū nō eſt. nō eſt igit ꝓpriū relatiōis habere ꝯtraria.

Videt aūt magis ⁊ minus relatiua ſuſcipe.
ſimile enī ⁊ diſſimile magis ⁊ minus dr̄: et
equale ⁊ inequale magis ⁊ minus dr̄: cum
vtrūq; ſit relatiuū. ſimile enī alicui ſimile dr̄:
⁊ inequale alicui inequale. nō autē oīa relati
ua ſuſcipiūt magis ⁊ minus. duplex. n. nō
dr̄ magis ⁊ minus duplex: nec aliqd taliuʒ

¶ Queritur nūc an relatiōis ſit ꝓpriū ſuſcipere magis
⁊ minus. ſed in hoc illa ratio ſeruat quēadmodū in con
trarijs dictū eſt. Quoniā quecūq; ſecundū ea dicūtur:
que ꝯtria nō recipiūt: ipſa quoq; cōtrarijs carēt. In hoc
vero cū ſcđm qualitatē dicat equale ⁊ inequale: ſuſcipit
vt magis ⁊ minꝰ. Dicit enī magis equale ⁊ minꝰ equa
le. Eodē modo ⁊ ſimile magis ſimile ⁊ minus ſiſe dicit
Sed ſi forte quis dicat cur cū quātitatis ſit dici equale
⁊ inequale: ⁊ quātitas magis atq; minus nō ſuſcipiat
equale ⁊ inequale ⁊ intentione creſcat ⁊ remiſſione mi-
nuatur. Dicendū ē quoniā quēadmodū ſubſtātia ipſa
per ſe in eo ꝙ ſubſtantia eſt non eſt propriū: ipſi tamen
propriuʒ eſt ꝯtraria poſſe ſuſcipere: ita ⁊ in quātitate cō
ſideratur. ꝓpriuʒ enī eſt nō hoc ipſum cuius eſt ꝓpriuʒ
ſed quedā alia extrinſecus q̄litas paſſioq;. Paſſio enī
quātitatis eſt: ⁊ quedā qualitas equale ⁊ inequale dici
ꝙ qm̄ non eſt idē ꝓpriū qđ eſt illud cuius ē propriū: ⁊
equale vl̄ inequale dici nō eſt quātitas: cū eſt ꝓpriū: ſed
q̄dā q̄litas ⁊ paſſio quātitatis. Hoc aūt dr̄ ad aliquid.
ipſū. n. qđ eſt alteriꝰ dr̄. equale. n. equali eq̄le dicimꝰ: ⁊
ſiſr ſiſe ſimili ſiſe. ſʒ nō capiūt oīa relatiua magis ⁊ minꝰ.
Nullus enī pōt dicere maius ⁊ minus duplū eſſe aliqd
nā ſiue denarius ad q̄nariū cōparet: ſiue quaternariꝰ ad
binariū eque vterq; duplus eſt: eque vterq; medietas
Qualitas quoq; recipit magis ⁊ minus: dicimꝰ enim
magis albū ⁊ minus albū: quare qm̄ neq; oī relationi

neqꝫ ſoli ineſt ſuſcipe magis ⁊ minus. Et ꝑ relationem qualitas ſuſcipit ⁊ magis ⁊ minus: relationis propriū non eſt ſuſcipere magis ⁊ minus.

**Omnia autē relatiua ad cōuertētia dicunt̄: vt ſeruus dn̄i ſeruus dicit̄: ⁊ dn̄s ſerui dn̄s et duplū dimidij duplū: ⁊ dimidiū dupli dimidiū: ⁊ maius minore maius: ⁊ minus maiore minus. ſimiliter autē ⁊ in alijs. Sed caſu aliquotiēs differunt ſcd̄m locutionē: vt ſciētia ſcibilis rei ſciētia dicit̄: ⁊ ſcibile ſcientia ſcibile: ⁊ ſenſus ſenſati ſenſus: ⁊ ſenſatū ſenſu ſenſatum.**

Clara hec eſt proponentis ⁊ nō inuoluta ſentētia. Dicit enim omnia relatiua ad cōuertentia dici: quod ipſe ꝑ priꝯ patefecit exemplis. Omne enim ad aliquid ita ad aliud predicatur: vt illud ad quod predicatur videatur poſſe conuerti. ⁊ hoc eſt quod ait. Omnia relatiua ad conuertentia dicuntur. Conuerti autem eſt vt ſi prima res dicitur ad ſecundam: ſecūda rurſus dicatur ad primam. Ponatur enim primus pater ſecundus filius: ⁊ dicatur hoc modo pater filij pater eſt. id rurſus cōuerti poteſt: vt prius ponamus filium: ⁊ talis ſit predicatio. filius patris filius. Ergo pater ad tale dicitur: id eſt ad filium qui conuertitur: ⁊ filius qui dicitur ad patrē: ad talē rem dicitur: que ipſa quoqꝫ cōuertitur: vt de filio predicetur. Omniaqꝫ relatiua hoc modo ſunt. omne enim relatiuū ad tale aliquid predicatur ꝙ ipſū in predicatione conuerti poſſit. ſed nec omnia dicuntur ſecundū eandē vocis prolationē. Alia enī ſunt que eiſdem caſibus conuertuntur: vt dictū eſt. pater enim filij pater eſt. ⁊ filius patris filius eſt. Alia vero que non eiſdem: vt ſcientia ſcibilis rei ſcientia eſt. Hic genitiuꝰ eſt medius. ſcibile autem ſcientia ſcibile eſt. hic ſeptimꝰ predicationē tenet alia vero nullo (vt ſupra dictū eſt) caſu coniuncta ſibimet conuertuntur: vt mons magnus ad paruū dr̄ ⁊ paruus ad magnū. Ergo oīa relatiua ad cōuertentia dicunt̄ q̄uis nō eiſdē caſibus cōuertunt̄: qd̄ ipſe ait dicens. Sed caſu aliquotiēs differunt ſcd̄m locutionē: quod vero addidit nimis diligēter adiectū eſt.

**At vō non aliquotiēs videbit̄ cōuerti: niſi conueniēter ad qd̄ dicit̄ aſſignetur. Sed peccet is qui aſſignat: vt ala ſi aſſignet̄ auis nō cōuertitur auis ale: neqꝫ enī prius cōueniēter aſſignatū eſt ala auis. neqꝫ enī in eo ꝙ auis eſt in eo auis ala dicitur: ſed in eo ꝙ alata eſt. Multoꝝ enī ⁊ alioꝝ ale ſunt q̄ non ſunt aues. quare ſi aſſignetur cōueniēter: cōuertitur: vt ala alati ala: ⁊ alatū ala alatum. Aliquotiēs autē forte ⁊ noīa fingere neceſſe erit: ſi nō fuerit poſitū nomē: ad qd̄ conueniēter aſſignet̄: ut remus ſi nauis aſſignetur: nō erit cōueniens aſſignatio. neqꝫ enī in eo ꝙ eſt nauis in eo eius remus dicitur. Sunt enī naues quaꝝ remi nō ſunt: quare nō cōuertitur. nauis enī nō dicit̄ remi nauis. ſed forte cōuenientior aſſignatio erit: ſi ſic quodāmodo aſſignet̄. remus remite rei remus: aut aliquo modo aliter. nomē enim nō eſt poſitū: cōuertitur autē ſi cōueniēter aſſignet̄. remitū enī remo remitū eſt. Similiter aūt ⁊ ī alijs: ut caput cōueniētius aſſignatur capitati q̄ ſi aīalis aſſignet̄. neqꝫ enī in eo ꝙ aīal eſt caput habet. multa enī ſunt aīalia capita non habentia**

Supra iam de relatiuoꝝ cōuerſiōe ꝓpoſuit: dixitqꝫ quicquid eſt ad aliquid: vel eiſdē caſibus vel diſſimilibus: tamen ad conuertentia dici. hoc vero idcirco euenit ꝙ omne ad aliquid eſſe ſuum ex alterius habitudine ⁊ cōparatiōe trahit. ꝙ ſi vtraqꝫ ſcd̄m aliquid ſint oppoſita: ad aliquid nuncupantur equā vim vocabuli nuncupationēqꝫ ſortita. nā ⁊ ſi pater ⁊ filiꝰ vtriqꝫ ad aliquid ſunt ſi pater ad filium predicatur quoniam ad aliquid eſt. filius quoqꝫ qui ad aliquid eſt: ad quoddā aliud predicabitur: ſed nullius eſt filius niſi patris. Ergo hec vocabula ex alterutra nuncupatione principium ſumunt. Quocirca que ſibi inuicē ſubſtantiam donant: recte ad ſe inuicē predicantur: ⁊ hoc quidē in omnibus relatiuis conſtat intelligi. ſed huiuſmodi conuerſio non vno modo nec quōlibet fieri poteſt: niſi enim conuenienter quelibet illa res ad id quod dicitur predicetur: huiuſmodi conuerſio nulla ratione conuertitur. Cum enim dicatur caput animalis caput dici nō poteſt: animal capitis animal. Ergo ita redditū nulla ratione conuertitur. Atqꝫ hoc eſt quod ait: non videri in omnibus relatiuis poſſe conuerti: niſi conuenienter ad quod dicitur aſſignetur. Si enim peccet is qui aſſignat: vt non conuenientem predicationē faciat: conuerſio non procedit. que tamē eſt ipſa cōuenientia qua poſſint ſemper relatiua cōuerti: huiuſmodi ē. Cū. n. dico alā auis eē alā: nō cōuertit̄ vt auis ale ſit auis: idcirco ꝙ non eſt conuenienter facta predicatio. non enim in eo ꝙ auis eſt in eo habet alā. multa enī ſunt que habent alā: aues tamē nullo modo nominantur: vt apes ſunt ⁊ veſpertilie: ⁊ quicquid eſt aliud tale habere quidē dicimus alas: eas tamen aues nō dicimꝰ: quare non in eo ꝙ auis eſt in eo eſt eius ala: ſed in eo ꝙ alata eſt. idcirco enim alam habet quoniā alata eſt. ⁊ qcquid fuerit alatū alas habebit: quare ita facta predicatō illā cōuerſionem retinet atqꝫ cuſtodit. ala enim alati ala eſt: ⁊ alatum ala alatum eſt. Eodē quoqꝫ modo de capite: ſi quis dicat caput animalis eſt caput: non conueniēter vim predicatiōis aptabit. nō enim in eo ꝙ animal eſt in eo habet caput. multa enim ſunt animalia que capite carent: vt oſtrea: vel condiū: vl' conchilia: ⁊ cetera huiuſmodi. Igitur dicendū eſt caput capitate rei eſſe caput: ⁊ capitam rem capite eſſe capitatam. Vides ne quēadmodum conueniens predicatio alternam in ſe vocabuli cōuerſionē reuerſionēqꝫ reddiderit. Ita quoqꝫ ſpeculādū eſt ⁊ de alio exēplo qd̄ ipſe ꝓpoſuit. remus enī ſi nauis remꝰ dicat̄ nullo mō cōuertit̄: vt nauis remi nauis eē nominet̄. Sūt enī quedā naues q̄ remis penitꝰ nō vtūtur: vt lintres quas ſolo ſubeunt conto: ⁊ idcirco nō cōuertit̄. Dicendū eſt igit̄ remū ⁊ remite rei eſſe remū: ⁊ remitā rē remo eſſe remitā. Neceſſe quoqꝫ erit nomē fingere ſi poſitū nō ſit: nā quēadmodū filiꝰ patris filius: et pater filij pater: reciproca cōuerſione ꝓdicant̄: ⁊ vtrūqꝫ nomen in vſu eſt. Sic ſi defuerit nomen: ipſe tibi ad aliqd debebis affingere: ut in eo ꝙ eſt ala alati ala. alatum enī nouiter factū eſt ⁊ nūqꝫ ante dictū: quo autē modo poſſimꝰ noīa ipſa cōfingere: qm̄ neceſſariū eſſe poſuimꝰ arte quoqꝫ cōponēdi ſequēti ordine demonſtremꝰ. Sꝫ hoc faciēdū eſt ſi priꝰ illud purgauero: qd̄ quidā cōtra ariſtotelē culpādi ſtudio ponūt. Aiūt enī nō eſſe ſoliꝰ relationis ad cōuertētia dici. Si qs enī ſic dicat: cū ſol ſup terrā eſt dies eſt: ⁊ cū dies eſt: ſup terrā ſol eſt. recipiunt hec quoqꝫ cōuerſionē: que cōfeſſe a relatiuoꝝ definitione ſegregata ſunt. Nō igitur in ſolis relatiuis ingunt cadit iſta conuerſio: ſed iamblicus duas huius rei ꝓtulit ſolutiones: vnā peruacuā: aliā vō perfortē. ait enim nihil officere ad ariſtotelis ſententiā: ſi et alia conuertāt̄ nō enī inquit ariſtoteles ſolis hoc relatiuis eſſe ſed omnibus. nāqꝫ hoc relatiuis ineſt: nec vlla ratione negari poteſt. quocirca quoniā non dixit ariſtoteles ſolis hoc in eſſe relatiuis. Illoꝝ queſtio huius preclari philoſophi ſententiā non moratur. ſed hoc potius accidētis eſt



q̄ꝫ nature ⁊ ad aliud quodāmodo refugiū cōtumētis potius q̄ꝫ ex ipſa ariſtotelis auctoritate dictoꝝ ꝗ eius aliqd̄ propugnaculū cōparātis. Aliā vero attulit cauſā prorſus grauē. ait enim propriū eſſe hoc relatiuoꝝ nō ſecūdū ſuam nuncupationem ſꝫ ſecundum aliquam habitudinē eodem modo conuerti. qui enim dicit cū ſol eſt ſuper terrā: dies eſt: ⁊ cū dies eſt: ſol eſt ſuper terram: nullam habitudinem monſtrat: ſed tantummodo cōſequētiā oſtendit. Conſequitur enim ſuper terram ſolē eſſe cū dies eſt: ⁊ cum ſol ſuper terrā curſus agat diem eſſe: cum vero aliquis dicit. filius patris filius: ⁊ pater filij pater habitudinē ⁊ comparationem ⁊ quodāmodo continentiam vtrūqꝫ declarat. Atqꝫ hoc quoqꝫ in alia q̄uis relatione ſpectare licet. Quocirca quoniam omnia ad aliqd ſcd̄m quādā ad ſe inuicē habitudinē cōtinentiāqꝫ dicūtur: ſcd̄m cōtinentiā quoqꝫ ⁊ habitudinē eoꝝ cōuerſio facienda eſt. qua in re nos quoqꝫ grauiter dictētis iāblici auctoritati cōcedimus. Nunc vō que ſit ars fingendi noīa ſicubi deſunt dicendū videt̄: quā ipſe Ariſtoteles his verbis tradit.

**Sic autē facilius fortaſſe ſumet̄: quibus nomē nō eſt poſitū: ſi ab his que prima ſunt: ⁊ ab his ad q̄ cōuertunt̄: noīa ponantur: ut in his q̄ dicta ſunt ab ala alatū: a remo remitū Oīa ergo que ad aliquid dicunt̄: ſi cōuenienter aſſignent̄: ad cōuertentia dicuntur.**

Quoniam ſunt que ita dicuntur ad aliquid: vt niſi conuenienter aptentur: conuerſio nulla ſit: in omnibus autem ad aliquid conuerſionē expectari neceſſe eſt: que ſit hec conuenientia: ⁊ quēadmodū aſſignari relationes oporteat: ipſe demonſtrat. Si quid enim dicitur ad aliquid ꝙ conuerti non poſſit: ab ipſo quod dicitur ſi denominatio fit mox conuertitur: vt ala dicitur auis: et ⁊ recta quidē eſt hec predicatio: ſed ad naturam relationis incōgrua. Nunc igitur quoniā dici nō poteſt auis ale: dicitur autem ala auis: ab ipſa predicatione: que ad aliud predicatur: ſi denominatio fit: mox redit conſueta reuerſio relatiuis. Nam cū dicitur ala auis: vt dicatur auis ale: inconueniens eſt. ſi vero ex ala fiat denominatio: vt dicatur ala alati: ſic conuerſio manet. Alatū enim ala alatum eſſe dicimus. ſicut alam alati eſſe alam. ⁊ hoc idem in remo euenit. Nam qm̄ remus nauis non dicit̄ ⁊ remi nauis vt ſit nulla ratione conuertitur. ſi ex remo ſit denominatio: ſtatim redit ex more cōuerſio. Dicimꝰ enim eſſe remū remite rei remū. ⁊ hoc illi conuertitur. Remita enim res remo remita eſt. Ergo ex eo ꝙ prius dicitur nomen fingendū eſt: ſicut ex eo ꝙ eſt ala: quoniā id prius ad auē dicitur: que auis ad alam non conuertitur: denominatio facta eſt: vt diceretur alatum. Atqꝫ hoc eſt quod ait. ſi ab his que prima ſunt ⁊ ab his ad q̄ conuertunt̄ noīa ponant̄. Prima nāqꝫ ꝓdicatio eſt ab ala. Dicimus enī alā auis. ⁊ hoc querimus vt ad alā ꝓdicatio cōuertat̄: ergo ab eo qd̄ priꝰ dicit̄: ⁊ ab eo ad qd̄ cōuertit̄ nomē fingendū eſt: ut ab ea que prius dr̄ ala: atqꝫ ab eadē ala ad quā cōuertitur: ſi cōuenienter aptat̄ fingendū eſt nomē alatū: qd̄ ipſum ex ala denominatū eſt: atqꝫ hoc idē ⁊ in ceteris relatiuis licet intelligi.

**Nā ſi ad quodlibet aliud aſſignētur: ⁊ non ad illud ad qd̄ dr̄ nō cōuertunt̄. Dico autē quoniā neqꝫ hoꝝ que indubitāter cōuertibilia dicunt̄: ⁊ noīa eis poſita ſunt: nihil cōuertit̄: ſi ad aliquid eoꝝ que ſunt accidentia aſſignent̄: ⁊ nō ad ea ad q̄ dicunt̄: ut ſeruuſ ſi dn̄i nō aſſignetur ſeruus: ſed hominis vl' bipedis aut alicuius taliū nō cōuertitur: nō enim erat cōueniens aſſignatio.**

Aliud quoqꝫ argumentū dedit: ſi relationes cōuenienter nō reddātur: nō poſſe cōuerti. Fortaſſe enim dicat qs alā ⁊ caput nō eſſe ad aliquid. ꝙ ſi quis hoc quoqꝫ cōcedat: illud tn̄ nullus negare poterit: qn ſeruus aut filiꝰ ſemꝑ ad aliud predicent̄. Ergo in hac quoqꝫ re: q̄ cōfeſſe relatiua eſt: nō erit relationis ꝓpria cōuerſio: ſi nō cōuenienter: ⁊ ad aliud ad qd̄ ꝓprie dicit̄ aſſignet̄. Nam cū ſit ad aliquid ſeruus niſi dn̄i reddat̄. i. ad id ad qd̄ cōueniēter dicit̄: hac rōne nulla conuerſio eſt. Dicat̄ ergo ſeruus hoīs: uel ſeruus bipedis nō cōuertit̄: vt dicat qs bipedē eſſe ſerui: aut hominē eſſe ſerui. Eodē quoqꝫ modo de filio. ergo extrinſecus q̄cūqꝫ ſunt: ſi ad ea id qd̄ eſt ad aliquid ꝓdicet̄ nulla cōuerſio eſt. Qd̄ aūt ait accidentia: nō ꝙ hō ſit accidens: aut bipes: differētia hoī accidenter inſit. ſed interdū cōſuetudinis ariſtotelice eſt: q̄ ſecūdo loco ⁊ extrinſecus predicent̄: dicere ſcd̄m accidēs predicari. Seruus aūt priꝰ ad dn̄m eſt: ſecundo vō loco ad hoīem. Idcirco enī ꝙ dn̄s homo eſt: ideo ſeruus ad hominē dicitur. Et idcirco ꝙ dominus bipes eſt: ideo ſeruus bipedis dicitur. Ergo ſecūdū accidens dixit ſecūdo loco: volens oſtendere extraneam ⁊ non conuenientē fieri predicationem: ſi quis ad hominem vel bipedē ſeruum ⁊ non ad dominum referat. Manifeſtum eſt igit̄ quoniā in his quoqꝫ que confeſſe ſunt ad aliquid: ⁊ in quibus nomina ſunt (. Nomen enim ⁊ ſerui ⁊ domini in vſu eſt: non quēadmodū in remo aut in ala: vbi neqꝫ alatū neqꝫ remitū nomem fuit niſi ipſe fingeret ariſtoteles) Cum ergo hec ita ſint manifeſtū eſt qm̄ ſi nō cōuenienter aptarentur: conuerſionem predicatio nō teneret.

**Amplius ſi cōueniēter aſſignetur ad id ad qd̄ dicit̄: oībus alijs circūſcriptis quecunqꝫ accidētia ſunt: relicto ſolo illo ad qd̄ aſſignatū eſt: ſemꝑ ad ipſū dicet̄: vt ſi ſeruus dicatur ad dn̄m: circūſcriptis alijs oībus que ſunt accidētia dn̄o: vt eſſe bipedē: vel ſciētie ſuſceptibilē: vel hominē: relicto vō ſolo dn̄o ſemꝑ ſeruus dicet̄ ad ipſū. ſeruus enī dn̄i ſeruus dicit̄. Si autē nō cōueniēter reddatur ad id ad qd̄ dicitur: circūſcriptis oībus alijs: relicto illo ſolo ad qd̄ redditū eſt non dicit̄ ad illud. aſſignet̄ enī ſeruus hoīs ⁊ ala auis. circūſcribat̄ ab hoīe eſſe dn̄m: non iam ſeruus ad hominē dr̄. cū enim dn̄s nō ſit ſeruus non eſt. Similiter autem ⁊ de aui adimat̄ ab ea alatā eſſe: ⁊ amplius non erit ala ad aliquid. cū enī nō ſit alatum: nec ala erit alicuius. Quare oportet aſſignari ad id ad qd̄ cōuenienter dicit̄: ⁊ ſi ſit nomen poſitum: facilis erit aſſignatio. Si autē non ſit: fortaſſe erit neceſſariū fingere nomē: ſi aūt ſic reddātur: manifeſtū eſt quoniā oīa relatiua conuerſim dicuntur.**

Secundā ſpeciē qualitatis eſſe cōmemorat: que ex quadā naturali potentia impotentiaq; proueniat: hoc autē huiuſmodi eſt: ut tuz aliquos validi corporis intuemur nōdū pugiles: neq; huius peritia artis imbutos: ſed ſic eos pugillatores dicimus: nō in eo ꝙ iā ſint pugiles: ſed eo ꝙ eſſe poſſint: ⁊ ſi quorum leue corpus aſpicimus: ſuraſq; non magnas: eos facile moueri curſuq; veloces exiſtimamus: q̄q̄ nondū ad curſus certamen aſpirent: nec ſint curſores: eos tamen curſores ſecundū potentiā nominamus: non ꝙ iam currant: ſed ꝙ poſſint currere: non abſurde vocabimꝰ. Eodē quoq; modo eos vocamus ſalubres vel inſalubres: quos valenti corpore vel fragiliore vel ad ſanitatē aptos vel ad egritudinē credimus. Unde fit ut quoſdā egrotos poſſimus ſalubres vocare: quoſdā vero ſanos inſalubres dicere: non enim ꝙ iam actu vel ſani vel egroti ſint: ſalubres vel inſalubres dicuntur: ſed ꝙ vel ſani diutius eſſe poſſint vel egroti. Sed queſtio eſt cur cū de qualitatis ſpeciebus ꝓpoſitum ſit: ſcđm genus dixerit qualitatis ⁊ nō ſpeciē: ita enim ait. Aliud vero genus qualitatis ē ſcđm qđ pugillatores vl̄ curſores vel ſalubres ⁊ inſalubres dicimꝰ. Sz qui hoc q̄runt ignorare videntur illud eſſe ſolū genꝰ: qđ ſuper ſe aliud genꝰ nō habeat Illud vō ſolū ſpeciē: qđ ſub ſe nullas ſpēs claudat: illa vero que inter genera generaliſſima ſpecieſq; ſpecialiſſimas ſunt: cōmuni poſſe generis ⁊ ſpeciei nomine nuncupari. Quocirca quoniā de ea ſpecie qualitatis ariſtoteles tractat: que nondū ſit ſpecies ſpecialiſſima: ſed magis generis prima ſpecies: ⁊ huiuſmodi ſpēs q̄ poſſit eſſe ⁊ genus: nihil abſurdū eſt eandē ⁊ ſpeciei ⁊ generis loco ponere. Sed ut ſunt quedā qualitates: a quibꝰ denominatione quadā facta q̄libet illa res dicitur: ut ab albedine album: vel a luxuria luxurioſum: vel quicquid huiuſmodi eſt: in his que ſcđm potentiā naturalem nō ita eſt. Ars enim ipſa pugillatoria nō eſt ꝓpoſita: a qua pugillatores dicamus. Pugillatores enim nō dicunt̄ ab eo ꝙ vſum pugillatorie artis exerceant: ſed ab eo ꝙ ad eam ſecundū potentiā naturalē affecti ſunt. quo circa quos dicimꝰ pugillatores: a pugillatoria dici nō ſunt neq; ab ea denominari poſſunt: ſed magis a pugillatoria arte pugilles ꝓpellāt̄. Pugillis. n. eſt: q pugillatoria arte vtit̄. atq; hoc idē in ceteris licet videre. In his ergo nulla certa qualitas ē: a qua cetera nominēt̄. Sed ſi qua tamē inuenienda atq; exprimenda ſit: talis ē quā ipſe ariſtoteles hoc modo denunciat: que ſit ſcđm potētiam aliquid faciendi: vel impotentiam aliqđ paciendi. Pugillatores enim ⁊ curſores idcirco dicimꝰ: ꝙ habeāt potentiā faciendi: ideſt currere atq; eſſe pugiles. Salubres vero denominamus: ꝙ ipſi habeant aliquā quodā modo impotentiā aliquid patiendi. qui eniz minus ab extrinſecus accidentibꝰ patitur: hic de ſanitate ſecurus eſt: ⁊ qui de ſanitate ſecurꝰ eſt: illum ſalubrē eſſe re vera poſſumꝰ predicare. Alia vero eſt qualitas que ſecundū nihil patiendi īpotentiā dicit̄: vt eos quos inſalubres vocamus. hi enim īpotentiā habent nihil patiendi: idcirco ꝙ habeant potentiā aliquid cito patiendi. quod ſi quis eſt qui ab extrinſecus accidentibus aliquid facile patiatur: ille potens eſt facillime egritudini ſubiacere: ſecundū quā potentiā inſalubres dicimus. etiam ſi ſint ſani. Eodē quoq; modo durū dr̄ ⁊ molle Durū eni eſt quod habet potentiā non citius ſecari. quod enim durū eſt: difficillime aliqua ſectione diuiditur. Molle autez quod habeat impotentiā difficilꝰ ſecari. quod quoniaz molle ſecatur facile: ſecundū īpotentiā difficilius ſecari molle dicimus. Et hec eſt ſecunda ſpecies qualitatis. nunc tranſeamus ad tertiā.

**Tertia vero ſpecies qualitatis paſſibiles qualitates ⁊ paſſiones: ſunt autē huiuſmodi: ut dulcedo ⁊ amaritudo ⁊ auſteritas et omnia his cognata. Amplius ⁊ calor ⁊ frigus ⁊ albedo ⁊ nigredo. Et quoniā he qualitates ſunt: manifeſtū eſt. Quecunq; enim iſta ſuſceperint: qualia dicuntur ſecundū ea: ut mel quoniā dulcedinē ſuſcipit: dulce dicitur: ⁊ corpus album eo ꝙ albedinem ſuſcipit. Similiter autem ſeſe habent in ceteris.**

Tertiū genꝰ qualitatis ꝓponit: ꝙ nos in partē qualitatis ſpeciemq; conuertimus paſſibiles qualitates ⁊ paſſiones. He autē a ſe plurimū diſtāt: tamē cū vtraq; qualitates ſint: vtraq; prius docet. poſt vero que eorū diſtantia eſſe videantur ediſſerit. ⁊ prius eoruz conuenientia proponit exempla. Nam quid ſint paſſibiles qualitates dicens ait. vt dulcedo vel amaritudo: calor ⁊ frigus: ⁊ nigredo ⁊ albedo: ⁊ alia his cognata. hec que ſuperius cōprehenſa ſunt qualitates eſſe illa ratione cōfirmat: quā in primordio de qualitatis diſputatione ipſiꝰ qualitatis eſſe reddiderat. Diffinitionē eniz qualitatis eſſe prediperat: ſcđz quā quales vocamus. Quod ſi ſcđz qualitates quales vocamus. ab amaritudine vero vel a dulcedine amarū vel dulce dicitur. A nigredine atq; albedine nigrum atq; albuz: quis dubitet has eſſe qualitates: in quibus qualitatis cōuenit diffinitiō. Illa enī ſemper eiuſdem nature eſſe credunt̄: quecūq; eiuſdem deſcriptionis finibus terminantur: vt ſi qua res diffinitionē hanc que eſt animal rationale mortale ſuſceperit eam hominē manifeſtum eſſe eſt. Quocirca ſi hec quas paſſibiles qualitates vel paſſiones dixerat: ſuſcipiunt qualitatis diffinitionē eo ꝙ qualia dicunt̄ que illa ſuſceperint: has etiā conſtat eſſe qualitates.

**Paſſibiles vero qualitates dicuntur non ꝙ hec que illas ſuſceperint qualitates: aliquid patiantur. neq; eniz mel quod aliquid paſſuz ſit: idcirco dicitur dulce: nec aliquid aliud huiuſmodi. ſimiliter autē his ⁊ calor ⁊ frigus paſſibiles qualitates dicuntur: nō ꝙ ipſa que eas ſuſcipiunt: aliquid paſſa ſint: ſed quoniā ſinguli eorum que dicta ſunt ſecundum ſenſuuz qualitatem paſſionis ꝑfectiua ſunt: paſſibiles qualitates dicūtur. dulcedo eniz quandam paſſionem ſecundum guſtum efficit: ⁊ calor ſecundum tactum ſimiliter autem ⁊ alia.**

Paſſibilium qualitatū exempla cōſtituerat dulcedinem vel amaritudinez: frigus atq; calorem: albedinem atq; nigredinem: que cū paſſibiles qualitates ſint: non tamē vno eodemq; modo paſſibiles qualitates dicunt̄ ſed longe diſtāt rationes: quibus hec omnia qualitates paſſibiles appellantur: vt prius dulcedo vel amaritudo: calor ⁊ frigus paſſibiles qualitates dicunt̄: nō quod ea que ſunt dulcia: aliquid extrinſecus patiunt̄: nec vero ea que ſunt amara: ex aliqua paſſione ſaporem aſperū amaritudinemq; ſuſceperint. Neq; enim mel aliqđ paſſum eſt: vt ei dulcedo eſſet in natura. nec vero abſinthiū ab vlla aliqua extrinſecus paſſione amaritudinis horror infecit. quocirca hec ⁊ his ſimilia non idcirco dicuntur eſſe paſſibiles qualitates: ꝙ ipſe aliquid paſſe ſint ſed ꝙ ex his paſſiones quedam in ſenſibus dimittantur. Nanq; ex melle ꝙ dulce eſt dulcedo quedam in guſtu relinquitur: ſimulq; etiam calor ⁊ frigus paſſionez quandam ſenſibus faciunt. Patimur dulcedinem cuz aliquid dulce guſtamus: ſimulq; ſcđm caloris ⁊ frigoris qualitatem taliū ſenſuum paſſionē ſubimus. Quocirca calor ⁊ frigus: amaritudo atq; dulcedo: idcirco paſſibiles qualitates dicuntur: quod ſecundū ſenſuū qualitatem quandā in nobis efficiant paſſionem: nō ꝙ ipſa extrinſecus aliquid patiantur.

**Albedo autem ⁊ nigredo ⁊ alij colores nō ſimiliter his que dicta ſūt: paſſibiles qualitates dicunt̄: ſed hoc qđ he ipſe qualitates ab aliquibus paſſionibus innaſcuntur.**

Quoniam vero paſſibiles qualitates etiam colores eſſe dicuntur: id eſt albedo ⁊ nigredo. Non autem eodem modo paſſibiles qualitates dicuntur: quemadmodum amaritudo atq; dulcedo calor ⁊ frigus: nunc que eorum diſtantie eſſe poſſint exponit. Amaritudo eniz atq; dulcedo non ꝙ ipſa aliquid extrinſecus paterētur ſed ꝙ ipſe efficerēt paſſiones: paſſibiles qualitates vocabantur: albedo vero ⁊ nigredo contrarie. Non enim ꝙ ipſe aliquas ſenſibus paſſiones importent: ſed ꝙ ex alijs quibuſdam paſſionibus innaſcantur. Hoc autez videtur Ariſtoteles ex eo quodāmodo conſideraſſe: qđ poſt ipſe propoſuit hoc modo.

**Quoniam ergo fiunt per aliquam paſſionē multe colorum mutationes manifeſtū eſt rubeſcens enim aliquis rubeus factus eſt ⁊ timens pallidus: ⁊ vnum quodq; talium.**

¶ Hoc autem ex non longi temporis paſſionibus ad paſſibiles qualitates ⁊ diuturniſſime permanentes acutiſſima conſideratione tranſfertur. fit enim rationis probabilitas hoc modo. Monſtrãtur enim colorum qualitates ex paſſionibus naſci: ꝙ cum verecũdia paſſio quedam ſit: ex ea rubor exoritur: ⁊ cum timor loco paſſionis habeatur: ab ea pallor metuentis vultũ atqꝫ ora defigit. Quare quoniã hi colores ex quadam paſſione videntur innaſci: etiam in naturali colore eandem veriſimile eſt eueniſſe rationem. Nam quoniã cum verecundia fit: in os omnis ſanguis egreditur: ⁊ velut delictum tecturus effunditur: ita quoqꝫ fit rubor ex ſanguinis progreſſione atqꝫ in apertum effuſione. Quocirca ſi hoc ex innaturali paſſione contigerit: naturali facies rubore perfunditur. Pallor vero fit quotiens a facie ſanguis ad precordiorũ interiora ingreditur. Quod ſi hoc quoqꝫ naturalis paſſio det: veriſimile eſt eodem infectum colore percari. Quocirca ſiue per egritudinem pallor fit: qd naturale non eſt: ſiue per aliquẽ naturalẽ euentũ paſſionis accidat: ceteraqꝫ ad eundem modũ: paſſibiles qualitates dicunẽ: eo ꝙ ex aliquibus paſſionibus ſint. quod ipſe ariſtoteles hac voce teſtatur.

**Quare vel ſi quis naturaliter aliquid taliũ paſſus eſt: ſimilem colorem oportet eũ habere. Que enim affectio nunc ad verecundiam circa corpus facta eſt: ⁊ ſecundũ naturalem paſſionem eadem fiet affectio: ut naturalis color ſit ſimilis.**

¶ Nam ſiue aliquis vel nondũ natus aliqd patiatur quo faciem ſanguis relinquat: ſiue quolibet alio modo ſanguis ex infantis vultu ad interiora migrauit: faciez naturalis infecit pallor. ⁊ que nunc non naturales paſſiones diſpoſitioneſqꝫ ſunt: vt cũ hi colores faciem vel totũ corpus inficiũt: he ſi naturaliter cõtigerint eiſdem: ſimilibus ſignatus coloribꝰ vultus aſpicieẽ. Nunc enĩ cũ eſtus in ſuperficie vultus ſanguinẽ impoſitũ decoxerit. nigredinis peruſti ſanguinis rubor reddit colorẽ. Quod ſi idem aliqua paſſione in faciem nonduz geniti infantis acciderit: eandem veriſimile eſt affectionem coloris corpus ſuſcipientis inficere. Quare que in coloribus ſunt idcirco paſſibiles qualitates dicuntur: non ꝙ ipſe aliquid patiantur: ſed ꝙ ex aliquibꝰ paſſionibus in cuiuſlibet corpus atqꝫ ora proueniunt.

**Quecunqꝫ ergo talium caſuum ab aliquibus paſſionibus difficile mobilibus ⁊ permanentibus principiũ ſumpſerint: paſſibiles qualitates dicuntur. ſiue enim ſecundũ naturalem ſubſtantiam pallor aut nigredo facta eſt: qualitates dicuntur. Quales enim ⁊ ſecundũ eas dicimur: ſiue propter egritudinem longam vel eſtum aliquid tale contingit: vel nigredo vel pallor: ⁊ non facile preterit: ⁊ in vita permanet: qualitates ⁊ iſte dicuntur. Similiter enim quales ⁊ ſecũdũ eas dicimur.**

¶ Dat quoddam ſignũ quo perſpecto valeamus agnoſcere: quas harũ omniũ que ſupradicte ſunt: qualitates oporteat appellari. Si enim ita vel caſu aliquo vel natura hec qualitates euenerint: vt eorum ſit tardus exitus permutatioqꝫ difficilis: qualitates vocantur. Si quis enim vel per egritudinẽ vel per naturam pallidꝰ fiat: ſitqꝫ in eiꝰ corpore permanẽs pallor: tunc qualitas appellatur. ⁊ hoc non in corporalibus ſolum vitijs: ſed etiã in animi quoqꝫ affectionibus inuenitur. Si quis enim vel per naturã vel quomodolibet alio poſtea caſu aſſiduis cõmeſſationibꝰ delectetur. ⁊ hoc illi quodãmodo in ipſa mentis diſſolutione permaneat: ab eoqꝫ difficile moueatur: paſſibilis qualitas effecta eſt: idcirco ꝙ ſcdm eaz quales dicuntur: quibus illa prouenerit. Niger enim dicitur in quo nigredo permanſerit. Cõmeſſator cui voluptas perpetua cõmeſſandi eſt. Eſt ergo ſignũ in paſſibilibus qualitatibus hoc: eas eſſe imobiles ⁊ permanentes. que autem huiuſmodi ſunt que facillime permutãtur: ⁊ temporali ſtatu ſunt: de his talis ariſtotelis videtur eſſe ſententia.

**Quecunqꝫ vero ex his que facile ſoluũtur: ⁊ cito tranſeunt: fiunt: paſſiones dicuntur: qualitates vero minime. non enĩ dicimur ſcdm eas quales: neqꝫ eniz qui propter verecundiam rubeus factus eſt: rubeus dicitur: nec cui pallor propter timorẽ venit: pallidus eſt: ſed magis quidez aliquid paſſus ſit. quare paſſiones huiuſmodi dicunẽ: qualitates vero minime. Similiter his ⁊ ſecũdum animã ⁊ paſſiones ⁊ paſſibiles qualitates dicuntur. Quecunqꝫ enim mox in naſcendo ab aliqbus paſſionibus difficile mobilibus fiunt: qualitates dicuntur: ut dementia ⁊ ira ⁊ alia huiuſmodi. quales eniz ſcdm eas dicimur: id eſt iracundi ⁊ demẽtes. Similiter autem ⁊ quecunqꝫ alienationes nõ naturaliter: ſed aliquibus caſibus facte ſunt difficile pretereuntes ⁊ omnino imobiles: ⁊ huiuſmodi qualitates ſunt. quales eniz ⁊ ſecunduz eas dicimur. Quecunqꝫ vero ex his que facile ⁊ citius pretereunt fiũt: paſſiones dicuntur: ut ſi quis contriſtatus iracũdior fit: non enim iracũdus dicitur: qui in huiuſmodi paſſione iracundior eſt: ſed magis aliquid paſſus. Quare paſſiones quidem huiuſmodi dicuntur: qualitates vero minime.**

¶ Quid de his affectionibꝰ iudicaret: que ad preſens tempus atqꝫ ad momentum animis vel corporibus inhererent: ipſe non obſcura oratione vulgauit. Nam cũ prius eas eſſe paſſibiles qualitates pronunciaret: que ex aliquibus paſſionibus gignerentur: ⁊ tamẽ in ſubiectis imutabiliter permanerent: nũc illas affectiones que ita ſunt in ſubiectis: vt cito pretereant: non qualitates ſed paſſiones vocat. Si quis enim propter verecũdiam rubore infectus eſt: quoniã rubor ille non permanet: rubeus nõ vocatur. Quod ſi rubeus diceretur: eſſet quoqꝫ ipſe rubor paſſibilis qualitas: quoniã in ſubiecto corpore diutiſſime permaneret. Nunc autem quoniã nullo modo rubeus dicitur: cui a verecundia rubor venit: qualitates autem ſunt ſecundũ quas quales vocamur: verecundie rubor non qualitas: ſed quedã paſſio eſt. nam ſi eſſet qualitas: ab eo rubore rubei dicerentur: ideſt quales: ſed hoc non ita eſt. Non igitur huiuſmodi affectiones que non multo durant tempore qualitates vocantur: ſed potius paſſiones. Paſſus eniz aliquid dicitur qui propter verecundiã rubeus ſit. Eadẽ ratio eſt in anime paſſionibus. Nam ſi ad momentum quis iratus eſt: non idcirco eum iure aliquis iracunduz vocet: ſed ſi huiuſmodi vitiũ in cuiuſlibet animo conſtãter inheſerit. Nam ſi quis vel per naturam vel per egritudinẽ ſit leſus corpore: vt vel perpetuã dementiã: vel imobilem incurrat iracundiam: ille vel demens vel iracundus dicitur. Et quecũqꝫ alienationes (vt ipſe ait) vel ſcdm naturã vel per caſuz permanentes fuerint ille in paſſibili qualitate numerantur: idcirco quod ſcdz eas quales dicimur. Que autem (vt dictum eſt) non permanent: ſed facile tranſeunt: eas nõ qualitates: ſed ſolũ vocamus paſſiones. Sed quoniã tres ſpecies qualitatis enumerauit: vnaz ſcdm quam habitus diſpoſitioneſqꝫ dicerentur. alterã ſcdm quam naturalis potentia vel impotentia ad aliquid faciendum vel patiendũ ſubiectarum rerum naturas pararet. tertiam ſecundũ quaz paſſibiles qualitates dicerentur: ⁊ hanc tali duplicitate partitus eſt: vt alias idcirco diceret paſſibiles eſſe qualitates: ꝙ ipſe aliquas gignerent paſſiones: alias vero ꝙ ab aliquibus ipſe paſſionibus naſcerentur. Queri põt quomodo he quoqꝫ paſſibiles qualitates diſtent a pma illa ſpecie qualitatis: que ſcdz habitum diſpoſitionẽqꝫ propoſita eſt. Nã ſi quis calorẽ frigusqꝫ perſenſerit: habet quidem qualitatem paſſibilem: ſed tamẽ in eiuſdez ipſius diſpoſitione atqꝫ affectione verſatur. diſpoſitus namqꝫ eſt ad eundem calorẽ atqꝫ frigus: quez ſumpſit atqꝫ habuit: qd ſcilicet ipſe Ariſtoteles videns calorez frigusqꝫ in vtraqꝫ ſpecie numerauit: namqꝫ ⁊ diſpoſitionem dixit calorem atqꝫ frigus: ⁊ paſſibilez qualitatem. huius queſtionis talis ſolutio eſt. Nihil impedit ſcdm aliam ſcilicet atqꝫ aliam cauſam vnam eandemqꝫ rem gemino generi ſpecieiue ſupponere: vt ſocrates in eo ꝙ pater eſt ad aliquid dicitur: in eo vero quod homo ſubſtãtia eſt. ſic in calore atqꝫ frigore in eo quod quis ſcdz ea videtur eſſe diſpoſitus: in diſpoſitione numerata ſunt. Scdm vero ꝙ ex aliquibus paſſionibus innaſcuntur paſſibiles qualitates dicte ſunt. Ipſe vero ab habitu diſtant id eſt paſſibiles qualitates: quod in plurimis ad habitus rebꝰ per artes atqꝫ ſcientias peruenitur: ita vt ipſe habitus ordine ⁊ filo quodã perficiatur. Paſſibiles vero qualitates eo modo minime. Quo vero diſtent he paſſibiles qualitates a ſcda ſpecie: que ſcdm naturalem potentiã vel impotentiam dicitur: queritur. Perplana diſtantia eſt. Dicimus enĩ ſcdm potentie naturalis ſpeciem aliquid dici: non ſcdz preſentem actũ: ſed ſcdm id quod ad hoc eſſe poteſt. frigus vero calorqꝫ ⁊ dulcedo vel amaritudo non ſcdm quod poſſit eſſe: ſed ſcdm id quod iam ſit: conſideratur. Quocirca diſtat hec tertia ſpecies a ſecunda: ꝙ hic ſcdm poſſibilitatẽ dicitur: tertia vero ſcdz actum. Sed quod dudũ promiſcue paſſiões affectionũ nomine vocabamus: hec quoqꝫ non longa queſtio eſt. Sic enim inueniemus ꝙ paſſio ab affectionibus diſcrepare videatur. Si qua eniz corpora ita calefacta ſint: vt ex ſe quoqꝫ ipſa aliquem calorem emittere valeant: illa ad calorem affecta nuncupantur. Si qua vero tantũ calorem momento ſuſceperint: paſſiones dicimus: ⁊ ab affectibus ſegregamus: vt hoc ſit integrũ paſſionũ affectionũqꝫ ad habitus augmentũ: vt amplificata paſſio in affectionem tranſeat: augmentata affectio in habitum permutetur. ⁊ hec quidem de tertia ſpecie qualitatis pronũciaſſe ſufficiat. Nunc quarte ſpeciei vim naturãqꝫ veraciſſima diſputatione confirmat: vſquequo progreſſa q̃litatis diſtributio cõquieſcit. Nobis quoqꝫ diſputationũ prolixitas moderanda eſt. Prouidendum quoqꝫ ẽ vt ſufficiens breuitas ordini expoſitionis adhibeatur: ne aut breuitatem comitetur obſcuritas: aut planitiem minꝰ moderata oratio odioſo faſtidio ⁊ ĩ longinquitate deformet.



**Quartum vero genus qualitatis eſt figura: et circa vnuz quodqꝫ conſtãs forma. amplius ad hec rectitudo ⁊ curuitas: ⁊ ſi quid ſimile eſt his. ſecundum enim vnũquodqꝫ eorum quale quid dicitur. triangulum eniz vel quadrãgulum eſſe quale quid dicitur: ⁊ rectum aut curuum.**

¶ Quarta eſt ſpecies qualitatis que ſcdm vnãquãqꝫ formã figuramqꝫ perſpicitur. Eſt autem figura: vt triãgulum vel quadratũ. forma autem ipſius figure quedã qualitas eſt. vt figura quidem eſt triangulum vel quadratum. forma autez ipſius trianguli vel quadrati quedam qualitas. vnde etiam formoſos homines dicimꝰ. Figura enim quedam vel pulchrior: vel mediocris: vel alio quodãmodo conſtituta qualitas formaqꝫ nominatur. Has autem eſſe qualitates nullꝰ dubitat. Siquidem ⁊ a figura dicitur figuratus: ⁊ a forma formoſus. Amplius quoqꝫ triangulum etiam a triãgulatione denominatum eſt: ⁊ quadratum a quadratura. Quod ſi ille ſunt qualitates: ſcdz quas quale aliquid appellatur non eſt qui dubitet formã figurãqꝫ eſſe qualitates: qm omnia q̃ his participãt: ex his ipſis qualia nominãtur. ſed quoniam in continue quãtitatis ſpeciebus ⁊ triangulum ⁊ ſuperficies enumerata eſt: ipſa quidem ſuperficies quantitas eſt: ipſius vero ſuperficiei compoſitio qualitas. eſt enim figura (vt geometrici diffiniũt) que ſub aliquo vel aliquibꝰ terminis continetur. Sub aliquo quidem: vt circulus: ſub aliquibus vero: vt triangulum vel quadratũ. quare ſpacium quidez ipſum: qd ex ſupradictis lineis cõtinetur: ſuperficies dr: q̃ eſt quãtitas. Superficies nãqꝫ quoniam in dilatione quadaz ⁊ ſpatio conſtat: quantitas eſt: ſed compoſitio ipſius ſuperficiei qualitas. Nam quoniam tres linee conuenienter in ſe iunctis terminis vnũ ſpacium concluſere: qd tribus angulis ⁊ tribus lineis continetur: hoc ipſum ſpacium quod concludunt: ad quantitatẽ referri poteſt: quod vero tribus lineis. hoc eſt qualitas. figura enim eſt triangula. hoc idem quoqꝫ dici poteſt etiam in linea. Nam quoniã longitudo ſine latitudine eſt: ad quantitatem dicitur: quod recta ſiue curua eſt: redditur rurſus ad qualitatem.

**Rarum vero ⁊ ſpiſſum ⁊ aſperũ ⁊ lene putabũtur quidẽ qualitatẽ ſignificare. ſed aliena huiuſmodi putãtur eſſe a diuiſione que circa qualitatẽ eſt. quãdã enim poſitionem magis videtur vtrũqꝫ partium ſignificare. ſpiſſum quidem eſt eo ꝙ partes ſibiipſe ꝓpinque ſint. raruz vero eo ꝙ diſtent a ſe inuicem. ⁊ lene quidẽ quod in rectuz ſibi partes iaceant. aſperũ vero quod hec quidem pars ſuperet: illa vero ſit inferior. Et fortaſſe alij quoqꝫ apparebunt qualitatis modi: ſed qui maxime dicuntur fere tot ſunt. qualitates itaqꝫ ſunt que ꝓdicta ſunt: qualia vero ſunt: que ſcdm hec denominatiue dicuntur: vel quomodolibet aliter ab his.**

¶ Quedam ſunt que videntur eſſe qualitates: quoniã ex hijs aliqua denominatiue dicuẽ: vt lene quoniã dicitur a lenitate: et aſperum quoniã dicit ab aſperitate. ſpiſſum quoqꝫ ⁊ rarũ a raritate ⁊ ſpiſſitate nominantur. videnẽ ergo hec quoqꝫ in q̃litatibꝰ poſſe numerari. Sz rectam rationem perſpicientibus nec ſolum auribus que dicuntur: ſed etiã mente atqꝫ animo iudicantibus in q̃litatibus hic poni non oportere manifeſtum eſt. Nam quod dicimus rarum: poſitio quedã partium eſt non q̃litas. Nam quia ita partes a ſe ſeparate diſtant: vt inter eas alieni generis corpꝰ poſſit admitti: ideo rarũ vocatur: vt ſpongie pumiceſqꝫ: quoniã in eorum cauernis ſurculus vel aliud quid immitti poteſt: ita vt inter rimas partium ſit: idcirco rarũ dicitur. Porro autez ſpiſſum: quoniam ita ſibi partes vicine ſunt atqꝫ ad ſe inuicem ſtricte: vt inter eas nullum corpus poſſit incidere: atqꝫ ideo ſpiſſum vocaẽ: vt eſt ferrũ vel adamas. Poſitio ergo quedam partiũ his ineſt non qualitas. nec vero illud quoqꝫ diſtat: quod dicitur lene. Nam quoniã

partes ita ſunt poſite: vt neutra ſuperet: neutra ſit minoꝛ: ſed equalibus extremitatibus iuncte ſunt: idcirco quedam lenitas ē: vt adducta manꝰ illam: que ex equalitate iunctis partibus nata eſt: ſentiat lenitatē: vt eſt argentum. Aſperitas vero eſt partium non equalis poſitio: ſed aliarum eminentiū: aliarum vero depꝛeſſarum vt cuius alie partes eminent: alie vero depꝛeſſe ſunt. Ergo ſcdm vnāquāqꝫ partiū poſitionē vel raritas vel ſpiſſitudo vel aſperitas vl' lenitas coꝛpoꝛibꝰ ē. Nō igit hec ſcdꝫ qualitatē dicitur: ſed potius ſcdm poſitionē. Poſitio autem in relationis genere nominata eſt. Nō igit he qualitates: ſed potius relatiue ſunt. ⁊ enumerationes quidē ſpecierū qualitatis ariſtoteles hic terminat. Nō ſunt tamē putande ſolum eſſe qualitates: quas ſupꝛa poſuit. Ipſe enim teſtatur eſſe quoqꝫ alias qualitates: quas modo omnes numerare neglexit. ſꝫ cur neglexerit multe ſunt cauſe. Pꝛima ꝙ elementi vicem hic obtinet liber: nec perfectam ſcientiā tradit: ſed tantūmodo aditꝰ atqꝫ pons quidā in altioꝛa philoſophie introitum pandit. Quocirca ſi hoc ita eſt: tñ dicere oportuit: quātum ingredientibus ſatis eſſet: ne eoꝛum animos nondū ad ſcientiam firmos multiplici doctrine ſubtilitate cōfunderet. que vero hic deſunt in libris: qui μετὰ τὰ φυσικὰ inſcribunt appoſuit. Perfectis nāqꝫ opus illud non ingredientibus pꝛeparatur. Eſt quoqꝫ alia cauſa: vt nos ad exquirendas alias qualitates nō ſoluꝫ pꝛopꝛioꝛum dictoꝛum: ſed etiam noſtroꝛū aliquid inueniendi incitatoꝛ admitteret. Quocirca cōcludit eas que maxime dicerentur: quas ſupꝛa pꝛopoſuit eſſe qualitates. Illa vero dici qualia que ſcdꝫ pꝛedictas qualitates dicerentur. ſed quoniam addidit. vel quomodolibet ab his. que ſit huiuſce pꝛopoſitionis ſententia pꝛius appoſitis ariſtotelis verbis ſequēs expoſitiōis oꝛdo cōteret.

**In pluribus quidē ⁊ pene in omnibus denominatiue dicuntur: ut ab albedine albus ⁊ a grāmatica grāmaticus: ⁊ a iuſticia iuſtus Similiter autē ⁊ in alijs. In aliquibus vero eo ꝙ non ſint poſita qualitatibus nomina non cōtingit ab eis denominatiue dici: vt curſoꝛ: aut pugillatoꝛ: qui ſcdm valitudineꝫ naturalē dicūtur: a nulla qualitate denominatiue dicuntur. Non enim poſita ſunt nomina valitudinibus: ſcdm quas iſti quales dicuntur: ſicut in diſciplinis: ſcdm quas vl' pugillatoꝛes vel paleſtrici ſcdm affectioneꝫ dicuntur. Pugillatoꝛia enīꝫ ⁊ paleſtrica diſciplina dicitur. Quales vero ab his denominatiue hi q ad eas afficiunt dicūtur. Aliquando autē ⁊ poſito nomine denominatiue nō dicitur id quod ſcdm ipſum quale dicitur: ut a virtute ſtudioſus dicitur. Virtutē enim habēdo ſtudioſus dicitur: ſed nō denominatiue dicit a virtute. Non autem in pluribus hoc tale eſt. Que autem dicuntur qualia: aut denominatiue a pꝛedictis qualitatibus dicuntur: aut aliquo modo aliter ab his.**

¶ Multe inquit ſunt qualitates: quibus poſitis ⁊ pꝛopꝛio nomine nuncupatis ab his alia denominatiue dicuntur: ut ea que ipſe planiſſime adiecit exempla. Naꝫ cum albedo cuiuſdaꝫ nomen ſit qualitatis: ab eo dicitur albus. Eodem quoqꝫ modo ⁊ grāmatica cum rei ſit nomen: ab ipſo quales dicuntur. Grāmatici enī a grāmatica nominantur. atqꝫ hoc eſt in pluribus ut poſito nomine ſi quid ſcdꝫ ipſas qualitates quale dicitur: ex his ipſis qualitatibus appellatio deriuetur. Alie vero qualitates ſunt: in quibus cū nomen poſitum non ſit: tamē quales dicūtur. quales quidem quia alia q̄litate participant: ſed non ſcdm eam qualitatē quales dicuntur: ex qua ſi his eſſet qualitatibus nomen poſitum: poterant appellari: ut in ea qualitate que ſcdm potentiam naturalē dicitur. Illi enim q̄ꝫ quales dicantur: hi q ſcdm ipſam potentiā nominantur: ipſi tamen (vt dictū eſt) nullo pꝛopꝛio nomine nuncupantur. Nam q pugiles appellantur ab arte pugillatoꝛia: idcirco ab ea pugiles dicuntur: quod ad eandē ipſaꝫ artē pugillatoꝛiā quodā modo affecti ſunt. Jam enīꝫ pugiles ab arte pugillatoꝛia pꝛedicantur. Qui vero nondū pugiles ſunt: ſed eſſe poſſunt: non ſcdm ipſam artē: id eſt pugillatoꝛiaꝫ: ſed ſcdm potentiā pugillatoꝛie artis pugillatoꝛes vocant. Ipſi autem potentie nomē pꝛopꝛiū poſitū non eſt. Nā quēadmodū a curſu curſoꝛes: a paleſtra paleſtrici: a pugillatoꝛia pugiles diſtinctis qualitatū vocabulis appellantur: non eodē modo eſt etiam in vniuſcuiuſqꝫ rei potentia naturali. curſus enim potentia naturalis: ſecundū quā curſoꝛes vocamus: ⁊ rurſus potentia pugillandi: vel potentia paleſtrizandi ſuo nomine diſtincta non eſt. Cur enim dicitur curſoꝛ ſi interrogemur de eo qui nondū eſt curſoꝛ: dicimus ſcdm potentiam naturalem. Cur paleſtricus: eodē quoqꝫ modo naturalem potentiā reſpondemus. Quare pugillatoꝛ qui nondū eſt pugilis: ab eadem quoqꝫ potentia naturali nominat. Si igitur haberet hec naturalis potentia pꝛopꝛiuꝫ nomen: ita diſtinctis vocabulis appellaret: ut in his qualitatibus in quibus pꝛopꝛie nomē eſt poſitū: ut in curſu vel paleſtra vel arte pugillatoꝛia. ⁊ hoc eſt quod ait. In aliquibus vero pꝛopterea ꝙ qualitatibus nomina nō ſunt poſita: impoſſibile eſt ab his aliquid denominatiue dici. Ut hec ſcilicet demonſtraret curſoꝛem quidem qui iaꝫ curreret a curſu eſſe dictū: curſoꝛeꝫ vero qui ſcdm potentiam currendi diceretur: non vocari a curſu: ſed tantum a potentia: cuius potentie nomen pꝛopꝛium non eſſet poſitum. Quare hec omnia que ſcdm potentiaꝫ naturalem dicuntur: a nulla qualitate denomiatiua ſunt. Idcirco ꝙ e qualitates a quibus denominari poſſunt: pꝛopꝛijs nominibus carent. que vero ita ſunt: vt non ex potentia: ſed ex affectione dicantur: ab his qualitatibꝰ ad quas ſeſe aliquo modo habent denominatiue dicunt quod Ariſtoteles hoc pꝛotulit modo dicens. Non ita eſſe ſecundum potentiam naturalem: quemadmodum etiā in diſciplinis ſecundū q̄s vel pugillatoꝛes vel paleſtrici ſcdm affectionem dicuntur. Pugillatoꝛia enim diſciplina dicitur ⁊ palleſtrica: quales vero ab his denominatiue: qui ad eas ſunt continentes: dicuntur. Docuit igitur omnia que a quibuſdam qualitatibus dici putarentur: vere quoqꝫ a qualitatibus non pꝛedicari: vt in his quibus qualitatibus nomen pꝛopꝛium non eſt. Illud quoqꝫ monſtrauit hoc in pluribus euenire: vt de pꝛopoſitis qualitatibus qualia denominatiue dicerentur. Reſtat ergo quod reliquuꝫ eſt: vt dicat eſſe q̄ſdā qualitates quarum cum nomen ſit poſitum: ab his ipſis tamen que illarum rerum participant denominatiue nō dici: vt virtus. Nam cū virtus qualitas ſit (eſt enim habitus quidam: omnis vero habitus qualitas) Ergo quicūqꝫ virtute participat: non ſecundū eam denominatiue dicitur. In denominatione enim querendum eſt: vt ſemper idem permaneat nomen. In eo autēꝫ qui virtute participat nulla virtutis denominatio eſt: vt q bonitate pticipat: bonus dicitur: qui iuſticia iuſtus: ⁊ alia huiuſmodi. Qui vero virtute participat: aut pꝛobꝰ nominatur aut ſapiens: ſed neqꝫ pꝛobus neqꝫ ſapiens a virtute denominatiua ſunt. Idcirco ꝙ vtrunqꝫ nomē a virtute longe diſſimile eſt: quod ipſe ſic ait. Aliquādo autēꝫ poſito nomine denominatiue non dicitur quod ſecundū ipſum quale dicitur. Et eius rei pꝛoponere non



omiſit exemplum. ſed hoc in multis non poteſt inueniri pauca enīꝫ ſunt (vt ipſe ait) in quibus poſito qualitatis nomine que hiſ participāt: a ſuperioꝛi qualitate qualia non dicantur. Dat autem his qualitatibus pluralitatis calculum: ex quibus qualia nominantur ea que his participant. Nam (vt ipſe ait ſuperius) in pluribus ⁊ pene in omnibus denominatiue dicuntur. Quocirca recta diffinitio eſt ⁊ pꝛopꝛio oꝛdine conſtituta. Nāqꝫ in pꝛincipio hoc ſolum dictum eſt eſſe qualitateꝫ ſecūdū quam qualia dicerentur. Sed quoniam ſunt quedam quoꝛū qualitates ipſe pꝛopꝛijs nominibus carent que vero his participant: ſuis vocabulis appellantur: vt in naturali potentia. Et rurſus ſunt quedam: que in qualitatibus quidem habeant pꝛopꝛia nomina. In his vō que ad eas ipſas qualitates eſſent affecta: nulla ex pꝛopoſitis qualitatibꝰ denominatio fieret: hoc addidit. Ab omnibus qualitatibus aut denominatiue dici qualia: que illis qualitatibus participarent: aut quomodolibet aliter. i. ſiue poſito nomine qualitatis de eo non dicerentur: que illa participarent: vt in eo quod eſt virtus: ſiue ipſi qualitati poſitum nomen non eſſet: vt in eo quod ē potentia naturalis. Quare quoniam in his duabus q̄litatibus: in quibus vel poſito nomine non ſecundum nomē que ſunt qualia denominatiue dicuntur: vel cuꝫ ipſis qualitatibus nomen poſitum non ſit: neutra ipſoꝛum pꝛedicatio denominatiue ſit. Ad concludendum omnem terminuꝫ qualitatis ait: aut denominatiue qualia a qualitatibus appellari: aut quomodolibet aliter ab ipſis: vt non denominatiue: ſed aliquotiens quidem ſecūdū potētiā: alquotiēs vō ſecundū eandem qualitateꝫ virtutis eadem enim qualitas eſt virtutis ⁊ ſapientie. quocirca concludit ita qualia dici quecūqꝫ ex his qualitatibus denominatiue dicerētur: vel quomodolibet aliō ab ipſis modo. Digeſtis in oꝛdine pꝛius omnibꝰ qualitatibus ex eoꝛum concluſione reperta: conſueto oꝛdine vnaqueqꝫ pꝛopꝛietas veſtigatur.

**Ineſt autem ⁊ contrarietas ſecunduꝫ quale: ut iuſticia iniuſticie contraria eſt: ⁊ albedo nigredini ⁊ alia. ſimiliter autēꝫ ⁊ ea que ſecunduꝫ eas qualia dicuntur: ut iuſtum iniuſto: ⁊ album nigro. non autē in omnibus hoc eſt. rubꝛo enim vel pallido aut medijs huiuſmodi coloꝛibus nihil cōtrariū eſt qualitatibus exiſtentibus.**

¶ Dicit in qualitatibus quedā eſſe contraria: atqꝫ hoc pꝛobat exemplis. albedo nanqꝫ ⁊ nigredo contraria ſūt ⁊ quecūqꝫ albedine nigredineqꝫ participant. hoc eſt enī quod ait: ⁊ ſcdꝫ eas qualia que dicuntur. nam ſicut albedo nigredini contraria eſt: ita quoqꝫ albꝰ nigro. ſed hoc qualitatis pꝛopꝛium non eſt. nam cum rubrum ⁊ pallidum qualitates ſint: alijſqꝫ etiam coloꝛes huiuſmodi in his contrariuꝫ non eſt. nullus enim dicit aliquid rubꝛo vel pallido eē contrarium. nam quoniam albū ⁊ nigrū extremitates quedam coloꝛum ſunt ⁊ longiſſime a ſe diſtant: contraria ſunt. Medietates vero contraria non habent. Nam ſi quis ponat rubꝛuꝫ nigro eſſe contrariū longiſſimeqꝫ diſtant que ſunt cōtraria. Longiſſime igitur nigredo a ruboꝛe diſtabit. ⁊ rurſus albedo a nigredine plurimuꝫ diſtat. Eſt igitur nigredini ruboꝛ atqꝫ albedo contraria: vniuſqꝫ rei duo contraria inueniuntur. q̄d fieri non poteſt. Nō eſt igitur nigredini contrarius ruboꝛ. Similiter autem monſtrabimus ⁊ in alijs medijs coloꝛibus contrarium non eſſe. Quocirca ſi huiuſmodi coloꝛibus contrarium nihil eſt: non in omni qualitate contrarietas reperitur. quod ſi ita eſt: ſuſcipere contraria qualitatis pꝛopꝛium non eſt. At vero nec in ipſis quoqꝫ foꝛmis que manifeſte qualitates ſunt: contrarietas inuenitur. nam neqꝫ circulus quadrato: neqꝫ quadratus triangulo: nec vlla figura vlli figure poteſt eſſe contraria. Quocirca manifeſtum eſt ſuſcipere contrariū non eſſe pꝛopꝛium qualitatis. Sed quoniam ſunt quedaꝫ in qualitate que ſibimet videantur eſſe contraria: vt iuſtitia ⁊ iniuſtitia: hinc quedam queſtio ſolet oriri. Dicunt enim quidam iuſtitie iniuſtitiam non eſſe contrariam. putant enīꝫ quod dicitur iniuſtitia pꝛiuatiōeꝫ eſſe iuſtitie: non tamen contrarietatem. Contraria enim pꝛopꝛijs nominibus non cōtrarij pꝛiuatione nominari: vt album nigro. habere tamen iuſtitiam aliquaꝫ contrarietatem: cuius adhuc pꝛopꝛiū nomen non ſit inuentum: quod omnino falſum eſt. Multe enīꝫ habitudines pꝛiuationis vocabulo pꝛoferuntur: vt liberalitas ⁊ illiberalitas: pꝛudentia ⁊ impꝛudentia: que nunq̄ꝫ virtutibus opponerentur: que ſunt habitus: niſi ipſe quoqꝫ habitꝰ eſſent: ⁊ in animis habentiū inmutabiliter permanerēt. At vero neqꝫ illud verū eſt omnes pꝛiuatiōes negatiōe ꝓferri. Surditas enim cum ſit auditus pꝛiuatio: ſine negatione pꝛofertur: eodem quoqꝫ modo cecitas. Nullus enim dicit inauditio: neqꝫ inuiſio: nec aliquid huiuſmodi. ſed tñ ſurditas cecitaſqꝫ nominantur ꝓpꝛijs nominibus: cum ſint illa in habitu viſus: auditus: illa in pꝛiuatione ponenda. Igitur iuſticia iniuſticie contraria eſt. Tradit ergo regulam ea q̄ contraria ſunt ſub quo genere conuenienter aptentur: quam regulam his verbis ipſe perſcribit.

**Amplius ſi ex contrarijs vnum fuerit quale: hoc palam eſt quoniā reliquū erit quale pꝛoponenti ex ſingulis alia pꝛedicamenta: ut ſi eſt iuſtitia iniuſtitie contrariū quale autem eſt iuſtitia: quale igit' eſt iniuſtitia. nullum enim alioꝛuꝫ pꝛedicamentoꝛum aptabitur iniuſtitie nec quātitas: nec ad aliquid: nec vbi: nec omnino aliud quicq̄d niſi quale. ſic autem ⁊ in alijs que ſecundum quale contraria ſunt.**

¶ Si ex duobus inquit contrarijs manifeſtum fuerit vnū eoꝛum contrarioꝛū ſub qualitate poni: ſimul manifeſtum erit quod etiā eius contrariū conuenienter qualitati ſupponatur: ſimulqꝫ demonſtrat iniuſtitiam eſſe qualitatem. Nā ſi iuſtitia apertiſſime qualitas eſt: idcirco quod neqꝫ quantitas: neqꝫ ad aliquid: neqꝫ vbi: nec quando: nec aliud vllum pꝛedicamentū eſt: nec ſub vllo alio genere poni poteſt niſi ſub ſola qualitate: cum ei cōtraria ſit iniuſtitia: nō eſt dubiū iniuſtitiā quoqꝫ qualitati ſubnecti: quod ipſe quoniam planius dixit: ⁊ ipſa exemploꝝ luce vulgauit: ad aliud nobis eſt trāſeundū.

**Suſcipit aūt qualitas magis ⁊ minus. albū enī magis ⁊ minus alteꝝ altero dr: ⁊ iuſtuꝫ alteꝝ altero magis ⁊ minus dr: ſꝫ ⁊ ipſa crementū ſuſcipiunt: cū candidū nanqꝫ ſit: amplius cōtingit candiduꝫ fieri: non tñ oīa ſed plura. Iuſtitia nanqꝫ a iuſtitia ſi dicatur magis ⁊ minus poteſt quilibet ambigere: ſimiliter ⁊ in alijs affectibus. quidam enī de talibus dubitant. iuſtitiā nanqꝫ a iuſtitia non multum aiunt magis ⁊ minus dici: nec ſanitatē a ſanitate. Minus autē alterum altero habere ſanitatem aiunt: ⁊ iuſtitiā minus alterum altero habere: ſic autem ⁊ grammaticā: ⁊ alios affectus. Sed tñ ea que ſecundū eos affectus dicuntur: qualia indubitanter recipiunt magis ⁊ minus. grāmaticioꝛ**

enim alter altero dicitur: ⁊ iuſtior: ⁊ ſanior. ſimiliter ⁊ in alijs.

¶ Aliud quoqꝫ proprium protulit: quod tractata ratiõe ab integra proprietate qualitatis excluſit. Ait enim qualitates poſſe vel intendi vel minui. Poſſe enim dici alterum altero plus album: vt nix argẽto: ⁊ que candidiora ſunt marmora. ⁊ iuſtum alterum altero magis ⁊ minus dicimus. Nanqꝫ iuſtius aliquid factum: nec non iuſtiſſimum eſt. In quibus autem comparationes ſũt: i his magis minuſqꝫ dici manifeſtũ ẽ. hoc quoqꝫ modo ipſum album vel alia qualitas non ſolum contra alterã eiuſdem ſpeciei comparata ⁊ intentione creſcit ⁊ relaxatione minuitur: ſed etiam ad ſeipſaꝫ recipit comparationem. Dicitur enim nunc quidem argentum candidius eſſe ꝙ antea cum fuerit deterſum. Sed cuꝫ hic ita ſit: nõ eſt magis minuſqꝫ ſuſcipere propriuꝫ qualitatis. neqꝫ enim ſola qualitas magis minuſqꝫ ſuſcipit. hec enim intentio ⁊ relaxatio in his quoqꝫ que ſunt ad aliquid inueniꝭ: vt in eo qđ ẽ equale ⁊ ineq̃le poſſum⁹ dicere plus equale vel minus: ⁊ in ceteris huiuſmodi. nec vo oĩs qualitates ſuſcipiunt magis ⁊ minus: quod ipſe ſic ponit. Non autem in omnibus hoc eſt ſed in pluribus. Dubitabit enim quis an iuſtitia magis eſſe iuſtitia dicatur: ſimiliter autem et in alijs affectionibus. quidaꝫ vero in hoc dubitant. dicunt enim iuſtitiam iuſtitia nõ magis vel minus dici: nec ſanitatem ſanitate. minus autem habere alterum altero ſanitatem dicunt: ⁊ iuſtitiã minus alterum altero habere. In hoc tres fuere ſententie. Quedam nãqꝫ dicebant in omnibus ſecundum materie habitudinẽ reperiri poſſe magis ⁊ min⁹. Propriũ nãqꝫ eſſe materie corporumqꝫ intentõe creſcere ⁊ minui relaxatione: que quorundã platonicorum ſententia fuit. Alia vero que ſecundum certiſſimas veriſſimaſqꝫ artes atqꝫ virtutes non diceret eſſe magis ⁊ minus. Secũdũ autẽ medias dici poſſe: vt hec ipſa grammatica atqꝫ iuſtitia non dicitur magis grammatica neqꝫ magis iuſtitia. Eſſe autem quaſdam alias mediocres artes: in quibus idipſum poſſet euenire. Tertia eſt de qua ariſtoteles loquitur ꝙ ipſas quidem habitudines nulla intentione creſcere: nec diminutione decreſcere putat: ſed eorũ participantes poſſe ſub examine comparationis venire vt de his magis minuſue dicatur. Sanitatem nanqꝫ ipſam ⁊ iuſtitiam alteraꝫ altera magis minuſue nõ eſſe. Neqꝫ enim quiſqꝫ dicit magis eſſe ſanitateꝫ alia ſanitate. Sed hoc ſolum dicere poſſumus magis ſantiateꝫ habere aliquem .i. eſſe ſaniorem: ⁊ magis ſanum ⁊ minus ſanum. Dicimus ergo ꝙ ipſe quidem qualitates non ſuſcipiunt magis ⁊ minus. Qui vero ſcđm eas quales dicũtur: ipſi ſub comparatione cadunt: vt iuſtior ⁊ ſanior ⁊ grammaticior. Nanqꝫ ipſa grammatica .i. litteratura non ſuſcipit magis ⁊ minus. nullus enim dicit alteram altera magis eſſe grammaticam: ſed eum qui grãmatica ipſa participat. Dicimus litteratum quem a littaratura ſcilicet denominamus: litteratus autẽ ſuſcipit magis ⁊ minus: vt donatus grammaticus plus erat etate iam prouecta grammaticus .i. litteratus: quã cum primum ad huiuſmodi ſtudia deueniſſet: ⁊ ꝗꝗ ſe h ita habeant: tamen inuenimus aliquas qualitates: in quibus indubitate comparatio inueniri non poſſit: vt ſunt quas ipſe ſuppoſuit.

Triangulus vero ⁊ quadrangulus non videtur magis ⁊ minus ſuſcipere: nec aliqua aliarum figurarum.

Hec eniꝫ que ex quarta ſpecie qualitatis dicta ſunt: magis minuſue nulla ratione ſuſcipiunt. nullus enim dicit plus eſſe alium circulum ꝙ alium: nec magis eſſe illud triangulũ ꝙ illud. dicitqꝫ fortaſſe maior eſt: magis autem non dicit. Unius autem rei h ratio eſt: vt cũ ſit trianguli diffinitio. figura que ſub tribus rectis lineis continetur: ſi qua ſunt que hanc diffinitioneꝫ in ſe ſuſcipiant: vt ⁊ ipſa tribus rectis lineis cõtineãtur: proprie triangule forme ſunt. eodem quoqꝫ modo ⁊ circulus ita diffinitur. Circulus eſt figura plana: que ſub vna linea continetur: ad quam ex vno puncto qui intra ipſam eſt omnes que exeunt linee eque ſibi ſunt. Rurſus quadrati diffinitio talis eſt. Quadratuꝫ eſt quod quattor equalibus lineis ⁊ quattuor rectis angulis continet. Quecunqꝫ igitur vel circuli diffinitionem ſuſcipiunt: vł quadrati: equaliter vel circuli vel quadrate forme ſunt. Si qua vero non ſuſcipiunt: nullo modo ſunt. Siqua vo ſunt: que neqꝫ quadrati ſuſcipiunt diffinitionem: neqꝫ circuli: neqꝫ quadrati ſunt neqꝫ circuli: vt eſt figura que parte altera longior dicitur. Illa eniꝫ ita diffinitur: parte altera longior figura eſt: que ſub quattuor lineis cõtinetur: rectiſque angulis que quattuor linee eque ſibi quidem non ſunt: contra ſe vero poſite bine ſibi eque ſũt ergo quia huiuſmodi figura neqꝫ circuli diffinitionem capit: neqꝫ quadrati equaliter neqꝫ circulus neqꝫ quadratus eſt. Siqua enim cuiuſlibet forme diffinitioneꝫ ſuſcipiunt: omnino eadem ſunt. Ut qui circuli circulus qui quadrati quadratus: qui triãguli triangulus: qui parte altera longior: is parte altera lõgior: ⁊ in ceteris eodem modo. Siqua vero non ſuſcipiunt: vt trianguluꝫ circuli diffinitionem non capit: neqꝫ omnino circulus ẽ nec poteſt dici inter quadratum ⁊ trianguluꝫ: quoniam vtraqꝫ circuli diffinitionem non capiunt. quadratum quidem plus eſſe circulum: triangulum vero minus; omnino enim vtraque a circuli ratione diſiuncta ſunt: quod his verbis ab ariſtotele tractatur.

Quecunqꝫ enim diffinitionem trianguli ſuſcipiunt ⁊ circuli. oĩa ſimiliter trianguli vel circuli ſunt. Eorum vero que non recipiũt: nihil magis alteruꝫ altero dicitur. nihil eñi quadrati magis ꝙ parte altera longior forma circulus eſt: nulluꝫ enim ipſoruꝫ recipit circuli rationem. Simpliciter autẽ ſi vtraqꝫ nõ recipiunt propoſiti rationem: non dicetur alterum altero magis. Nõ ergo omnia qualia recipiunt magis ⁊ minus. horũ igitur que predicta ſunt: nihil eſt proprium qualitatis.

¶ Nam et ſi hoc diffinitio facit: ut de monſtret rationẽ cuiuſque ſubſtantie: quecunqꝫ diffinitione diſcrepant illa etiam ipſa nature ſubſtantia diſcrepabunt. Recte igitur ſi q̃ cuiuſlibet rei propoſite ſiue trianguli ſiue quadrati diffinitionẽ nõ capiũt: ab eiuſdẽ oratio natura diſiuncta ſunt. Quocirca neqꝫ triãgulũ neqꝫ q̃dratũ neqꝫ circulus: neqꝫ quicquid horum eſt: ſuſcipiunt magis ⁊ minus. Sed cum hec qualitates ſint: nõ omnes qualitates eque magis minuſue ſuſcipiunt. Quod ſi neqꝫ in omni qualitate intentio diminutioqꝫ prouenit: neqꝫ in ſola: quod hec eadem in relatione reperias: nõ eſt magis minuſue ſuſcipere propriũ qualitatis. Quoniam igitur qualitatis propriũ eſſe dicendum eſt: id ergo planiſſime ipſe ſubterpoſuit.

Similia vero ⁊ diſſimilia ſecundum ſolas dicuntur qualitates. Simile enim alterum alteri non eſt ſcđm aliud: niſi ſcđm illud ꝙ quale eſt. quare propriũ erit qualitatis ſcđꝫ eam ſimile ⁊ diſſimile dici.

¶ Simile inquit ⁊ diſſimile ſole retinent qualitates. Nam ꝗuis ſimile ad aliquid ſit tamen hoc ipſum quod dicimus ſimile non dicimus niſi quod quale eſt. Nam ſi eadem qualitas ſit in duobus: illa in quibus eſt ſimilia ſunt: nec eſt aliud predicamentuꝫ: ſcđm ꝙ ſimile ⁊ diſſimile dici poſſit ⁊ de alijs quidem omnibus notum eſt quoniam de vllo nõ dicitur. Quod ſi quis de quãtitate dici poſſe ſecundũ eam ſimile atqꝫ diſſimile: monſtratũ eſt ſcđm quãtitatẽ non ſimile ⁊ diſſimile: ſed equale ⁊ inequale predicari. Et quoniã per ſingula queqꝫ pergentibus ⁊ in omnibus idem qualitatibus inuenitur: ⁊ in nullo alio predicamento eſſe perſpicitur: recte hoc propriũ qualitatis eſſe firmauit. Sed quoniam cũ de his que referuntur ad aliquid tractaretur: affectus atqꝫ habitus in his que ſunt ad aliquid numerauit. Nunc vero eaſdem quoqꝫ qualitati ſuppoſuit: ipſe ſibi quandã obiecit queſtionem: cur ſi prius ſub his que ad aliquid referuntur: iſta ſubiecerit: nunc ſub qualitatibus eaipſa poſuerit. Superius nãqꝫ monſtrauit ea que eſſent a ſe diuerſa: eaſdem ſpecies habere non poſſe: cũ dicit diuerſorũ generũ ⁊ non ſubalternatim poſitoruꝫ diuerſe ſpecie differentie ſunt. Quocirca cum relatio atqꝫ qualitas diuerſa ſint genera: eaſdem vtriqꝫ ſupponi ſpecies non oportet. hoc eſt enim quod dicit.

At vero non decet cõturbari: ne quis nos dicat de qualitate propoſitionem faciẽtes multa de relatiuis interpoſuiſſe. habitus enim ⁊ diſpoſitiones horuꝫ que ad aliquid ſunt: eſſe dicebamus. pene eñi in omnibus talibus genera ad aliquid dicũtur: nihil aũt eorum que ſingula ſunt. Nam cum diſciplina genus ſit: hoc ipſuꝫ quod eſt alterius dicitur: alicuius enim diſciplina dicitur. eorũ vero que ſingula ſunt: nihil ipſum quod eſt alterius dicitur: ut grammatica non dicitur alicuius grãmatica: nec muſica alicuius muſica: ſed forte ſcđm genus hec ad aliquid dicuntur: ut grammatica dicitur alicuius diſciplina non alicuius grammatica: ⁊ muſica alicuius diſciplina non alicuius muſica.

Quapropter que quidem ſingularia ſunt: non ſunt ad aliquid.

¶ Quã queſtionem validiſſima argumentatione diſſoluit his ſcilicet verbis. Pene enim ea que ſunt in omnibus his generibus ad aliquid dicuntur. Eorũ vero q̃ ſunt ſingillatiꝫ id eſt ſpecies nihil huiuſmodi ſunt. Hec enim eſt argumentatio: quam greci ἐπιχείρημα vocant. In huiuſmodi affectionibus atqꝫ habitudinibus: que interea ſunt genera: eas ſolas ad aliquid poſſe reduci. que vero ſpecies eſſent illorũ generum: non poſſe in relatiuis: ſed in qualitatibus numerari: vt ſcientia cũ ſit habitudo habet ſub ſe alias habitudines grãmaticaꝫ ⁊ geometricam. In hoc igitur ſcientia ipſa quod genus eſt ad aliquid ſemper refertur. dicimus enim ſcientiam alicuius ſcientiam. Grammaticã vero que eius ſpecies eſt nullus dicit alicuius eſſe grammaticam. dicatur eñi ſi fieri poteſt grammaticã ariſtarchi eſſe grãmaticã. Sed omnia quecũqꝫ dicũtur ad aliquid conuertuntur. Dicitur ergo ⁊ ariſtarchus grammatice ariſtarchus: quod fieri non poteſt. Non igitur grammatica ariſtarchi: vt ad aliquid dicitur. Eſt etiam hec argumentatio nõ ſpecies ſed huiuſmodi genera ad aliquid appellari: vt cum ipſe quidem ſpecies ad aliquid non dicantur: ut grammatica non dicitur alicuius grammatica: ſi quando tamen eſt vt ſpecies ad aliquid referatur: id non ſecundum ſe ſed ſcđm genus: vt grammatice quoniã genus eſt ſcientia: q̃ relatiua eſt. ſiquis grammaticaꝫ ad aliquid referre contendat: non poteſt ſcđm ipſam grammaticam eaꝫ ad aliquid predicare: ſed ſecundũ ſcientiam .i. ſcđm genus ſuum. Non eñi dicitur grammatica alicuius grammatica: ſed fortaſſe grammatica alicuius ſcientia. Non ergo grammatica ſcđm grammaticam ad aliquid dicitur: ſed ſcđm ſcientiam. Et hoc eſt quod ait. vt grammatica nõ dicitur alicuius grãmatica: nec muſica: ſed fortaſſe ſcđm genus proprium iſte dicuntur alicuius: vt gramatica alicuius dicitur ſcientia: non alicuius grãmatica. Ergo ſingularum ſpecierum nihil eſt quod aliqua relatione predicetur. Genera vero harum ſpecierum relatiua ſunt que paulo ſuperi⁹ dixi. qđ eñi ait pene eñi in omnibus talibus genera ad aliquid dicuntur. Eorum vero que ſunt ſingularia nihil. hoc demonſtrare voluit: genera ipſa habitudinuꝫ diſpoſitionũqꝫ eſſe relatiua: ſpecies vero generũ quas ſingillatim eſſe dixit: ad aliquid nullomodo predicari. Quas idcirco eſſe ſingillatim vocauit quia grammatica vna eſt: ⁊ rurſus muſica vna: ſcientia vero nõ vna. Recte igiꝭ ſpecies ſcientie ſingillatim eſſe nominauit. Conſtat igitur ꝙ genera huiuſmodi habitudinũ dicantur ad aliquid: ſpecies vero ad nihil aliud propria predicatione referantur. Quocirca quoniam huiuſmodi ſpecies relatiuas non eſſe demõſtrauit: nũc ꝙ reliquũ eſt qualitates eſſe confirmat.

Dicimur autem ſecũdum ſingula quales. Hec enim ⁊ habemus. Scientes enim dicimur: ꝙ habemus ſingulas ſciẽtias aliquas. Quare hec erunt etiam qualitates: que ſingularia ſunt: ſecundũ quas etiam quales dicimur. Hec autem non erunt eorum: que ſunt ad aliquid.

¶ Illas eſſe qualitates ſuperius confirmatũ eſt: ex quibus aliqui quales vocarentur. nos autem idcirco grãmatici dicimur: non ꝙ vniuerſalem ſcientiam: ſed ꝙ ipſam grammaticam habeamus: ⁊ hoc vere diciꝭ. Idcirco nos dici ſciẽtes: quia grãmatici ſumus: potius ꝙ idcirco grãmaticos quod aliquam ſcientiã retinemus. Nullus enim a generali ſcientia grãmaticus aut ſciẽs: niſi a ſingillatim ſcientia ſciens grãmaticuſqꝫ perhiberetur. Igitur quoniã ex his habitudinũ ſpeciebus quales vocamur: ipſe ſpecies in qualitate numerande ſunt. Sed cum quis grãmatica participat: de ea etiam gen⁹ dicitur: ⁊ ſcđm eam non ſolum ad grãmaticam: ſed ad ſcientiam quoqꝫ coniungitur. Dicitur enim idcirco ſciens: ergo quoniã habens grãmaticam: ⁊ ſciens ⁊ grammaticus dicitur: non poteſt vlla ſcientia participare: q ſingulas non habuerit. qui enim cunctis ſpeciebus caret: illi quoqꝫ genere ipſo carendũ eſt. Quare quoniam has ſpecies habemus: ⁊ ſcđm eas quales dicimur: ut a grãmatica ſcientes ⁊ grãmatici nuncupamur: has autẽ ipſas ſpecies monſtratũ eſt ad aliquid non referri. Recte igitur huiuſmodi habitudines que in alterius relatiuis ſpecies ſunt: in qualitate enumerate ſunt. Quod ſi quis hoc quoqꝫ inuit⁹ accipiat: aliud addit quo totuꝫ queſtionis vinculũ ſolueretur. ait enim.

Amplius ſi contingat hoc ipſum ⁊ quale ⁊ relatiuũ eſſe: nihil eſt incõueniẽs in vtriſqꝫ hec generibus enumerare.

¶ Nam cum ſit verũ vnã eãdẽqꝫ rem duobus diuerſis generibus non poſſe eſſe ſuppoſitam: illud tamen conuenit ſcđm aliud atqꝫ aliud vnam eandemqꝫ ſpeciem duobus generib⁹ poſſe ſubnecti: vt in eo quod ſupra dictũ eſt: cũ ſocrates ſubſtantia ſit pater vero ad aliquid: cũqꝫ ſubſtantia diſcrepet atqꝫ relatio: nihil tamen eſt inconueniens eundem ipſum ſocratem in eo ꝙ homo eſt ſubſtantie ſupponi: in eo ꝙ habet filium relationi. quocirca ſi ſcđm aliam atqꝫ aliam rem duobus generibus eadem res quelibet diuerſiſſimis ſupponatur: nihil incõueniens cadit. Ita quoqꝫ ⁊ habitudines in eo ꝙ alicui⁹ rei habitudines ſunt: in relatione ponunꝭ in eo ꝙ ſcđm eas quales dicuntur: in qualitate numerantur. Quocirca nihil eſt inconueniens vnã atqꝫ eandẽ rẽ ſcđm diuerſas nature ſue potentias geminis ⁊ ſi cõtingat plurib⁹

adnumerare generibus. Quocirca quoniam de quantitate tractatum eſt nos quoq; oꝛationis curſum ad reliq̃ pꝛedicamenta vertamus.

### De facere ⁊ pati.

r Ecipit autem facere ⁊ pati cõtrarietatem ⁊ magis ⁊ minus. calefacere enim ⁊ frigidum facere cõtraria ſunt: ⁊ calefieri ⁊ frigidum fieri: et delectari ac contriſtari: quare recipit contrarietatem ⁊ magis ⁊ minus. calefacere enim dicitur magis ⁊ minus: ⁊ calefieri magis ⁊ minus: ⁊ cõtriſtari magis ⁊ minus Recipit igitur magis ⁊ minus facere ⁊ pati. de his itaq; tanta dicantur. Dictum eſt autem ⁊ de ſitum eſſe in his quę ad aliquid ſunt: ꝙ denominatiue a poſitionibus dicitur. ⁊ de reliquis autem quando ⁊ vbi ⁊ habere eo ꝙ manifeſta ſunt: nihil de his vltra dicitur: quã quod in pꝛincipio dictum eſt: quia habere quidem ſignificat calciatũ eſſe: armatum eſſe. vbi autem ut in lycio: quãdo ut heri. Et alia quę de his dicta ſunt: de ꝓpoſitis itaq; generibus ſufficiãt dicta.

¶ Decurſis quattuoꝛ pꝛedicamentis quę aliqua queſtione ⁊ conſideratione egere videbantur: tenuiter cętera breuiterq; perſtringit. Et de facere quidem ⁊ pati nihil in hoc libꝛo: niſi ꝙ contraria ſuſcipiant vel intentionem immutationemq;: ab ariſtotele eſt diſputatum. Alijs vero eius operib⁹ plene ab eo perfecteq; tractata ſunt: vt hoc ipſum de facere ⁊ pati in his libꝛis quos περί γενέσεως κάι φθορᾶς inſcripſit. De alijs quoq; pdicamẽtis nõ illi minoꝛ i alijs operib⁹ diſputatio fuit: vt de eo qđ eſt vbi ⁊ quando in phyſicis: ⁊ de omnibus q̃deȝ alti⁹ ſubtiliuſq; in libꝛis: quos μετά τα φυσικά vocauit: exquirit. Ac de facere quidẽ ⁊ pati ipſe planiſſime poſuit poſſe eas ſuſcipere contrarietates. Dicimus enim calefacere ⁊ frigidum facere: quod ſcilicet ad faciendum refertur. Dicimus aquam calefieri ⁊ frigidam fieri: quod nihilominus ad patiendi ducitur pꝛedicamentũ. Magis quoq; ⁊ minus ſuſcipere apertiſſimis demonſtrat exemplis. Sic enim magis calefacere ⁊ minus: ⁊ magis calefieri vel minus dicitur atq; hec hactenus. Ipſe enim hec apertiſſime poſuit. Eſt autem eorũ deſcriptio talis: quod in faciendo quidem actus quidam a quolibet in aliam rem veniens conſideratur. In patiendo autem in eo ille actus conſideratur: in quem venit. Actus enim ⁊ paſſio ſimul in phyſicis eſſe monſtrata ſunt. Et de facere quidem ⁊ pati ad pꝛeſens tempus hec diſputata ſufficiant.

### De ſitu ⁊ poſitione.

o Itũ eſt de ſitu in relatiuis quoniã denominatiue a poſitionibus dicitur. Poſitio quidẽ quoniã ipſa eſt alicui⁹: in his q̃ ſunt ad aliquid: numerata eſt: ſed quoniam omnis res quę ab alio denominatur: aliud eſt q̃ȝ idipſum a quo denominata eſt: vt alius eſt qui eſt grãmatic⁹ atq; grãmatica: q̃ȝuis grãmaticus a grãmatica denominetur. Ita cũ ſit poſitio relatiua: quicquid denominatiue a poſitionibus dicitur hec relatiuoꝛũ genere non tenetur. Poſitio autem ipſa relatiua eſt. poſitum vero eſt a poſitione denominatum. Statio enim cuiuſdam ſtatio eſt. Stare vero quoniam a ſtatione denominatum eſt: non ponitur in eo genere in quo ſtatio fuit. Quare ſub relatione hoc pꝛedicamentum non inuenitur. Sed quoniã nihil eſt ad quod hoc reducere genus atq; aptare poſſimus: dicendum eſt ſuũ eſſe genus. Ut accumbere ab accubitu: ſtare a ſtatione ⁊ cętera quidẽ: quę idcirco ſe ariſtoteles exequi denegat: quoniam planiſſima ſunt ait enim. De reliquis vero. ideſt quãdo ⁊ vbi ⁊ habere ꝓpterea quia manifeſta ſunt nihil de his vltra dicitur q̃ȝ quod in pꝛincipio dictum eſt ⁊ eorum pꝛedicta ponit exempla.

### De vbi ⁊ quando.

d Icendum eſt autem breuiter de pꝛedicatione quę eſt vbi ⁊ quando: ſicut ipſuȝ ad aliquid per ſe eſſe non poteſt: niſi ex alio aliquo naturam trahat: ita ⁊ quando vel vbi eſſe non poſſit: niſi locus ac tempus fuerit. Locus enim vbi: tempus vero quando comitatur. Non eſt autem idem tẽpus ⁊ quãdo: nec vbi ⁊ locus: ſed pꝛopoſito pꝛius loco ſi quares in eo loco ſit poſita: vbi eſſe dicitur. Rurſus ſi certa res in tempoꝛe eſt: quãdo eſſe perhibetur: ut appollinares ludi: cum ſint in tempoꝛe: quando eos eſſe dicim⁹. Habent autem hec quoq; pꝛopꝛias diuerſitates: vbi quidem: quod aliquotiens infinite dicitur. Alicubi enim eſſe dicimus aliquem: ut Socratem: aliquotiens autẽ diffinite: ut in foꝛo vel in achademia. habet quoq; vbi ſecundũ ipſum locum in quo eſt aliquas contrarietates Surſum enim eſſe ⁊ deoꝛſum vbi eſſe dicitur. Tempoꝛum quoq; varietates in eo pꝛedicamẽto quod eſt quãdo eſſe manifeſtum eſt. futura enim ⁊ pꝛeſentia pꝛeteritaq; in quando pꝛedicamento veniunt. Dicimus enĩ fuiſſe aliquando ſcipionem conſuleȝ romanũ: nunc eſſe oꝛientis imperatoꝛem: qui nunc anaſtaſius appellatur Futurum autem eſſe aliquem: qui ſcilicet ſcđm quando pꝛedicamentum dicuntur.

### De habere.

b Abere autem eſt quiddam extrinſecus veniens neq; innatuȝ ei a quo habetur: aliudq; q̃ȝ eſt illud ipſum a quo habetur: in ſe retinere: ut armatum eſſe vel veſtitum eſſe. Habere enim eſt veſtes atq; arma: quę cum eo nata non ſunt neq; aliqua arte eo qui habet communi natura pꝛopꝛietateq; iunguntur. ſed quoniam de his ariſtoteles tacuit nobis quoq; nunc eoꝛuȝ longioꝛ tractat⁹ omittend⁹ eſt

### De oppoſitis.

d E oppoſitis autem quotiens ſolent opponi dicendum eſt. dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter: aut vt ad aliquid aut vt contraria: aut vt habitus ⁊ pꝛiuatio: aut vt affirmatio et negatio. opponitur autem vnũquodq; iſtoꝛuȝ ut ſit figuratim dicere: ut relatiua: ut duplum dimidio. ut cõtraria: ut malo bonum. ut ſecundũ pꝛiuationem ⁊ habitum: ut cecitas viſui. ut affirmatio ⁊ negatio: ut ſedet nõ ſedet.

¶ Expeditis omnibus pꝛedicamentis cur pꝛeter pꝛopoſitum operis in hanc oppoſitarum diſputationeȝ ſit ingreſſus: a multis ante quęſitum eſt: ſed Andronicus hanc eſſe adiectionem Ariſtotelis non putat: ſimulq; illud arbitratur: idcirco ab eo foꝛtaſſe hanc adiectioneȝ de oppoſitis: ⁊ de his quę ſimul ſunt: ⁊ de pꝛioꝛe: ⁊ de motu: ⁊ de ęquiuocatione habendi eſſe non factã: ꝙ hũc libellũ ante topica ſcripſerit: qđq; hec ad illud opus non neceſſaria eſſe putauerit: ſicut ipſę categoꝛie ꝓſunt ad ſcientiã topicoꝛũ: ignoꝛãs. ſ. ꝙ ſufficienter in topicis quantum ad argumẽta pertinebat ⁊ de his omnibus quę ad lecta ſunt ⁊ de pꝛedicamẽtis fuiſſe pꝛopoſituȝ. Sed hec Andronicus Poꝛphyrius vero hãc adiectionẽ vacare ⁊ carere ratione nõ putat. Cui⁹ hac pꝛodidit cauſaȝ. Ut enĩ multa ſunt: quare ꝙ cõmunibus cõceptionibus nõ ſeſe ſuggererent: in huius libꝛi pꝛincipijs ab Ariſtotele pꝛedicta ſunt: vt de ęquiuocis ⁊ vniuocis: ⁊ denomina



tiuis: ⁊ de his omnibus: quęcũq; vſq; ad ſubſtantię diſputationẽ ad ipſoꝝ cõmentoꝝ vtilitatẽ cognitionemq; pꝛedicta ſunt: ⁊ ita quędã fuiſſe: quę eſſent q̃dem in cõmunibus ſenſib⁹: egerent tamẽ vtilioꝛis diuiſionis modo hec diligenter ſuppoſita ſunt: vt q̃d eſſent pꝛepe teneret: ne falſis opinionib⁹ traduct⁹ anim⁹ luderetur. Docet autẽ hoc in q̃d etiã ipſę oꝛdo cõgruus rationiq; cõueniens tituloꝝ hanc adiectionẽ fuiſſe perutilem atq; neceſſariã. Pꝛius enĩ de oppoſitis: poſt vero de his q̃ ſimul ſunt: ⁊ de his quę poſterioꝛa ſunt. Poſt autẽ de motu: ad poſtremũ de huiuſmodi ęquiuocatiõe ſermonẽ faciens ſeriem terminauit. Idcirco ꝙ in omnibus quidẽ pꝛedicamẽtis ante quęſiuit: vtrũ poſſint habere contraria. In his vero quę ſunt ad aliq̃d. dixit magnũ paruo non poſſe eſſe cõtrariũ ſed oppoſitum. Quod vero eſſet oppoſitũ: dicere pꝛetermiſit: ne oꝛdo diſputandi cõtinuus rũperetur. Hoc igitur rectę: quod illic pꝛetermiſerat: pꝛius edocuit. In relatiuis quoq; de his quę ſunt pꝛius: quęq; ſimul natura gignent: ſtrictum tetigit: quod non diligenter explicat. Faciendi vero patiendiq; pꝛedicamẽta ſunt: in quib⁹ quidã quaſi motus agitatioq; cõſideratur. Neceſſe igitur fuit de motu dicere: qui naturã faciendi vellet oſtẽdere. Quis autẽ dubitet cuiuſlibet illius ſermonis ęquiuocationẽ mõſtrare eſſe perutile. Quare quoniã habere quoq; pdicamentũ eſt: non fuit incõueniẽs neq; ſuperfluũ de habẽdi ęquiuocatione tractaſſe. Illud quoq; quęritur: vtrum oppoſitionis nomẽ ęquiuoce pꝛedicetur. Dicimus enĩ q̃tuoꝛ modis opponi. Aut vt cõtraria: aut vt ad aliquid: aut vt habitũ ⁊ pꝛiuationẽ: aut vt affirmationẽ ⁊ negationeȝ. Hic ergo cõtenditur: vtrũ ęquiuocatio quędã circa has quatuoꝛ diuerſitates ſit: an id ipſum quod dicim⁹ oppoſitũ: generis vice pꝛedicet: vt ſit vniuocuȝ. Sed in hoc Stoicoꝝ peripateticoꝛũq; diuerſa ſentẽtia fuit: vt ipſi inter ſe peripatetici diuerſa ſectati ſunt. Stoicoꝛum quoniã longa ſententia eſt: pꝛetermittatur. alijs autem peripateticis placet nomẽ hoc oppoſiti de ſubiectis ęquiuoce pdicari: ita affirmãtibus: quoniã ariſtoteles ita dixit. de oppoſitis quotiẽs ſolent opponi dicendũ eſt. hoc idem quotiẽs ad multiplicitatẽ pertinet ęquiuocatiõis Sed qui melius iudicauere: hi oppoſitionis nomen generis loco dicũt debere pꝛedicari: idcirco ꝙ cũ nomẽ oppoſitionis de ſubiectis quatuoꝛ oppoſitionibus pꝛedicetur: ab his quoq; diffinitio non oberret. Sunt enim oppoſita quę in eodẽ ſcđm idem in eodem tempoꝛe circa vnã eandẽq; rem ſimul eſſe non poſſunt. quod per ſingula quęq; pergentibus in ſingulis oppoſitis inuenit Namq; albuȝ ⁊ nigrũ quę ſunt cõtraria vno eodemq; tempoꝛe circa vnũ idemq; coꝛpus partẽq; coꝛpoꝛis ſimul eſſe non poſſunt. nec ſeruus atq; dñs eiuſdeȝ eodẽ tempoꝛe idem ſeruus ideȝ dominus eſt. nec habitus ⁊ pꝛiuatio. quis eniȝ dicat in eodẽ oculo vno eodemq; tẽpoꝛe ⁊ viſum poſſe eſſe ⁊ cecitatem. Jam vero affirmatio ⁊ negatio quã repugnantes ſint: quãq; in eodeȝ ſimul eſſe non poſſint: nulli dubiũ eſt. Quare ſi ea quę ſub oppoſitione ponũtur: oppoſitionis nomẽ diffinitionẽq; ſuſcipiunt: quid eſt dubium oppoſitionẽ non ęquiuoce pꝛedicari. His igitur poſitis ad eoꝛum diſtantias differentiaſq; veniamus.

Quęcunq; igitur ut relatiua opponũtur: ea ipſa quę ſunt oppoſitoꝝ dicuntur: aut quomodolibet aliter ad ea: ut dupluȝ ipſuȝ qđ eſt alterius dicitur duplum. ſed ⁊ ſciẽtia ſcibili tanq̃ relatiua oppoſita eſt: ⁊ dicitur ſciẽtia hoc ipſuȝ qđ ẽ ſcibilis. ⁊ ſcibile hoc ipſuȝ quod eſt ad oppoſitum dicitur: id eſt ad ſcientiam. Scibile enim aliquo dicimus ſcibile. i. ſcientia. Quęcunq; ergo oppoſita ſunt tanq̃ ad aliquid: ipſa quę ſunt alioꝝ dicunt aut quocunq; ad ſe inuicẽ.

¶ Ea quidem huius oppoſitionis quę ſcđm relationẽ dicitur: ⁊ per ſeipſa plana atq; vulgata ſunt: ⁊ ſuperiori relationis diſputatione iam cognita. Illa enĩ ſunt ad aliquid quęcunq; id quod ſunt alioꝛũ dicuntur vel quomodolibet aliter ad ea: vt ſeruus domini ſeruus: ⁊ dominus ſerui dominus: ⁊ magnum ad paruum dicitur: ⁊ rurſus paruus refertur ad magnum. quod ſi hoc in relatiuis omnibus inuenit nulla eſt dubitatio: quin etiã in his hoc depꝛehendi poſſit: q̃ ſcđȝ ad aliquid opponũtur: vt ea ipſa id quod ſunt oppoſitoꝛum dicantur vel quomodolibet aliter ad oppoſita: vt ſi eſt ſeru⁹ domino oppoſitus domin⁹ ſerui dicatur: ideſt oppoſiti ſui: ⁊ rurſus ſi dominus ſeruo oppoſitus eſt domini ſeruus dicatur. Paruum vero ad magnum ⁊ magnum ad paruuȝ ideſt ad oppoſitum ſibi. Atq; hoc quidem in omnibus ſcđm ad aliquid oppoſitionib⁹ inueniri neceſſe eſt. Quocirca ſit hec pꝛopꝛietas eoꝛũ quę ſcđm ad aliquid opponũtur: ꝙ ea ipſa quę ſunt ad oppoſita referuntur: ⁊ ipſoꝛũ eſſe dicuntur. his ergo ante conſtitutis docet differentiam qua inter ſe ea quę ſcđm contrarietatem dicuntur: vel ea quę ſcđm ad aliquod: diſcrepant ⁊ diſſentiunt. ait enim.

Illa vero quę vt contraria: ipſa quideȝ quę ſunt: nullo modo ad ſe inuicẽ dicuntur: contraria vero ſibi inuicem dicuntur. neq; enĩ bonum mali dicitur bonuȝ ſed contrariuȝ: nec album nigri album ſed contrariũ: quare differunt a ſe inuicẽ hę oppoſitiones.

Dictum eſt in his quę ſcđm ad aliquid opponũtur: ꝙ ea ipſa id qđ ſunt ad id quod ſibi eſt oppoſitũ dicerẽtur. Contraria vero ipſa quidẽ opponuntur ſibi: ſed id qđ ſunt ad oppoſita non dicuntur. Contraria autem dicuntur. Hoc autem huiuſmodi eſt. Bonũ malo contrariuȝ dicimus eſſe: ⁊ rurſus malũ bono. Nigruȝ quoq; albo contrariũ putamus nihilominus quoq; album nigro. Sed cum hoc arbitramur: nõ tamen dicimus ea id qđ ſunt eſſe oppoſitoꝛum. Si enim diceremus id quod eſt bonum eſſe oppoſitio ſui non diceretur bonuȝ malo eſſe contrarium: ſed bonum eſſe mali bonum. Nec ita pꝛedicationem quis faceret nigrum albo eſſe contrarium: ſed nigrum albi eſſe nigruȝ. Hoc eſt enim id quod eſt nigrum dici ad oppoſitum ſuum. Si quis dicat nigrum albi eſſe nigrum. qđ quoniã nõ dicitur: ea ipſa quę ſunt non dicuntur oppoſitoꝛum: ea quę ſibi ſcilicet vt contraria videntur opponi. Sed quoniam dicimus bonũ malo contrarium: ⁊ nigrũ albo contrariũ: q̃ȝq̃ȝ id quod ſunt oppoſitorum non dicantur: tamen ad oppoſita vt contraria nominantur Atq; hoc eſt quod ait. Ipſa quidem quę ſunt nullo modo ad ſe inuicem dicuntur. Cõtraria vero ſibi inuicem dicuntur: Non enim dicitur bonũ mali bonũ. hoc ẽ enĩ id qđ eſt oppoſiti pꝛedicare. ſed dicimus bonũ malo contrarium. Quocirca differunt ea quę ſimiliter vt ad aliquid opponuntur: his quę ſcđȝ cõtrarietatem ſibi ſunt oppoſita: ꝙ ea quidem quę ſcđȝ relationem oppoſita ſunt: id quod ſunt oppoſitoꝛum dicãtur. Illa vero quę vt contraria: ipſa quidem quod ſunt oppoſitoꝛum nomine minime: ſed tñ contraria pꝛedicãtur: vt bonũ contrarium eſſe dicatur oppoſiti ſui non boni. Dicimus enim bonũ malo contrarium: cũ non dicamus bonum mali bonũ. Sed quoniaȝ differentiã ſcđȝ ad aliquid oppoſitionis contrarioꝛũq; monſtrauit ipſorum inter ſe contrarioꝛum differentiam diſcrepantiaq; perſequitur.

**Quecunqꝫ vero contrarioꝝ talia ſunt: vt in quibus nata ſunt fieri vel de quibus predicant̄: neceſſariū ſit alterū ipſorum ineſſe: nihil hoꝝ eſt medium. Quoꝝ vero non neceſſariū eſt alterum ineſſe: hoꝝ omniū aliquid eſt mediū omnino: vt languor ⁊ ſanitas in corpore animalis natura habent fieri ⁊ neceſſariū eſt alteruꝫ eſſe animalis in corpore vel languorē vel ſanitatē. Sed ⁊ par ⁊ impar de numero predicātur: ⁊ neceſſariuꝫ eſt alterū in numero eſſe aut abundās aut perfectuꝫ. ⁊ nihil eſt in medio eoꝝ neqꝫ inter languorem ⁊ ſanitatē: neqꝫ inter abundans ⁊ perfectum. Quoꝝ vero non eſt neceſſariuꝫ alterum ineſſe: eoꝝ eſt aliquid medium: ut nigrum ⁊ albuꝫ in corpore natura habent fieri: ⁊ nō eſt neceſſarium alteꝝ horum ineſſe corpori: non eniꝫ omne corpus aut album aut nigrū eſt. ſed prauū ⁊ ſtudioſum predicātur quidē de homine ⁊ de alijs multis: ſed nō eſt neceſſariuꝫ alterum hoꝝ ineſſe illis de quibus predicantur. non enī omnia vel praua vl' ſtudioſa ſunt: ſed eſt horum mediū aliquid: vt albi quidem ⁊ nigri fuſcum ⁊ pallidum: ⁊ quicunqꝫ alij ſunt colores. praui vero ⁊ ſtudioſi quod neqꝫ prauū neqꝫ ſtudioſum eſt. In aliquibus itaqꝫ nomina poſita ſunt his que media ſunt: ut albi nigri fuſcum ⁊ palliduꝫ. In aliquibus autē nomina quidē medio aſſignare idoneuꝫ nō eſt: ſed per vtroruſqꝫ ſummoꝝ negationem quod medium eſt determinatur: vt neqꝫ bonum neqꝫ malum neqꝫ iuſtuꝫ neqꝫ iniuſtum.**

Breuis contrariorū partitio hoc modo facienda eſt. Cōtrariorū alia ſunt habentia medietatem. Alia vero non habentia. ⁊ eorū quorū eſt aliqd mediū: in alijs plures medietates: i alijs vō vna tantū medietas īuenit̄. Atqꝫ horū aliq medietates pꝓprijs nominib' appellant̄. In aliquib' vero ipſe quidē medietates pꝓprijs appellationibus carent: contrariorum vero negatione ſignantur. Sed hec que dicta ſunt a primordio repetētes proprijs probemus exemplis. Illa vero contraria que medio carent talia ſunt: vt neceſſe ſit alterū eorum proprio ineſſe ſubiecto: vt eſt egritudo ⁊ ſanitas. Omne enim corpus in quo egritudo ſanitaſqꝫ verſatur: aut egrum aut ſanum eſt. Atqꝫ ideo quoniā egritudo ⁊ ſanitas medietate carent: alterutrꝫ eorū inheret ei ſubiecto: in quo vtraqꝫ nata ſunt fieri: ⁊ de quo predicantur. Nā quoniā in corpore animalis ſanitas ⁊ egritudo fieri nata eſt: ideſt ita fieri ſolet: ⁊ ita omne natū eſt animal: vt aut ſanum eſſe poſſit aut egrū. Et quoniam de animalis corpore aut ſanuꝫ aut egruꝫ predicat̄: neceſſe eſt quoniā h' medio carēt in omni corpore animalis aut egritudinē aut ſanitatem eſſe. Quocirca eorum que medio carent: neceſſe alterum intereſſe ſubiecto. ⁊ quecūqꝫ talia ſunt vt alterū ipſoruꝫ ſubiecto ineſſe neceſſe ſit: nulla inter ea medietas clauditur. Illa vero contraria in quibus aliqua medietas eſt non ſunt talia: vt eorū neceſſe ſit alterū ineſſe ſubiecto. Nam in illis que medio carent: idcirco alterutrum ſubiecto ineſſe neceſſe eſt: ꝙ eorū medietas nulla eſt: que poſſit interea ſubiecte ineſſe ſubſtantie: vt in numero. quoniam paritas ⁊ imparitas medium nihil habent (Omnis enim numerus aut par aut impar eſt: nec eſt quod preterea numero ineſſe poſſit) ideo numer' aut par aut impar eſt. In his vero que inter ſe medietatem aliquā complectuntur: non eſt neceſſe ſemper alterū contrariorū ineſſe. Poteſt nanqꝫ ineſſe medietas: vt in colore: quoniaꝫ albū atqꝫ nigrum cōtrarietatis vice diuerſa ſunt. habent autem medium quod eſt rubrum: vel palliduꝫ: idcirco non omne corpus vel albū vel nigruꝫ eſt: quoniā poteſt aliquādo in ſubiectis corporibus albi atqꝫ nigri medietas inueniri. Uidemus nanqꝫ rubrū corpus vt roſam multoſqꝫ preterea flores: quos verni temporis clementia parturit. Recte igitur dictum eſt: eorum quorū non ſunt alique medietates alterū ſemper ineſſe ſubiectis: ⁊ in quibus neceſſe eſt alteꝝ ineſſe: fieri non poſſe quin illic medietas vlla ſit. Eodem quoqꝫ modo. ⁊ que medietates habent: non neceſſario alterutra ſubiectis in eſſe: ⁊ que nō ē neceſſe altutra ſubiectis ineſſe nō eſt dubiū: quin illic quedā poſſit eſſe medietas: ſed ī aliquib' quidē plures. ī aliquibus autē vna eſt medietas: vt in colore inter albū atqꝫ nigrum plures medietates ſunt. Eſt eniꝫ quidē (vt dictuꝫ eſt) rubrū: eſt quoqꝫ palidū: eodē modo venetuꝫ. ⁊ multa preterea huiuſmodi. In calido vō atqꝫ frigido vna medietas eſt que dicitur tepor. Horum autem quibus vna medietas eſt in alijs nomē eſt poſitum: in alijs non. Et poſitum quidem nomē eſt vt inter calidū frigidūqꝫ hanc enī medietatem tepidum eſſe predicamus. Non eſt vero poſitum in eo quod ariſtoteles ipſe ſic dixit. Improbi vero ⁊ probi: quod neqꝫ probum eſt neqꝫ improbū. Nam quoniaꝫ bonum atqꝫ malum ſibi ſunt contraria: non autē neceſſe eſt omne qđ boni maliue ſuſceptibile eſt: vel bonum eſſe vel malum Idcirco dixit bonū malūqꝫ cum ſint ꝯtraria: habere quādam medietatem: cui nomē poſituꝫ quidē non ſit: ſed nihilomin' eam quis inter has contrariorum naturas inueniet. Nā quod dictum eſt a poſterioribus inter bonū malūqꝫ eſſe ea que dicantur indifferentia: vt eſt inter virtuteꝫ atqꝫ turpitudinē: que vtraqꝫ ſibi ſunt contraria. Diuitie ⁊ pulchritudo: que (vt ſtoici putant) neqꝫ mala neqꝫ bona ſunt: atqꝫ idcirco indifferentia nominauere. ſed hoc ipſum quod dicimus indifferens: apud priores nomen non erat: ⁊ a poteſterioribus inuentum eſt. Ariſtoteles autem qui hoc noīe vſus nunqꝫ eſt: ait probum atqꝫ improbum habere quidē aliquaꝫ medietateꝫ verūtamē eā nullo nomine nuncupari: ſed eaꝫ vtriuſqꝫ contrarij negatione diffiniuit. Ait enim medietateꝫ probi atqꝫ improbi eſſe quod neqꝫ probuꝫ eſſet neqꝫ improbum: vt iuſti atqꝫ iniuſti medietas eſt: quod neqꝫ iuſtū neqꝫ iniuſtum eſt. Sed ne videatur inconueniens aliquid negationib' diffiniri: ipſe ait. In aliquib' vō nō eſt nomine aſſignare medietatem: vtriuſqꝫ vero negatione diffinitur. Nanqꝫ vbi eſt vna medietas: ſi vtraqꝫ cōtraria ſint remota: ſola tantum medietas permanebit: vt in eo quod eſt bonū ⁊ malum: quoniā his medietas vna eſt ſublato bono atqꝫ malo ſolum quod neqꝫ bonū neqꝫ maluꝫ eſt relinquitur. Quocirca tota rurſus diuiſio breuiter aſſumenda eſt. Eorum que ſunt cōtraria quorum neceſſe eſt ſemper alterum ineſſe his in quibus ea ſcđm propriam naturā ineſſe contingant: ea nullam inter ſe retinent medietatem: vt in corpore ſanitas ⁊ egritudo: in numero paritas atqꝫ imparitas. Quecunqꝫ vero in his in quibus eſſe poſſunt: non ita ſunt: vt eorum neceſſe ſit alterum ineſſe: hec aliquā inter ſe qualitatem medietatis amplectuntur: vt albedo atqꝫ nigredo: rubrum: frigidum atqꝫ calidum teporem. Horum autem alia ſunt que vnam ſolam continent medietatem: alia vero que multas: ⁊ multas vt inter albū atqꝫ nigrum pallidum venetum que medietates ſunt. Inter calidum atqꝫ frigidum vna ſola eſt medietas tepor. Horum autem que vnam retinent medietatem: in alijs nomina ſunt poſita vt in eo ipſo calore ac frigore. Eſt enim tepor medietas caloris atqꝫ frigoris. In aliquibus vero nomen poſitū non eſt: vt in eo quod eſt bonum atqꝫ malū: iuſtū atqꝫ iniuſtū. in his enī medietas nomē poſitū nō habet. ſed vtrorūqꝫ contrariorū negationib' diffinitur: vt dicam' eā eſſe boni atqꝫ mali medietatem: quod neqꝫ bonuꝫ eſt neqꝫ maluꝫ: eamqꝫ eſſe iuſti ⁊ iniuſti medietatem: que vtraqꝫ cōtrarietate ſummota: vtrorūqꝫ negatione relinquitur: vt eſt neqꝫ iuſtū neqꝫ iniuſtum.



**Priuatio autem ⁊ habitus dicitur quidē que habent fieri circa ideꝫ aliquid: ut viſio ⁊ cecitas circa oculum. vniuerſaliter autem dicere eſt: in quo natus eſt habitus fieri: circa hoc idem dicitur vtrūqꝫ horum.**

Tertiam ſpeciem propoſite oppoſitionis exequitur eam que ſcđm habitum priuationemqꝫ dicitur: atqꝫ in ea vnam ſimilitudinem poſuit: que illi eſt cum contrarietate cōiuncta. Nam ſicut ea que ſunt cōtraria circa idē ſunt: vt album: quoniam ſemper in corpore eſt: nigrū quoqꝫ ſemper eſt in corpore: ⁊ iuſtitia: quoniam ſemper animo inſerta eſt. Iniuſtitia quoqꝫ mentis eſt vitium: ita quoqꝫ ea que ſcđm priuationem habitumqꝫ dicuntur: circa idem ſemper neceſſe eſt inueniri: vt quoniā viſus habitus eſt (habemus enī viſum) ⁊ viſus eſt in oculo ⁊ circa oculum. Cecitas quoque que priuatio viſus eſt preter oculum non eſt. Auditus etiam qui habitus eſt: quoniā circa aures eſt: eius quoqꝫ priuatio que ſurditas dicitur: ab auribus non recedit. ita ⁊ circa quod fuerit habitus: circa ideꝫ ipſuꝫ illius habitus priuatio conſideratur. Atqꝫ hinc regulam dat. Uniuerſaliter enim dicit in quo ſit habitus: in eo fieri priuationē. Quid vō ſit priuari continuata diſpoſitione ſubiunxit.

**Priuari autem tunc dicimus vnūqđqꝫ ſuſceptibiliū habitus: quando id quod natum eſt habere: ⁊ quando natum eſt habere: nullo modo habet.**

Quid ſit priuatio hac ariſtoteles diffinitione condit. Neqꝫ enim quecunqꝫ non habent viſum: ceca dicūtur. nec vero ſurdū eſt omne quod non ſentit auditum. nemo enim neque parietem cecum dixerit: nec ſurduꝫ lapidem: nec quicquid huiuſmodi eſt. Sed ea ſola priuari dicim' habitu: quecūqꝫ aut habuere habitum eoque caruere: aut habere potuere ⁊ nō habēt. Parietē autem idcirco non dicimus cecum: ꝙ in eo viſus naturaliter venire non potuit. Paruos vero catulos quibus viſus non eſt: non ſatis digne aliquis cecos eſſe pronuntiet. Eo enim tempore nondum naturaliter viſuꝫ habere poſſunt. Si vero exhauſtis diebus: quibus his oculi patefieri ⁊ lucem haurire naturaliter poſſunt: non habeant viſum: eos cecos eſſe manifeſtuꝫ eſt. At vero neqꝫ oſtrea dicuntur edentula: quoniam naturaliter non habent dētes. ſed nec infantulos quibus adhuc nōdū huiuſmodi etas ē: vt habeant dētes vocam' edentulos. ſed ſi aut is qui ante habuit dentes amiſerit: aut quo iam tempore habere naturaliter debet: dētes nō habet: vt ſi quis puerorum ſeptimo anno omnino nullum creauerit: illos iure edentulos appellamus: atqꝫ hoc eſt: quod ait.

**Edentulum enim dicimus non qui nō habet dentes: nec cecum qui nō habet viſum: ſed quando qui debuit habere: non habet. quedā enī a generatione neqꝫ dentes neqꝫ viſum habent: ſed nō dicunt̄ edentula neqꝫ ceca.**

Hoc eſt non omne quod non videt cecum: nec quod dentes non habet: edentulum appellamus. Plura enī ſunt que aut omnino aut certo tempore naturaliter hec habere non poſſunt. ſed eſt illa priuatio quotiens is habitum non habet: qui habere naturaliter poteſt ⁊ eo tempore cū iam per naturaꝫ illius eſſe compos habitus poſſit: vel ſi habens quis retinēſqꝫ habitum: illum cuiuſlibet incurſiōe caſus amiſerit: vt in pueris iam adultis ſi non habeant dentes. Naꝫ quoniam homines ſunt poſſunt habere: quod ſi habentes amiſerint: edentuli dicuntur. ſi vero omnino non creuerit dentes quoniam iā pueris atqꝫ adultis vt dentes haberent naturaliter poterat euenire: id quod caſu aliquo vel egritudine officiente factum eſt: eos edentulos ⁊ habitu dentiū priuatos eſſe nominamus.

**Priuari vero ⁊ habere habitum non eſt habitus ⁊ priuatio. habitus enim eſt viſus priuatio vero cecitas eſt. habere viſum nō eſt viſus: nec cecuꝫ eſſe cecitas. priuatio enī quedam eſt cecitas: cecum vero eſſe priuari ⁊ non priuatio eſt.**

Hic veriſſima ratione monſtratur: vtrū ea que ſub priuatione atqꝫ habitu cadāt: priuationes ſint atqꝫ habitus an minime. nā quoniā habitus eſt viſus: priuatio vō cecitas: ſub habitu vō eſt habere viſum: ⁊ ſub priuatione eſſe cecū: vtrū habere viſuꝫ idē ſit quod ipſe qui habetur viſus: ⁊ vtrū ideꝫ ſit cecū eſſe qđ cecitas: perſpicaciter intuentib' aliud quoddā eſt habere aliqd: aliud quod habetur. Tres nanqꝫ res ſunt in eo quod eſt habitus: is qui habet: ea res q̄ habetur: ⁊ habere: ut eſt is qui videt: ⁊ ipſe viſus: ⁊ hoc ipſum quod ex vtriſqꝫ fit ex eo ſcilicet q videt ⁊ viſu: quod eſt videre. Diſtat autē ⁊ videre ab eo qui videt: ⁊ hoc ipſum videre rurſus a viſu. Aliud eſt enī id quod fit q̄ꝫ is qui facit. Uidere aūt videns operatur: aliud eſt igitur videre q̄ꝫ vidēs. Diſtat autē videre etiā a viſu. aliud nāqꝫ eſt id quod fit q̄ꝫ id p quod geritur: videre autē per viſuꝫ fit. Diſtat ergo videre ab eo ipſo (qui ipſuꝫ videre efficit) viſu. ſed videre viſuꝫ habere eſt: viſuꝫ autē habere habitū retinere eſt ⁊ viſus habit' eſt. Non eſt igitur idē habit' ⁊ quod eſt ſub habitu. i. quēlibet habituꝫ retinere. Eodem quoqꝫ modo etiā in priuatione. Illic quoqꝫ tres ſunt res: is q priuatur: hoc ipſuꝫ quod fit id eſt priuari: ⁊ ipſum quo quis priuatur. i. ipſa priuatio. Quod ſi diſtat is q habet eo ipſo quod eſt habitū habere. Diſtat ⁊ is qui priuatur eo quod eſt priuari. Quod ſi etiā diſtat qđ eſt habere habitū illo ipſo habitu q habetur. Diſtat neceſſario id quod eſt priuari illa ipſa. ſ. priuatione qua quiſqꝫ priuatur. Quare neqꝫ id qđ ſub habitu eſt habitus appellari poteſt: neqꝫ id quod ſub priuatiōe priuatio. Recte igitur dictum eſt habitum habere non eſſe habitum priuariqꝫ non eſſe priuationem: cui rei alia quedam validior vis argumentationis adiungitur: quam ariſtoteles ita pronunciat.

**Amplius ſi idem eſſet cecitas et cecuꝫ eſſe: vtrūqꝫ de eodeꝫ predicaretur. Sed cecus dicitur homo: cecitas vero nullo modo homo dicitur.**

Si idem inquit eſſet cecitas quod eſt eſſe cecum: de quocūqꝫ cecū eſſe diceretur: de eo quoqꝫ cecitas predicaretur. ſed cecū eſſe dicimus hominē: cecitatē vero eſſe ipſuꝫ hominem nullus dicit. quare quoniam in vtriſqꝫ diuerſa eſt predicatio: ⁊ de quo cecitas dicitur non de eodeꝫ dicitur cecum: rurſumqꝫ de quo cecuꝫ eſſe predicatur: is cecitas eſſe non poteſt: non eſt dubium: quin aliud ſit cecū eſſe q̄ꝫ cecitas. i. priuationem eſſe aliud q̄ꝫ priuari. ſed q̄ꝫuis diſtent: equali tamen oppoſitionis vice iunguntur: quod ipſe loquitur ſic.

**Oppoſita vero etiam hec videntur eſſe id eſt priuari ⁊ habitū habere: tanq̄ꝫ priuatio ⁊ habitus. Modus enim oppoſitionis idē**

eſt.nā ſicut cecitas viſui oppoſita eſt:ſic cecū eſſe ad viſum habere oppoſitū eſt.

¶ Equa nāq; proportione ſibi priuatio atq; habitus opponuntur:⁊ ea que ſub priuatione habituq; claudunt. Cur enim ſi priuatio atq; habitus id eſt viſus ⁊ cecitas ſibi ſunt oppoſita:non etiam videre atq; eſſe cecū eodem modo inuicē ſibimet opponantur. Quare q̄q̄ hec diſtent tamen modus in his oppoſitionis equalis eſt.

Non eſt autē neq; id quod ſub affectione ⁊ negatione iacet:affectio ⁊ negatio.affirmatio nanq; oratio eſt affirmatiua: ⁊ negatio oratio negatiua.horum vero que ſub affirmatione ⁊ negatione ſunt nullum eſt oratio Dicuntur autem etiā hec eſſe oppoſita alterutris tanq̄ affirmatio ⁊ negatio.nam in his modus oppoſitionis eſt idē. Sicut eni affirmatio aduerſus negationē oppoſita eſt ut que ſedet ei que non ſedet:ſic ⁊ res q̄ ſub vtroq; poſite ſunt ſedere ⁊ non ſedere.

Ad quartā oppoſitionis ſpeciem tranſitū fecit:que ſcd̄z affirmationem negationemq; dicitur. Affirmatio autē eſt que aliquam rem alicui quadam participatione cōiungit. Negatio vero que aliquam rem ab aliqua re quadā ſeparatione diſiungit:vt eſt omnis hō eſt animal. animal enim ad hominem hec oratio iungit. Participat enim hō proprio genere ſcilicet animali. Negatio vero homo lapis non eſt. Diſiungit enim naturam lapidis ab humanitate:qui negat. ſed multa de his in libro de interpretatione dicenda ſunt. Quare plenior horū diſputatio in tempus aliud differatᷣ. Ariſtoteles vero ſimpliciſſime ⁊ pene incurioſe propter eos qui inſtituunt diffinitiones affirmatiōis negationiſq; ſignauit dicēs negationē affirmationēq; affirmatiuas eē negatiuaſq; oratiōes. Quod ſi examinatius ac ſubtilius definiſſet: per affirmatiuā orationem diffiniret. Nam ſi dubium eſt quid ſit affirmatio:nihilo magis clarū atq; perſpicuum eſt quid ſit affirmatiua oratio: Idcirco ꝙ ſi quis neſcit quid ſit affirmatio:idē ſine dubio neſcitur⁹ eſt qđ oratio ſit affirmatiua. Sed idcirco hic indulgenti⁹ terminauit:qđ in libro ΠΕΡΙ ΕΡΜΕΝΕΙΑΣ vtriuſq; veram plenāq; vim diffinitiōis aptauit. Eadē quoq; in his ratio eſt que ſunt ſub affirmatione ⁊ negatione: que in his que ſub priuatione atq; habitu ponebantur. nam ſicut non eſt idez habitus atq; priuatio:quod habere habitum atq; priuari:ita non idem eſt affirmationem ⁊ negationem eſſe id quod eſt ſub affirmatione ⁊ negatione. Affirmatio eſt verbi gratia:ſedet ſocrates. negatio vero:non ſedet ſocrates. Sub affirmatione aūt hoc ipſū ſedere ſocratē:id eſt hoc qđ affirmatione dicit facere. Sub negatione vero non ſedere ſocratē:id eſt nō facere id quod negatio ſubmouet. hoc aūt ita ꝓbatᷣ:ꝙ ōis affirmatio omniſq; negatio orationes ſunt:ſicut eorum ſupradicta diffinitio determinatioq; monſtrauit. Sedere autem ⁊ nō ſedere:id eſt facere ⁊ non facere oratiōes non ſunt. ꝙ ſi affirmatio atq; negatio orationes ſunt: dicitur id quod ſub affirmatione ⁊ negatione eſt:ea ipſa affirmatione ⁊ negatione diſtare. Sed in hoc ſeruant illaz quoq; ſimilitudinē:ꝙ ea ipſa ſibi ſunt oppoſita: que ſcd̄m affirmationem negationēq; dicuntur. Sicut eni ipſa affirmatō q̄ dicit ſedet ſocrates:⁊ q̄ dicit nō ſedet ſocrates:ita quoq; idipſum qđ eſt. ſedere ſocratem ⁊ non ſedere:certa rōe ſimilitudinis opponūtᷣ. Sz qm̄ q̄tuor ſpecies oppoſitionis dicte ſunt:nūc ariſtotelis veſtigia perſequentes:earum differentias colligamus que ſunt numero ſex. nā ſi que res ſint quatuor:eaſq; differre a ſe ac diſtare volumus. Sex ſolas differentias inuenim⁹. Cum enim primā differre a ſecunda ac tertia atq; q̄rta ponimus:tres ſunt differentie. Item ſecundā rem a prima re differre oſtendere atq; demonſtrare ſuperfluū eſt. Cum enim prime rei ad ſecundā diſtantiam colligeremus:quod ſecunda diſtaret a prima docuim⁹. Reliqua igitur prime ad ſecundam rē differentia:ſecunde ⁊ tertie Item ſecunde quarteq; differentie monſtrabuntur:que ſunt due:que tribus ſuperioribus iuncte quinq; ſolas efficiunt. Reſtat tertie rei quarteq; diſtātia. Nā prime ad ſecundā atq; tertiam demonſtrata eſt diſcrepantia: cum primam a ſcd̄a diſtare:atq; eodē modo a tertia mōſtrabamus. Id his probatur exemplis. Nam cum oppoſitio ea que eſt ſcd̄m ad aliquid ab his oppoſitionib⁹ q̄ ſunt ſcd̄z contrarietatē:ꝑuationem atqz habituz:atqz affirmationē ⁊ negationem diſtare proponitᷣ:tres ſunt differentie. Cum vero ea que ſcd̄m priuationē atq; habitum oppoſitio eſt:a contrarijs:⁊ ab affirmatiōe negationeq; diſcrepat:due ſunt differentie:que iuncte ſuperioribus quinq; perficiunt. Idcirco enim quid diſtaret habituſ atq; priuatio:ea oppoſitione que relatiua ē pretermiſimus:quoniā prius monſtrauimus quid relatiua oppoſitio habitu priuationeq; differret. non eſt enī dubiū equam eſſe in vtriſq; differentiā:cuz vna ab alia diſcrepauerit. Reſtat vna ſola differentia que eſt cōtrariorum ad affirmationem ſcilicet ⁊ negationem. ꝑter miſſa nanq; eſt cōtrariorum differentia de relatiua. ſ. ⁊ ſcd̄m habitum priuationēq; oppoſitione quid hec ſuperius a contrarietate diſtaret:monſtratuz eſt. Quare quoniam quot ſunt horum differentie cognitum eſt: ad ſequentis operis ordinem veniamus.

Quoniam autem priuatio ⁊ habitus nō ſic opponuntur vt ad aliquid manifeſtum eſt. neq; enim dicitur hoc ipſuz quod eſt oppoſiti. viſus enim non eſt cecitatis viſus: nec alio vllo modo ad ipſum dicitur. ſimiliter autem neq; cecitas dicitur viſionis cecitas ſed priuatio quidem viſionis cecitas dicitᷣ: cecitas vero viſionis non dicitur. amplius ad aliquid omnia ad reciproca dicuntᷣ. quare ⁊ cecitas ſi eſſet eorū que ad aliquid ſunt. vtiq; conuertere ad illud ad quod dicitur. ſed non conuertitur. neq; enim viſus dicitᷣ cecitatis viſus.

¶ Et cetera quidē de ea differentia perſpicua:⁊ ſuperi⁹ in contrariorū differentia a relatiua oppoſitione āte premiſſa ſunt. Unam nanq; differentiā contrariorū relatiuorumq;' dixit eſſe:ꝙ contraria non ita vt ea que ſunt ad aliquid conuerterentur. Neqz enim quis pronūciat malitiā bonitatis eē malitiā:neqz bonitatē malitie eſſe bonitatē. velut filiū patris eſſe filiū:rurſuſqz patrē filij patrē. Eadē quoqz ⁊ in his q̄ ſcd̄m ꝑuationē habituq; redduntur:dicitᷣ differentia. Nā ſicut ea que ſunt ſcd̄m ad aliquid oppoſita:aduerſum ſemetipſa redduntur: et omnia ad oppoſita predicātur:nō eodē modo in habitu atqz priuatione eſt. Nullus enim dicit cecitatis eſſe viſum:nec rurſus viſus eſſe cecitatē. Quocirca ſi ea q̄ ſunt relatiua ad oppoſita predicātur:conuertuntq; dicuntur (cū ſit enīz oppoſitus filio pater:pater filij dicitur: ſcilicet ad oppoſitū:rurſuſq; ꝯuertitur ut patris fili⁹ appelletur) quoniā hoc in his que ſunt ſcd̄m priuationem atqz habitū:non dicitur (Neq; enī cū ſit viſus oppoſitus cecitati:ſcd̄m priuationē atqz habitū dicitur viſus cecitatis. i. nūq; ſcd̄m oppoſitionē aliquid oppoſiti predicatur neqz cōuertitur:neqz enī dicitur cecitas viſus) recte priuatio atqz habitus non in eadem qua relatiua: ſed in alia ſpecie numerata ſunt.



Quoniam aūt neq; vt contraria opponuntᷣ ea:que ſecundū priuationē ⁊ habitū dicuntur:ex his manifeſtū eſt:quoꝝ enim cōtrariorum nihil eſt mediū neceſſe eſt ī quibus nata ſūt fieri:aut de quibus predicātur: alterum ipſorum ineſſe ſemper. horum enim nihil erat medium: quoꝝ alterū neceſſariū erat ineſſe ſuſceptibili:ut languorē ⁊ ſanitatē ⁊ abūdantem ⁊ perfectum. Quorum vero aliquid eſt mediū:nūq̄ neceſſitas eſt omni ſuſceptibili ineſſe alterum. neq; enī neceſſe eſt omne ſuſceptibile candidum vel nigruz eſſe:neq; frigidum neq; calidum. horuz enī mediū aliquid nihil prohibet eſſe. hoꝝ enī erat aliquid medium:quorum non erat neceſſarium alterum ineſſe ſuſceptibili preter illa quibus naturaliter vnum ineſt: vt igni calidum eſſe ⁊ niui candidum. In his autem determinate neceſſarium eſt alterū ineſſe:⁊ non alterutrū contingit. nō enī poſſibile eſt ignem frigiduz eſſe:neq; niuē nigrā Quare omni quidez ſuſceptibili nō eſt neceſſariuz alterum eoruz ineſſe:ſed ſolis quibus naturaliter vnum ineſt:⁊ in his determinate vnum:non alterutrum contingit.

¶ Prolixitatem textus idcirco contraxi: ꝙ ⁊ ea ipſa q̄ dicuntur: ſupra iam dicta ſunt: ne longior ordo poſſit aliquod creare faſtidium. quod nos hac textus diuiſiōe ſeiunximus. ⁊ pri⁹ quidem ꝓpoſuit ante oculos omnes inter ſe contrariorum differentias:quas ipſe quantum potero breuiſſime cōmemorabo. ait enim. Contrariorū que medijs carent:ſemper alterū ineſſe ei quod illas cōtrarietates ſuſcipere pōt: vt egritudo ⁊ ſanitas:quoniā ſemper in animalis corpore reperitur:⁊ ea ſine vllo eſt aduerſus ſuum contrariū medio. Idcirco omne corpus animalis ſemper aut egrotat aut ſanū eſt:⁊ ſemꝑ alteruz aut ſanitatis aut egritudinis ieſt ei:quod has ſuſcipit contrarietates. Eorum vero contrariorum que habent aliquā medietatem:non neceſſe eſt ſemper alterū ineſſe ei cui accidunt:ut album atq; nigrū:cū ſint vtraq; contraria:quoniam habent aliquā medietatē:vt rubrum. veniunt autem ſemper in corpora:non neceſſe eſt omne corpus fieri vt album aut nigrū. Quoniā poteſt aliquādo contingere:vt illa eorum medietas corpori cuilibet eueniat:atq; hoc ita eſt in his que medio nō carent:que ipſa mediata vocamus:exceptis his quibus vna contrarietas eſt inſita per naturā:vt nix alba eſt:ignis calidus. In his enim vnaz ſemper neceſſe eſt euenire non aliam:nec vtrālibet ſed diffinite vnā. id enim nō venit in ignem:vt aliquando ſit calidū:aliquando frigidum: aliquando vero que horū medietas eſt tepidū:ſed ſemꝑ naturali calore ſuccenditur. nec nix aliquando fit nigra: nec rurſus rubea:nec vllis alijs colorib⁹ ꝑmutatᷣ:ſz ſolū ſemper alba eſt. Cum hec ita ſint ea que ſcd̄z habitū priuationēq; opponuntᷣ:ſi ⁊ ab his contrarijs diſtare monſtrata ſint. que medijs carent:⁊ ab his que intra ſe quādam medietatem qualitatis includunt:⁊ ab his quoq; que cum mediata ſint:tamē diffinite alicui inſunt:perfecte monſtratū eſt ea que ſcd̄m habitū ⁊ priuationem ſunt contrarijs diſcrepare. quare quid diſtent ariſtotele teneamus auctore.

In priuatione vero ⁊ habitu neutruz hoꝝ que dicta ſunt: verum eſt:neq; eniz ſemper ſuſceptibili neceſſariū eſt alteruz ineſſe eoꝝ. Quod eniz nondum naturā habet ad vidēdum: neq; cecum neq; viſum habens dicitᷣ. Ideoq; nō erunt hec taliū cōtrarioꝝ:quoꝝ nihil eſt mediuz:ſed neq; quoꝝ eſt mediuz neceſſarium eniz eſt omni ſuſceptibili alterum iſtoꝝ ineſſe. Quando enim iam natuz fuerit ad habendum viſionē:tunc aut cecuz aut habens viſionem dicitᷣ:⁊ horuz nō determinate alterum:ſed alterutꝝ ꝯtingit. nō enim neceſſarium eſt vel cecuz vel habens viſum eſſe:ſed quod cōtingit. In cōtrarijs autē quibus mediū eſt:nūq̄ neceſſariū fuit omni ſuſceptibili alteruz ineſſe:ſed quibuſdam ⁊ his determinate vnum. vnde palam eſt ꝙ ſcd̄m neutruz modum tāq̄ cōtraria oppoſita ſunt hec:que ſcd̄m priuationē ⁊ habitum opponuntur.

¶ Dat primo differentias quib⁹ ea que ſunt ſcd̄m habitum ⁊ priuationē oppoſita:ab his que ſunt imediata contrarijs diſtent. In his eniz contrarijs que medium non habent:ſemper neceſſe eſt ipſorum alteruz ineſſe ei quod his ipſis ſubiectum eſt. In habitu vero ⁊ priuatione non ita eſt. Non eniz ſemper quelibet res aut habitum habet aut priuationem: ſed eſt tempus quando vtrūq; non habeat:vt catuli quibus nōdū per naturā oculi patent. Illos enim nec habere habitū dicim⁹:qm̄ nō vident:nec priuatos viſu:quoniā paruuli adhuc viſum per naturā habere nō poſſunt. Igitur eoꝝ que ſibi ſecūdū priuationē habituq; ſunt oppoſita:non ſemꝑ alterū ſubiecto eſt eoꝝ. Sed eoꝝ que ſunt contraria imediata. i. medio carentia:ſemper alteꝝ ſuſceptibili ineſt. Diſtat igitur ea que ſecūdū habitum ⁊ priuationez eſt oppoſitio:his que ſecundū cōtraria putantur opponi. Sed quoniā ſunt quedā contraria que inſunt alicui ꝑ naturā:vt niui albū:igni calidu;. coruo nigrū:etiam ab his diſcrepat oppoſitio priuationis ⁊ habitus. Ea eniz que per naturā inſunt:diffinitiua ſunt:⁊ nullo modo ꝑmutantur:vt eſt albū niui. Non eniz nix aut alba aut nigra eſt:ſed tantū alba:⁊ coruus non aut albus aut niger:ſed ſolū niger. In priuatione vero ⁊ habitu vna res non poteſt eſſe diffinita:ſed ſemꝑ aut priuatio cōtingit aut habitus. ⁊ hoc eſt quod ait. ⁊ horū non diffinite alterum:ſed aut hoc aut illud. Neq; enim neceſſe eſt aut cecum eſſe aut habentem viſum:diffinite ſubaudiendū eſt. catulus eniz qui per naturā nondū videt:aut habitū habiturus eſt. i. viſuz:aut eo priuādus eſt:vt ſit cec⁹: ſed non diffinite vnū ſed hoc aut illud indiffinite contingit. diſtat igitur hec oppoſitio his cōtrarijs que aliquibus per naturaz imutabiliter accidunt. Reſtat igitᷣ vt his contrarijs que mediata ſunt: hanc oppoſitionez differre doceamus. In illis enim nō ſemper neceſſe erat contraria ineſſe ſubiecto. Idcirco ꝙ eorū medietates poſſint ſubiectis euenire ſubſtantijs: vt album vel nigruz quod nō eſt alicui per naturā:ſed tantuz ſcd̄m accidens. Poſſunt eniz vtraq; nō eſſe in corporibus:qm̄ his vl rubrum vel pallidum que ſunt ſcilicet eorū medietates eueniunt. In priuatione vero id ⁊ habitu non eſt. Quādo eniz poterit per naturā habere habituz:vtriſq; que ea ſuſcipiunt carere non poſſunt. Catulus eniz cuz per naturam videre potuerit:aut habitum habere: dicitur ⁊ eſt videns:aut priuationem:ſi fuerit cecus. Ita ſemꝑ ab eo tempore quo illi per naturam vtrumlibet habere conceſſum eſt:alterum retinebit. i. aut priuationem retinebit aut habitum. Quocirca ſi in his contrarijs que medio non carent:poteſt fieri vt vtraq; contraria in ſubiecto non ſint:in priuatione vero ⁊ habitu ab eo tēpore

quo per naturam poteſt vtrunq; retinere. fieri non pōt niſi eorum habeat alterum: diſtant hec quoq; mediata ab his que ſecundū vim priuationis atq; habitus opponuntur. Sed ante monſtratū eſt ⁊ his contrarijs que per naturam eſſent: ⁊ his que medio carerent: hanc oppoſitionem eſſe diſſimilem. Recte igitur poſitū eſt priuationis atq; habitus oppoſitionem ab his que opponuntur vt contraria diſcrepare.

Amplius in contrarijs quidem exiſtente ſuſceptibili poſſibile eſt in alterutrū fieri mutationem niſi alterum alicui naturaliter inſit: vt igni calidum eſſe. nanq; poſſibile eſt ꝙ ſanū eſt lāguere: ⁊ cādidū nigrū fieri: ⁊ ex ſtudioſo prauū: ⁊ ex prauo ſtudioſū poſſibile eſt fieri. prauus enī ad meliores cōſuetudines deductus ⁊ ad doctrinaſ: ⁊ ſi ad modicum aliqd proficiet vt melior ſit. Si vero ſemꝑ vel modicū cremētū ſumpſerit: palā eſt ꝙ aut ꝑfecte mutabit᷑: aut ſatis multū cremētū ſumet. Semꝑ enī bene mobilior ad virtutem fiet: vel quodcūq; cremētū ſumpſerit a principio. Quare etiam veriſimile eſt amplius eum ſumere crementū: ⁊ hoc dum ſemper fit: perfecte in contrariū habitum reſtituetur: niſi forte tēpore ſuſpenſum ſit. Verum in priuatione ⁊ habitu impoſſibile eſt mutationē in alterutrum fieri: ſed ex habitu in priuationē fit mutatio: a priuatione vero in habitū impoſſibile eſt. neq; enī quis cecus factus rurſus vidit: neq; cū eſſet caluus rurſus comatus eſt factus: nec cum eſſet ſine dentibus: dentes iterū orti ſunt.

Aliā rurſus contrariorum ⁊ huius oppoſitionis que ſecundum habitum priuationemq; dicitur diſcrepantiā ponit. Ea enim que contraria ſunt: poſſunt in alterna variatis vicibus permutari. Quod enim calidū eſt pōt effici frigidum: rurſuſq; quod frigidū eſt: poteſt in caloris verti qualitatem. His tamen (vt dictū eſt) ſolis exceptis quibus vna quelibet res contrariorum naturaliter inſita eſt. in his enim ſolis fieri non poteſt alterna mutatio. In his vero que accidenter ⁊ non per naturam ſubiectis eueniunt: fit ſemper in contrarijs permutatio: vt ex ſano egrum: ex egro rurſus ſanum corpus efficitur animalis. Iam vero illud verum eſt. ex bono procliuior ſemper ſemita videtur ad malum: ⁊ facillima eſſe ex probitate ad maliciam permutatio. Id Terentiano docetur exemplo. A labore procliuem ad libidinem. Sed ꝗ̄ꝗ̄ difficilis ſit tranſitus ad virtutes a turpitudine viciorū. Ariſtoteles tamen fieri hunc tranſitum confirmat. Huius enī philoſophi ſententia eſt: virtutes eſſe non ſciētias: ut Socrates ait: neq; vt ſtoici naturaliter eas eſſe: ſed diſcibiles: ⁊ per quandā boni conſuetudinē hominū mentibus inſeri. Atq; ideo ſi quis ſit quibuſlibet prioribus vitijs obnoxius: ſi cum melior ſermo ſuſceperit: ⁊ ſapientiū conſuetudine cōfabulationeq; contra aliquid ex anteactis viciorū illecebris emendabitur: ⁊ ſeſe aliquantulū exuet: ⁊ paululū liberior ad meliora ꝓcedet. Ita ut ſi primo quidē minꝰ malus: poſt vō nō malus: deinde iā iāq; aliquantulū bonus. Cui ſi huiuſmodi intētio frequētiſſime fiat: nec paruitate tēporis preueniatur: aut terminuſ mortis offecerit: non eſt dubiū illum ex peſſimo per probas conſuetudines confabulationeſq; ſapientium in perfectam virtutis habitudinē permutari. Eſt igitur ex bono in malū: ⁊ ex malo in bonū rurſus permutatio. atq; hoc quidem fit in contrarijs. In habitu vero ⁊ priuatione non fit. eſt nanq; permutatio: ſed vna tm̄ nulla ratiōe ſeſe conuertens. ait enim. Ab habitu ad priuationē permutatio: a priuatione vero ad habitū impoſſibile eſt. Et hoc planius docet exemplis: Quis enī vnq; ex ceco factus eſt videns: quis aliquando caluꝰ crinitus efficitur. cui amiſſis etate dentibus rurſus alij ꝑcreant᷑. Quare ſi in cōtrarijs fit alterna mutatio: in priuatione vero atq; habitu nō fit: diſtat hec oppoſitio ea ſcilicet oppoſitione que fit ſcḋm cōtrarias qualitates.

Quecunq; vero tanq̄ affirmatio ⁊ negatio oppoſita ſunt: palam eſt: quod nullo predictorum modorū oppoſita ſunt. In ſolis enī iſtis neceſſariū eſt ſemper aliud quidē eorum verum: aliud autē falſum eſſe. neq; enī in contrarijs neceſſariū eſt ſemper alterū verum eſſe: alterum vero falſū: neq; in his que ſunt ad aliquid: neq; in habitu ⁊ priuatione: ut ſanitas ⁊ lāguor ꝯtraria ſunt: ⁊ neutrum neq; verum neq; falſū eſt. Similiter autē ⁊ duplum ⁊ dimidiū tanq̄ relatiua oppoſita ſunt: ⁊ non eſt eorū alterum nec verū neq; falſum. ſed neq; ea que ſcḋm priuationem ⁊ habitum dicuntur: ſicut viſio ⁊ cecitas. Omnino autē eorum que ſcḋm cōplexionem nullā dicūtur: nihil neq; verū neq; falſum eſt. porro autē omnia que dicta ſunt: ſine complexione dicuntur.

¶ Expoſitis his differentijs: quibus vel contrarijs relatiua: vel priuatio ⁊ habitꝰ relatiuis: vel rurſus priuatio ⁊ habitus diſcreparent contrarijs: nūc ſequit᷑ qd his omnibus ſcḋm affirmationē negationēq; oppoſita diſtent. ⁊ dat ſignum proprium affirmatiōis ⁊ negatiōis vt eas ſemper queamꝰ agnoſcere: vt ſi qua ſint que hoc ſigno minime teneantur: illa ab affirmationis negationiſq; oppoſitione differre dicamꝰ. In affirmatiōe enī ⁊ negatiōe fieri nō poteſt: Si affirmatio vera eſt: quin ſit ſtatī falſa negatio: ſi negatio vera: affirmatio mēdacij nota carere nō poſſit: vt ſi qs dicat ſocrates ambulat: ſocrates non ambulat. Si verum eſt ſocratem ambulare: falſū ē nō ambulare: ⁊ rurſus ſi falſū eſt nō ambulare verū eſt ambulare. Hāc aūt veri falſiq; diuiſionē nullꝰ vnq; in alijs oppoſitionibus poterit inuenire. Nam in his que ſunt ad aliquid non ſolū non eſt neceſſe oppoſitionē ipſam ſibi verū falſumq; diuidere: ſed in his nulla omnino neq; veritas neq; falſitas inuenitur. Si quis enim dicat hoc tm̄ pater: vel rurſus filius: neq; verum aliquid neq; falſum pronunciat. ⁊ in contrarijs quoq; idem eſt. nam cū bono malum ſit contrariū: ſi quis nominet bonū: ⁊ ſi quis rurſus ſimpliciter pronūciet malū: nulla in hac predicatione neq; falſitas neq; veritas eſt. Eodē quoq; ſe modo habet etiam in his que ſcḋm habitū priuationēq; dicunt᷑. Similiter enī nihil neq; verum neq; falſum eſt: ſi quis viſum nominet vel cecitatem. hoc autem idcirco euenit: q2 omnia quecūq; ſunt in quibus aut falſitas aut veritas īuenitur: ſcḋm aliquā cōplexionē dicūtur. Ea vero que ſimpliciter proferunt᷑: veri atq; falſi prolatione carent: vt ipſe ait: cū in principio oīa predicamenta numeraret. Dixit ſingula eorū que eſſent dicta in nulla affirmatione dici: quadā vero cōplexione inter ſe horū predicamentorū veritatem falſitatemq; gigni: de quibꝰ Ariſtoteles edocuit preter cōplexionem aliquā in ſermonibus veritatē falſitatemq;



inueniri non poſſe. Siquidem exemplo quoq; hoc manifeſtum eſt. Si enī dixero ſocrates homo eſt: aut verū aut falſum eſt. Quod ſi hoc tantū dicā ſocrates: aut rurſus homo: nihil in eo neq; veritatis neq; falſitatis eſt. Quocirca quoniā omnis affirmatio cū complexione profertur: poteſt in ea aut veritas aut falſitas inueniri. Ea vero que ſunt ad aliquid: ſimpliciter ⁊ ſine vlla complexione dicunt᷑. Similiter autem ⁊ contraria: ⁊ ea que ſunt ſcḋm habitum priuationēq; ſibi met oppoſita: vt eſt pater filius: bonū malū: viſus cecitas: que quoniam ſine cōplexione dicuntur (vbi autem cōplexio non eſt: illic nec falſitas neq; veritas eſt. In affirmationibꝰ vero ſolis ⁊ negationibus que ſcḋm complexionem dicunt᷑: aut veritas aut falſitas reperitur) Secundū affirmationem ⁊ negationem oppoſitio a cunctis alijs ſuperioribus diſtat.

Sed maxime videbitur hoc tale contingere in his que ſecundū complexionem contraria dicuntur. Sanum itaq; eſſe ſocratem ad languere ſocratem contrariū eſt. ſed neq; in his neceſſarium eſt alterum ſemper verum: alterum autē falſum eſſe. cum enim ſocrates ſit: erit illud quidem verum: illud vero falſum. cum vero non ſit: ambo falſa ſunt. neq; enim languere neq; ſanum eſſe verū eſt: cum nō ſit ipſe ſocrates omnino. In priuatione vero ⁊ habitu cum non ſit: neutrū verum eſt: cum vero ſit: non ſemper erit alterum verum alterū autem falſum. habere nanq; viſum ſocratem: ad id quod eſt ſocratem cecum eſſe oppoſitum eſt ſicut priuatio ⁊ habitus. ⁊ cum ſit: neceſſarium non eſt alterum verum vel falſum eſſe. cū enim nōdum natus eſt habere: vtraq; falſa ſunt: ⁊ cū nō ſit omnino ſocrates: ⁊ ſic falſa ſunt vtraq; ⁊ viſum eum habere ⁊ cecum eſſe.

¶ Quoniam videntur quedam contraria ſecundum cōplexionem dici in quibus aut falſitas reperitur aut veritas: ſ3 neq; vt affirmatio ſit neq; vt negatio: de his quoque dicit quid diſtent his complexionibus: que ſcḋm affirmationem negationemq; dicunt᷑. Nā ſicut egritudo eſt contraria ſanitati: ita quoq; egrotum eſſe ſocratem ei quod eſt ſanum eſſe contrarium eſt. Oratio quoq; que dicit ſocrates ſanus eſt: contraria eſt ei que pronunciat ſocrates egrotat. ī his ergo ⁊ veritas inuenitur ⁊ falſitas Quod igitur hec diſtant ea oppoſitione: que ſecundum vim affirmatiōis aut negationis opponitur. hoc ſcilicet quod ſubſiſtēte re: de qua vtraq; dicuntur: vtrumlibet eorum verum eſt: ſi tamen ea contraria predicantur: que medijs carent. nā viuente ⁊ ſubſiſtente ſocrate qm̄ egritudo ⁊ ſanitas īmediata cōtraria ſunt: ſi quis de ſocrate dicat ſocrates ſanꝰ eſt: rurſuſq; alius ꝓnūciet. ſocrates egrotat. vnā verā: vnā falſam eſſe neceſſe eſt. Socrates enī viuēs aut egrotat aut ſanꝰ eſt. ⁊ ſi verū eſt eū egrotare: ſanū eſſe falſū eſt: ⁊ ſi falſū eſt egrotare: ſanū eſſe verū eſt. ſi vō ſocrates ipſe nō ſubſiſtat neq; omnino ſit vtrūq; de eō falſum eſt dicere: quoniā egrotat ⁊ ſanus eſt. Qui enim omnino non eſt: neq; omnino poterit egrotus eſſe nec ſanus. Ergo in contrarijs ſubſiſtente re de qua predicantur: ſemper vna predicatio vera eſt alia falſa: in his ſcilicet contrarijs que ſcḋm complexionem dicuntur ⁊ carent medio. Non ſubſiſtente autē re cōtrarietates vtreq; ſunt falſe. Illa vero que ſcḋm priuationem habitumq; dicuntur: ſi cum complexiōe predicentur: ⁊ ſubſiſtat res non neceſſe eſt aliam veram eſſe: aliam falſam: ⁊ cū res omnino non ſit: vtreq; ſunt falſe. Socrates enim cum ſit iam in ſue matris aluo: ⁊ nondū ſit editus in lucem quidem editus non eſt: ipſe tamen eſt atq; viuit. Sed tunc neq; videns eſt neq; cecus: ⁊ videns quidem nō eſt: quoniā nondum in lucē eſt editus. Cecus vero idcirco non dicitur: quoniā adhuc videre non poterat. Ergo cum ſit atq; ſubſiſtat res, de qua habitus ⁊ priuatio predicantur: poteſt fieri ut de ea falſa vtraq; predicētur ſi vero res de qua dicitur non ſit omnino: vtraſq; falſas eſſe neceſſe eſt; vt cum ſocrates omnino non eſt: falſum eſt eum dicere vel videntem eſſe vel cecum. Is enī videt atq; cecus eſt: qui viuit atq; ſubſiſtit. Cū vero de quo dicitur non ſit omnino; vtraq; de eo falſi dicuntur. In catulis quoq; idem eſt. nam cū iam ſunt editi: ſubſiſtunt quidem: ſed neq; ceci ſunt neq; videntes: quia nondū per naturam viſum habere potuerūt. Sin vō omnino non ſint: rurſus falſum eſt de his vtrūq; predicari. In affirmatione vero ⁊ negatione non ita eſt: vt ipſe pronunciat.

In affirmatione vero ⁊ negatione ſemper ſiue ſit ſiue non ſit: aliud quidem verū erit aliud vero falſum. languere nanq; ſocratem ⁊ non languere ſocratem cum ipſe ſit: palā eſt quia alterum eorum verum: alterū vero falſum eſt: ⁊ cum non ſit ſimiliter. languere enim cum non ſit: falſum eſt: non languere autem verū. Quare in his ſolis propriū erit ſemper alterum eorum verum: alterū falſū eſſe: quecunq; tanq̄ ⁊ affirmatio ⁊ negatio oppoſita ſunt.

¶ In affirmatione inquit ⁊ negatione ſiue res ſubiecta ſubſiſtat: ſiue non ſit omnino: ſemper in vna veritas: in alia falſitas inuenitur. Non eſt enim idem dicere egrotare aliquē quod non eſſe ſanū. Nam ſi egrotat niſi ſubſiſtat non poteſt egrotare. Non eſſe autē ſanum nō ita eſt. nam etiam ſi nō ſit omnino aliquis: poteſt de eo qui non eſt hec negatio predicari. Quod enim omnino non eſt: ſanum eſſe non poteſt: quod ſanū eſſe non poteſt: nō eſt vtiq; ſanum. Eodem quoq; modo eſt ⁊ de cecitate: ⁊ de viſu. neq; enim idem eſt dicere cecum eſſe aliquem quod non videre. qui enim cecus eſt: ſubſiſtit viuitq;: ut ſit cecus. non videre vero etiam de omnino non ſubſiſtente dici poteſt. Quod enim nō ſubſiſtit omnino videre non poteſt: ⁊ quod videre nō pōt: non videt. Quocirca in affirmatione ⁊ negatione ſiue ſit de quo dicitur: ſiue non ſit: vna ſemper vera eſt: altera falſa. Nam cum ſit ſocrates ⁊ viuat: ſi de eo verum eſt dicere quoniā videt: falſum eſt dicere quoniā non videt. ⁊ ſi de eo verum eſt dicere quoniā ſanus eſt: falſum eſt dicere quoniā nō eſt ſanus. Si negationes vere ſunt: falſe ſunt affirmationes. Si vero res ſubiecta non ſubſiſtat omnino: de eo quidē affirmatio falſa eſt: negatio ſemper vera. Noſtro enim tempore cū ſocrates non eſt neq; ſubſiſtit: ſi quis dicat ſocrates videt: ⁊ aliꝰ dicat ſocrates non videt: falſū quidē eſt de eo dicere: quoniam videt. verū vero quoniā non videt. Qui enī omnino non eſt: videre nō poteſt. qui videre non poteſt: non videt. Ita firmū immutabileq; ſemper manet in affirmationibꝰ ⁊ negationibus alteram ſemper veram: alterā falſam in predicatione conſtitui. Quocirca quoniā in contrarijs ⁊ in his que ſcḋm priuationem habitumq; ſunt: ſi cum comple

rione vtraqꝫ dicantur de re non ſubſiſtente: falſe ſunt vtraqꝫ que predicantur. Cum hoc idem in affirmationibus ⁊ negationibus non ſit. omnes cetere oppoſitiones ab affirmatiõe ⁊ negatione diſſentiũt. Monſtrate ſunt igitur oppoſitiones quatuor ⁊ ſex differentie: vna quidem contrariorum: ⁊ eius que eſt ad aliquid. Secũda contrariorum ⁊ eorum que ſunt ſcd̃m habitum ⁊ priuationem. Tertia contrariorũ ⁊ eius oppoſitionis que eſt ſcd̃m affirmationem ⁊ negationem. Quarta vero relatiuorum ⁊ eius que eſt ſecundũ habitum ⁊ priuationem. Quinta relatiuorum ⁊ eius que eſt affirmationis ⁊ negationis. Sexta priuationis ⁊ habitus ad negationez ⁊ affirmationẽ. Sed poſt has oppoſitionũ differentias quedã de contrariis ad multas proficientia q̃ſtiones ab Ariſtotele traduntur.

Contrarium autem eſt bono quidez ex neceſſitate malum. hoc autẽ palam eſt per ſingulorum inductionem: ut ſanitati languor: ⁊ iuſtitie iniuſtitia: ⁊ fortitudini timiditas. ſimiliter autẽ ⁊ in aliis. malo autem aliquando bonum quidem eſt contrarium: aliquãdo autem malum. egeſtati enim cum ſit malum: ſuperabundantia cõtraria eſt: cum etiã ipſa ſit malum. Similiter autez ⁊ mediocritas. Contraria vtriqꝫ cum ſit bonum eſt: ſed in paucis hoc tale quilibet inſpiciet: in pluribus vero ſemper malo bonum contrarium eſt.

Hoc loco monſtratur: quod omne bonum ſemper malo contrarium eſt. Non autem omni malo ſemper bonuz: nam quodcunqꝫ fuerit bonũ: ſolum illi maluz contrarium: malo autem ⁊ bonum poteſt eſſe contrariuz ⁊ malum. Sanitati enim que bona eſt: egritudo que eſt mala contraria eſt. Rurſus felicitati que eſt bona: infelicitas que ipſa quoqꝫ eſt mala: contraria eſt. Eſt autem inuenire malum quod duas habet contrarietates: boni ſcilicet ⁊ alterius mali. Nam cum ea ſunt contraria que a ſe plurimuz diſtent: cuz ſit timitas habitus animi peſſimus: duas habet contrarietates: temeritatem ſcilicet ⁊ fortitudinem. nam qui omnia timet ⁊ eſt timid⁹: ⁊ qui nihil timet omnino in quo eſt temeritas: longe a ſeſe diſtant ⁊ diſcrepant: quocirca ſibi contraria ſunt: cũ vtraqꝫ ſint mala. Rurſus quoniam bonum maluo contrariuz ⁊ fortitudo bona eſt: timiditas mala erit: ⁊ erit fortitudini contraria oppoſitaqꝫ timiditaſ. Due igitur contrarietates opponuntur timiditati: temeritas ⁊ fortitudo. ſed temeritas contraria eſt ſecundum longiſſimam diſtãtiã quantitatemqꝫ diſcrepantis habitus atqꝫ contrarij. Timiditas vero fortitudini videtur oppoſita ſecundum qualitatem bonitatis atqꝫ malitie. Quare ſufficiẽter eſt demonſtratum bona ſemper malis eſſe contraria: mala vero etiam malis. Inductio eſt autem ſingulorũ exemplorum collectio: ⁊ ad vniuerſalem per eam cognitionem collectionemqꝫ reductio: vt ſi quiſ dicat qui muſicam nouit muſicus eſt: ⁊ ab ea denominatur: ⁊ medicus qui medicinam: rurſus qui grammaticam grammaticus: ⁊ ex his ſingulis rebus colligat vniuerſaliter. ⁊ quicunqꝫ aliquam artem nouit: eiuſdez denominatione ſignatur: vt a grammatica grammaticus: a medicina medicus: ⁊ cetera huiuſmodi. Quocirca hoc quod ſupra diximus de cõtrariis: Ariſtoteles exemplorum planiſſima inductiõe firmauit. Illud quoqꝫ addidit mala poſſe malis eſſe contraria: in pauciſſimis inueniri: ſemper autem mala bonis eſſe contraria. nam ⁊ in his ipſis in quib⁹ mala malis contraria ſunt: ineſt tamen. vt etiam ſimul bonis cõtraria eſſe videantur: vt timiditas: quoniam temeritati contraria eſt: ſimul etiam fortitudini contraria eſt. Sed non neceſſe eſt vt quodcunqꝫ malum bono eſt contrariũ mox etiam mali eſſe contrariuz: vt egritudo ſanitati quidem quod eſt bonum contraria eſt: alij vero malo contraria non eſt. Recte igitur dictum eſt malum malo contrarium in paucioribus inueniri.

Amplius contrariorum non neceſſariũ eſt ſi alterum ſit ⁊ reliquum eſſe. Sanis nanqꝫ omnibus ſanitas quidem erit: languor vero non erit. ſimiliter autem cum omnes albi ſint: albedo quidem erit: nigredo vero non erit. Amplius ſi ſocratem eſſe ſanũ: ad id quod eſt ſocratem languere contrariũ eſt cum non ſit poſſibile vtrũqꝫ eidem ineſſe ſimul: non erit poſſibile: cum alteruz contrarium ſit: ⁊ reliquũ eſſe. cum enim ſit ſocratem ſanum eſſe: non erit languere ſocratẽ.

Dictum eſt in relatione quedam relatiua ſimul eſſe naturaliter: vt cum ſit filius pater eſt: cum vero ſit pater: ſine filio eſſe non poſſe. Quocirca ſimul ſemper ſunt pater ⁊ filius. hoc vero in contrariis non eſt. Ait enim. nõ neceſſe eſt ſimul ſemper eſſe contraria. Si enim nullus egrotet ⁊ ſint omnes ſani: cum ſit ſanitaſ: non erit egritudo: ⁊ vna contrarietate manente alia omnino nõ erit; vt ſi quis hoc idem dicat de cignis: etenĩ omnes cigni ſunt albi: in cignis nigredo non erit. Atqꝫ hoc idem ad vniuerſalia referendum eſt. Nam ſi omnia que ſunt: alba ſunt: omnino nigredo non erit. Tractum hoc videtur eẽ ſingillatim a partibus. Nam quod duo contraria in eodem vno eodemqꝫ tempore eſſe non poſſunt: vt ſocrates cum ſanus eſt egrotus non eſt: ⁊ cum ſanus eſt manente ſanitate non eſſe poterit egritudo. Et non erit neceſſarium vno contrario poſito mox ſubſequi alterum. Nam ſi neceſſe eſſet vno contrario conſtituto mox aliud ſequi: poſſ. ⁊ idem ſocrates vno eodemqꝫ tempore ⁊ ſan⁹ eſſe ⁊ eger. qđ fieri nõ põt. Non igitur neceſſe eſt cuz ſit vna contrarietas: mox aliam ſequi. Quocirca fieri poteſt vt cum vnum contrarium ſit: aliud non ſit. Idqꝫ in ſingularibus etiam neceſſe eſt: vt in eo quod eſt ſocratem eẽ ſanum: non eſt ſocratem egrotare: quod ſocratis ſanitati eſt contrarium. Socrates enim quamuis contrariorum ſuſceptibilis ſit quoniam ſubſtantia eſt: tamen vno eodemqꝫ tempore contraria vtraqꝫ non ſuſcipit.

Palam vero eſt ꝙ ⁊ circa idem aut ſpecie aut genere natura habẽt fieri ꝯtraria. lãguor nanqꝫ et ſanitas in corpore animalis natura habent fieri: albedo autez ⁊ nigredo ſimpliciter in corpore: iuſtitia vero ĩ anima hominis ⁊ iniuſtitia.

Docet circa que ſemper poſſint eſſe contraria. Ait enim circa eas res que aut genere eadem ſint aut ſpecie: vt eſt corpus quidem animalis vnum ſecundum gen⁹. omnium enim animalium vnum genus eſt. ⁊ circa hoc egritudo vel ſanitas inuenitur. Similiter ⁊ circa corp⁹ omne indiſcrete vel animalis vel inanimati albedo ⁊ nigredo eſt: quod ſcilicet omne corpus ⁊ ipſum ſecundum genus eſt vnum. nanqꝫ his genus eſt ſubſtantia. Iuſtitia quoqꝫ ⁊ iniuſtitia in anima eſt. Omnis autem anima que iuſtitiam iniuſtitiamqꝫ ſuſcipit: rationalis eſt. id eſt hominis: ſed omnes homines idem ſunt ſecundũ ſpeciem. Omnes igitur anime eedem ſecundum ſpeciez ſunt. iuſtitia ergo ⁊ iniuſtitia circa eaſdem res ſecundum



ſpeciem reperiuntur. Quocirca recte iã concluſum eſt omnia contraria circa eaſdem res vel ſcd̃m genus vel ſcd̃m ſpeciem inueniri.

Neceſſarium eſt autẽ omnia contraria vel in eodem genere eſſe: vel in contrariis generibus eſſe: vel ipſa genera eſſe: albuz enĩ ⁊ nigrum in eodez genere ſunt. color enim genus eoruz eſt. iuſtitia vero ⁊ iniuſtitia in contrariis generibus. huius enim virtus: huius autem nequicia genus eſt: bonuz vero ⁊ maluz non ſunt in genere: ſed ipſa ſunt genera aliquorum exiſtentia.

Monſtrat id quod reliquum eſt. id eſt vbi poſſunt ſemper contraria veſtigari. omnia enim que ſunt contraria: aut ſub eodem genere ſunt: aut ſub contrariis generibus: aut ipſa ſunt genera. Sub eodem genere ſunt contraria: vt album ⁊ nigrũ ſub vno ſunt genere: id eſt colore. color enim albedinis ⁊ nigredinis eſt gen⁹. Hec igitur ſub vno ſunt genere. Alia vero contraria in contrariis generibus inueniuntur: vt iuſtitia ⁊ iniuſtitia. Iuſtitie enim genus eſt bonum. iniuſtitie vero malum malum vero bono contrariũ eſt. iuſtitia ergo iniuſtitia ſub contrariis generibus ſunt. Rurſus alia ipſa ſunt genera: vt bonũ ⁊ malũ: vtraqꝫ ſunt genera ſub ſe malorum bonorũqꝫ poſitorum. ⁊ non hoc nunc dicitur: qđ bonitas ⁊ malitia nulli alij generi ſubduntur. ponunẽ enim ſub qualitate. Sed particulariũ bonorum ⁊ malorum non eſſe alia genera: niſi ipſum bonũ ⁊ maluz generaliter. Recte igitur bonum ⁊ malũ aliorũ particularium bonorũ malorũqꝫ genera ſunt numerata. Quare rectiſſime dictum eſt: omnia contraria aut ſub eodem eſſe genere: vt album ⁊ nigrum ſub colore: aut in contrariis generibus: vt iuſtitia atqꝫ iiuſtitia ſub bono ⁊ malo. aut ipſa eſſe genera: vt eſt ipſum bonũ ⁊ maluz: que genera iuſtitie atqꝫ iniuſtitie numerata ſunt.

Prius autem alterum altero dicitur quadrupliciter: primo quidẽ et maxime proprie ſecunduz tempus. ſecundũ quod ſcilicet antiquius alterum altero ⁊ ſenius dicitur. in eo enim quod tẽpus amplius eſt: ⁊ antiquius ⁊ ſenius dicitur.

Poſtqꝫ de oppoſitis diſputationem quantũ ad preſens tempus attinebat explicauit: nunc que priora dici poſſint que poſteriora diſſerit. Et ait: primo quidem ⁊ proprie ⁊ quod in vſu eſt pri⁹ dicimus. hoc eſt: quando aliquam rem alia res tempore precedit ⁊ ſuperat: et dum proprie loquimur ſecunduz temporis preceſſionem: aliud antiquius dicimus aliud ſenius. Antiquius quidem in his que inanimata ſunt: ut porphyrio placet. ſenius vero in his que anima non carent: ut ſi quis dicat antiquius fuiſſe bellum thebanorum atqꝫ grecorum troie excidio: idcirco ꝙ tempore precedat. filij nanqꝫ ducum qui thebano periere prelio: troie prelijs interfuerunt. vt diomedes tydei filius: ⁊ ſteneleus filius capanei. Atqꝫ hoc qdẽ ita: quĩ eſt ⁊ in reb⁹ inanimatis. Antiquius dicitur: ut cum dicimus antiquiorem eſſe dominationem regum in ciuitate romana qꝫ cõſulum magiſtratum. In rebus vero animatis: ſenius vocamus. Seniorem nãqꝫ dicimus pythagoram ſocrate: ſocratez ariſtotele: idcirco quod ſe temporibus antecedant. Ergo prius alterum altero dicitur proprie ſecundũ tempus. Prioris autem quatuor fuere diſtantie: ut ipſe Ariſtoteles dicit: cum ait. Prius alteruz altero dicitur quadrupliciter. Eaſqꝫ ſingillatim breuiter enumerat: ad quas ipſe addidit: quintam que priſcis philoſophis eſſet incognita. Et quoniã de primo prioris modo dictũ eſt: de ſecundo dicamus.

Secundo autem quod non conuertitur ſecundũ ſubſiſtendi conſequentiam: ut vnuz duobus prius eſt. duobus enim exiſtentibus mox conſequens eſt vnũ eſſe: vno exiſtente non eſt neceſſariũ duo eſſe. Idcirco non conuertitur ab vno conſequentia ut ſit reliquum: prius autem videtur illud eſſe a quo non conuertitur in eo quod eſt eſſe cõſequentia.

Secunda inquit ſignificatio prioris eſt: que nõ tempore itelligitur: ſed natura. ⁊ hoc ait a qua nõ ꝯuertitur ſubſiſtendi conſequentia. Nam ſi due res ita ſint oppoſite: ut ſi vna ſit neceſſe ſit eſſe aliam: ⁊ ſi alia ſit non neceſſe eſſe aliam: illa prior eſt qua poſita ut ſit: nõ eſt aliaz neceſſe eſſe: ⁊ hoc quidem vniuerſaliter dictum eſt. Planius vero his fiet exemplis. Binarius enim numer⁹ ⁊ vnitas eam retinet naturam: ut ſi quis duo eſſe proponat: vnum quoqꝫ eſſe monſtrauerit. vnũ enim in ipſis duobus concluditur: nec preter duas vnitates poterit eſſe binarius. Quocirca ſi quis binariũ numerum eſſe poſuerit: vnum quoqꝫ eſſe conſequitur: idcirco qđ binari⁹ ut ſit: indiget vnitate. At vero ſi quis ponat eſſe vnitatem: nondũ neceſſe eſt eſſe binariuz. Ergo ab vnitate ſubſiſtendi conſequentia non conuertitur. Poſita eniz vnitate neceſſe non fuit binarij numeri ſubſequi quantitatem: idcirco quod binario non indiget vnitas: ſicut indigens erat vnitate binari⁹. Quare prior eſt vnitas binario. quod ſi ita eſt: ⁊ quicquid ita fuerit vt ab eo ſubſiſtendi conſequentia non conuertatur. Prius ariſtotele auctore probabitur; vt in eo quod eſt homo ⁊ animal. Cum dico hominem mox dixi animal. cum animal dixero: nihil adhuc de homine dictum eſt. Omnis enim homo animal eſt: non omne animal homo.

Tertio vero ſecunduz ordinem quendam prius dicitur: quemadmodũ ⁊ in diſciplinis ⁊ in orationibus. nam ⁊ in demonſtratiuis diſciplinis eſt prius ⁊ poſterius per ordinem. elementa enim in geometria priora ſunt his que deſcribunẽ per ordinẽ. Principia enim priora ſunt theorematibus ordine. Et in grãmatica elementa priora ſunt ſyllabis: ⁊ in orationibus ſimiliter proemiũ prius eſt narratione per ordinem.

Ponit tertiam prioris ſignificationem: ut in geometria: priora ſunt inquit elementa deſcriptionibus. Elementa vero ait quos terminos appellamus: id eſt vbi quid punctũ ſit: quid linea: quid figura predicenẽ. His enim cognitis ⁊ fideliter animo apprehenſis: poſtea omnes geometrie deſcriptiones fiunt: que problemata ⁊ theoremata nuncupantur. Ergo quoniaz prius diſcuntur elementa: poſt ad deſcriptiones eſt tranſitus priora ſunt elementa deſcriptionib⁹ ordine ſcilicet: quoniam vt deſcriptio poſſit intelligi: prius elementa traduntur. ⁊ in grãmatica quoqꝫ prius ſingule traduntur littere qꝫ que ex his ſyllabe coniungũtur. quocirca ipſe

quocꝫ ordine priores ſunt ſyllabis. Rhetores vero nõ ſepe a narratione: ſed ab exordio agere cauſas incipiunt ideo qđ exordia narrationibus priora ſunt ordine. quare tertius modus prioris iſte eſt: qui ſcđm nexum cuiuſdã ordinis in qualibet arte eſt conſtitutus.

**Amplius ſupra ea que dicta ſunt: quod melius eſt ⁊ honorabilius prius naturaliter eſſe videtur. Conſueuerunt enim ⁊ plurimi honorabiliores ⁊ magis a ſe dilectos priores dicere apud ſe. Eſt quidem ⁊ pene alieniſſimus hic modus. modi itaqꝫ qui dicti ſunt de priore iſti ſunt.**

¶ Dicit prius videri: quod neqꝫ ſecundũ tempus aliquotiens: neqꝫ ſcđm ſubſiſtendi conſequentiam: nec ſecundũ ordinẽ ſit: ſed quodcũqꝫ precioſius fuerit: prius eſſe videat: ut ſol luna prior eſt: ⁊ anima corpore: ⁊ animus anima. Hoc vero tali argumento probat: quod hi qui aliquos venerantur: ⁊ honorabiliores exiſtimant: dicant eos ſe eſſe priores: ⁊ hi qui in rebꝰ publicis plurimũ poſſunt: priores dicitur ab his qui eos maxime venerantur. Sed ut ipſe ait: alieniſſimus modus eſt a ſignificatione prioris hic. quartus qui nunc eſt dictus modus: etenim de his melius dici poteſt: vt dicantur venerabiles ⁊ honorabiles: ut vero priores dicantur: abuſio potius ꝙ̃ vlla proprietas eſt. Quintus modus quem ipſe addidit huiuſmodi eſt.

**Videtur autem preter eos qui dicti ſunt altera eſſe prioris modus. Eorum enim que conuertuntur ſecundũ eſſentie conſequentiam quod alterum alterius quolibet modo cauſa eſt: digne prius natura dicit: quia vero ſunt quedam huiuſmodi palam eſt. eſſe nanqꝫ hominem conuertitur ſecundũ eſſentie conſequentiam ad veram orationem de ſe. nam ſi eſt homo: vera eſt oratio qua dicitur quia homo eſt. ⁊ ſi vera eſt oratio quã dicitur quia homo eſt: conſequitur eſſe hominem. Eſt autẽ quidem vera oratio nequaꝙ̃ cauſa ut ſit res: verũtamen videtur quodammodo res cauſa: ut ſit oratio vera. dum eni res eſt vel non eſt vera oratio aut falſa dicatur: neceſſe eſt. Ideoqꝫ ſecundum quinqꝫ modos prius alterum altero dicitur.**

¶ Nouimus quaſdam res in predicatione poſſe conuerti. Quod ſi vna earum que cõuertuntur: alteri cauſa eſt: ⁊ veluti naturalem ſubſiſtentiam ſubminiſtrat: illa naturaliter prius eſſe perhibetur. Ipſe autem aptiſſimo quod propoſuit firmauit exemplo. Nam ſi eſt aliqua res: verũ eſt de ea dicere quoniam eſt. Rurſus ſi de ea verũ eſt dicere qm̃ eſt: illã ipſaꝫ rẽ eſſe neceſſe eſt: vt quoniã eſt hõ: verũ eſt dicere quoniã eſt hõ. Quod ſi verũ eſt dicere qm̃ eſt hõ: nulla eſt dubitatio quin hõ ſit. Ergo quoniam due he ſibiĩuicem conuertuntur: reſpiciamus nunc que ſit harum cauſa alteri: vt ſubſiſtere valeat: atqꝫ vt eſſe poſſit. Video autem rem dicto vero ſubſiſtentie dare principium. nam quia homo eſt: idcirco verum eſt dicere quoniaꝫ eſt: ſed non idcirco homo eſt: quoniam de eo vere dici poteſt quoniam eſt. Res eniꝫ vt veritas adſit dicto principium eſt: ſed non vt res ſubſiſtat: vero efficitur dicto. Quocirco prius eſt eſſe hominem: poſterius verum de eo eſſe dictum. Idcirco quoniã quãuis conuertantur: tamen vna harum rerum alteri ſubſiſtendi cauſa eſt. Ait enim id eſſe prius inter ea que conuertuntur ſecundum eſſentie conſequentiam: quod alterius quomodolibet cauſa eſt. Ut in hoc ipſo ſermone de homine: conuertuntur vtraqꝫ quidem: ſed homo vt ſit ſermo verus cauſa eſt atqꝫ principium. Quod Ariſtoteles ita ait. Eſt autem verus ſermo nullo modo cauſa ſubſiſtendi rem. Res autẽ videtur quodammodo cauſa eẽ vt ſermo verus ſit. Neqꝫ enim idcirco res eſt: quoniam ſermo eſt: ſed idcirco verus eſt ſermo: quoniam res ipſa ſubſiſtit. Quocirca quinqꝫ hi prioris modi ſunt: quorum ſuperius quatuor dixit: ſecundum tempus ſcilicet: ſcđm id quod non conuertitur ad ſubſiſtendi conſequentiam: ſcđm ordinem: ſcđm reuerentiam: ⁊ ſecundum cõuerſionem: cum altera res alij ſubſiſtendi cauſa eſt. Sed quoniam de priori dictum eſt. Nunc de his que ſimul ſunt incipit.

De his que ſimul ſunt

**Simul autem dicuntur ſimpliciter ⁊ proprie quidem quorũ generatio eſt in eodẽ tempore: neutrum enim neqꝫ prius neqꝫ poſterius eſt eorum. Simul itaqꝫ hec dicuntur ſecundũ tempus: ⁊ ſunt.**

¶ Cum de prioribus diſputaret illa proprie priora eẽ contenderat: que ſecundum vim precedentis temporis dicerentur. Quare cum de his que ſimul ſunt diſputat: idem reuocat ⁊ recte. Nam ſi maximum moduꝫ prioris ſolum efficiet tempus: cur non quoqꝫ ſimul editam naturam tempus efficiet. Ait ergo ⁊ ſimpliciter ⁊ proprie dici ſimul eſſe ea que vnius temporis ortu prolata ſint: vt ſi illa ſint antiquiora atqꝫ priora quecũqꝫ non equali ſed precedenti tempore proferuntur: que ſe temporibus non precedunt: rectiſſime ſimul eſſe ponuntur. Cuꝫ eni vno tempore edita atqꝫ prolata ſint: illa ſecundum tempus ſimul eſſe dicuntur. ideſt ſimul naturale principiuꝫ ſubſtantiamqꝫ ſortita ſunt. atqꝫ hic quidem ſecundum tempus ſimul eſſe dicuntur. Secundum naturam vero ſimul eſſe perhibentur: quecunqꝫ inuicem ad ſe conuertũtur: cum altera res alterius ſubſiſtẽdi neqꝫ cauſa ſit neqꝫ principium: vt ſunt huiuſmodi duplum ⁊ medium. nã cũ ſit duplũ medium eſt: cũ rurſus ſit mediuꝫ duplũ eſt Seruus quoqꝫ ⁊ dominus eodem modo ſunt: filius quoqꝫ ⁊ pater. Hec enim quecunqꝫ illata quidem inſerunt alia: ſublata vero auferunt ſimul: ſibimet ſemper inuicem conuertuntur. nam ſi dicam patrem: filiuꝫ quoqꝫ intelligi neceſſe eſt: ſi dixero filium: pater mox ſub intelligentiam cadit. Quod ſi alterum ſuſtulero: vtraqꝫ perimo. nam ſi tollam filium: pater non eſt: ſi patrem abſtulero: filium quoqꝫ perire neceſſe eſt. Atqꝫ hec ita ſibimet ita conuertuntur: vt tamen altera res alteri cauſa penitꝰ non ſit. naꝫ quoniam pater filio in predicatione conuertitur: manifeſtum eſt: ſed neqꝫ pater filio cauſa eſt vt ſit: nec filius patri. hoc autem huiuſmodi eſt. Si eneas habuit aſcaniũ filium: non dicimus: quoniam non fuit eneas cauſa ut eſſet aſcanius: ſed non fuit pater cauſa ut eſſet filius. Nam cum dico aſcanius: quedam propria ſubſtantia eſt. cum dico filius eſſe non poteſt: niſi ad aliquid referatur: ⁊ cum eam nomino: ſubſtantiam dixi: ſi patrem appello: nulla ratione cõſtat: niſi ad filiũ referat. Igitur cauſa fuit eneas vt eſſet aſcanius: ſed non eſt cauſa pater vt eſſet filius. Pater nanqꝫ tunc ſit cum filius fuerit. nam ſi hec tempore ipſo priora non ſunt. cauſa autem cuiuſlibet rei prior eſt ꝙ̃ illa cuius cauſa eſt: dicitur: nulla dubitatio ẽ: quin pater atqꝫ filiꝰ: que vtreqꝫ predicatiões equales ſunt tempore: neutra neutri cauſa ſit. cum tamen ſubſtantie ipſe vt ſint: cauſa non ſit predicationis. ⁊ nullo modo ſimile debet videri ei quod paulo ante dictum eſt de homine: eſſe verũ de eo ſermonem ſcilicet quoniam eſt. Illic enim cum res eſſet: tunc poterat eſſe verus de ea ſermo. Prius eniꝫ eſt vt ſit aliquid: poſt vero vt de eo verũ aliquid eſſe dicatur. Nũc võ nõ ita eſt vt prius aliquis ſit pater: poſt vero filius: Mox enim vt pater eſt: filiuꝫ eſſe neceſſe eſt: mox vt eſt filius: patris ſine dubio predicatio conſequitur. quemadmodũ iſte modus ſit qui ſcilicet ſimul ſecũdũ naturam eſt Ariſtoteles ita pronuntiat.



**Naturaliter autem ſimul ſunt: quecunqꝫ cõuertuntur quidem ſecundum quod eſt eſſe conſequentiam. Sed nequaꝙ̃ cauſa eſt alterum alteri ut ſit: vt in duplo ⁊ dimidio: conuertuntur etenĩ hec. nam cum ſit duplũ eſt dimidiuꝫ: ⁊ cum ſit dimidiũ eſt dupluꝫ. ſed neutrum alteri cauſa eſt vt ſit.**

¶ In his que ita priora eſſe dicebantur: vt conuerterentur: quamuis ſcđm eſſentiam eorũ conſequẽtia eſſet: tñ quia in his alia res alij cauſa atqꝫ principiũ eſt: hoc erat quod vna prior eſſe videretur ea quideꝫ cuius cauſa erat Quod diſtat ab his que conuertuntur: ⁊ ſe inuicem auferunt: que cũ neutra neutri cauſa ſit: ⁊ tamen conuertuntur: digne ſimul naturaliter eſſe perhibentur.

**Dicuntur autẽ ſimul naturaliter ⁊ que ex eodem genere e diuerſo diuiduntur a ſe inuicem. E diuerſo autem diuiduntur: que ſcđm eandem diuiſionem ſunt: vt greſſibile: volatile: ⁊ aquatile. hec eniꝫ e diuerſo diuiduntur que ſunt ex eodẽ genere ſcđm diuiſionem. animal nanqꝫ diuiditur in hec in volatile ⁊ greſſibile ⁊ in aquatile. ⁊ nihil horum prius vel poſterius eſt: ſed ſimul ꝑ naturam hec eſſe videntur.**

¶ Tertium modum eorũ que ſimul ſunt huc addidit: illa quoqꝫ ſimul eſſe: que equali diuiſione ſub genere ponantur: vt ſi ponat quis animal genus hoĩs ⁊ equi: hominem vero ⁊ equũ a genere. id eſt ab animali diuidat: homo ⁊ equus quoniaꝫ ſub eodeꝫ genere ſunt ſimul eſſe natura dicuntur. ⁊ cõueniens regula eſt in omnibꝰ quibuſcũqꝫ generibꝰ: cũ eni ſpecierum diuiſiões fiunt: illic ſpecies natura ſimul ſunt. ⁊ ſi ſub his ipſis ſpeciebus quedam alia ponant: etiam ipſa ſimul natura eſſe dicunt. Diuidatur enĩ genus id eſt animal in volatile atqꝫ greſſibile: ⁊ quoniã ſunt ſub eodẽ genere: ſimul natura ſũt. Et ſi quid horum in ſubiectas partes ſpecieſqꝫ ſoluatur vt volatile quidem in his auibus que ſeminibus veſcũtur: ⁊ in his que carnibꝰ: ⁊ in his que herbis. He tres ſpecies rurſus: que ſub volatili ſunt: ſimul eſſe naturaliter appellantur. quod Ariſtoteles ita dicit.

**Diuiditur autẽ ⁊ ſingulum horuꝫ in ſpeciẽ rurſus: vt greſſibile aĩal ⁊ volatile ⁊ aquatile: erunt ergo ⁊ illa ſimul naturaliter quecunqꝫ ex eodem genere ſecundum eandeꝫ diuiſionem ſunt. genera vero ſemper ſpeciebus priora ſunt. neqꝫ eniꝫ conuertũtur ſecundum quod eſt eſſe conſequẽtiã: vt cum ſit aliquid aquatile quideꝫ: eſt animal: cum vero ſit animal non eſt neceſſe vt ſit aquatile. Simul ergo per naturam dicũtur: quecunqꝫ conuertuntur quidem ſecũduꝫ quod eſt eſſe conſequentiaꝫ: ſed nequaꝙ̃ quidem cauſa eſt alteruꝫ alteri ut ſit: ⁊ ea que ex eodẽ genere e diuerſo diuiduntur ab inuicem: ⁊ ſimpliciter ſimul ſunt quorum generatio in eodem tempore eſt.**

¶ Atqꝫ idcirco fieri non poteſt vt genus habeat vnam ſpeciem. Nam ſi quecunqꝫ ſub genere ſunt: ſimul ſunt. Simul autem niſi plura eſſe non poſſunt: genus igitur ſub ſe vnam ſpeciẽ habere non poteſt. Si enim vna fuerit: fieri non poteſt vt ſimul eſſe dicatur: quia illud eſt: quod ſub eodem genere res quedã ſolent que ſimul ſint naturaliter: inueniri. Sed hec de ſpeciebus. Genera autem ſemper priora ſunt non enim cõuertuntur ſcđm ſubſiſtẽtie cõſequentiam. Prioris vnus modus eſt ſecũdũ quẽ illa priora eſſe dicerentur: quecũqꝫ ad ſubſiſtẽdum nullo modo cõuerterentur. quod hoc idem in generibus cadit. Genera enim non conuertuntur ad ſubſiſtẽtie conſequentiam hoc modo. Sit enim animal genus: homo vero ſpecies. Cum vero dico hominem eſſe: animal quoqꝫ eſſe cõſequitur. Si animal dixero: ad hominem ſubſiſtẽtie conſequentia nõ cõuertitur. Poteſt enim eſſe animal: non tñ homo. Quocirca ab animali ad hominẽ non conuertitur ſubſiſtẽtie cõſequentia. Nõ ſi poſito homine anima conſtat: animali vero nominato non eſt neceſſe hominem eſſe. Animal eſt prius homine Illa quoqꝫ priorũ deſcriptio eſt: quod ea que ſunt priora ſublata quidẽ auferunt: illata non inferunt. Animal enim ſublatũ ſecũ quoqꝫ hominẽ tollet: illatum vero vt dicatur eſſe animal: non ſecũ ſtatim hominẽ infert. Poſteriora võ e diuerſo ſunt. Illata. n. ſimul inferunt: ſublata non auferunt. Dictus quidẽ homo: ſimul ſecum animal infert: omnis nanqꝫ homo animal eſt. Quod ſi hõ ſubſtantialiter auferatur: non eſt neceſſe animal quoqꝫ auferri: Quod hoc nomẽ animalis in pluribus ſpeciebꝰ valet aptari. Quod ſi ita contingit: ſublato homine permanebit animal. Quocirca concludit tres eſſe ſpecies eorum que ſimul ſunt ſcđm tempus: ſcđm naturam: cum vtraqꝫ ita conuertũtur: vt neutra neutri cauſa ſit. Tertium genus eſt ſcđm eandẽ ſub genere diuiſionẽ.

De motu.

Quoniam in faciendo atqꝫ patiendo inerat quidam motus: facere autem ⁊ pati predicamentis adiunxerat: idcirco nunc de motibus tractat: ⁊ ſex numero eſſe pronunciat.

**Motus autem ſpecies ſunt ſex: generatio: corruptio: augmentum: diminutio: alteratio: ſecunduꝫ locum mutatio. alij itaqꝫ motus palam eſt: quia alij ab inuicẽ ſunt. nõ eſt enim generatio corruptio: neqꝫ augmentum diminutio: neqꝫ ſcđm locum mutatio. ſimiliter autem ⁊ in alijs.**

¶ In phyſicis Ariſtoteles motus ſpecies alia ratione partitus eſt. Ait eni aliud eſſe ꝑmutationẽ: aliud motũ. ⁊ permutationis quidẽ duas eſſe ſpecies ait: generationẽ ⁊ corruptionẽ. Motus vero. iij. ſcđm quantitateꝫ: ſcđm qualitatẽ: ſcđm locũ. igitur quoniã hic liber ad introductionẽ factꝰ eſt quodãmodo: noluit nimis diuiſionis attenuare rationẽ: ne ingrediẽtiũ animos ſubtiliori diuiſione cõfunderet. facit igit diuiſioneꝫ motus hoc modo. Eſt enim vna ſpecies motus ſcđm ſubſtantiaꝫ: alia ſcđm quantitatẽ: alia ſcđm qualitatẽ: alia ſcđm locũ Et ſcđm ſubſtantiã quideꝫ eſt generatio ⁊ corruptio. h enim vtraqꝫ in ſubſtantia fiunt. Nã ⁊ ſcđm ſubſtãtiã

generatur aliquid: ⁊ ſcōm ſubſtātiā corrūpitur. Scōm quantitatē vero: vt crementū ⁊ diminutio. etenī ſcōm quantitatē vel aucta creuiſſe: vel detracta diminuta eſſe dicitur. Scōm qualitatē vero que dicitur cōmutatio. ſcōm aliquas ſcilicet paſſiones: quas qualitates eē ma nifeſtuꝫ eſt. Scōm locū vero: vt itus in longitudinem: vel in curuaturā flexus. ⁊ itus quidē in longitudinem eſt: vt a ſurſum in deorſum: a priorībus retrorſum: a dextra in ſiniſtrā: ⁊ rurſus ſi hec cōuertas ⁊ directum pergentes ideꝫ motus erant. Illud quoqꝫ verū eſt has eſſe oēs ſpecies motus: nullo nāqꝫ ſibi participant: niſi ſolo generis nomine: quod mot⁹ dicuntur. naꝫ neqꝫ generatio idē eſt ꝙ corruptio: nāqꝫ generatio eſt in ſubſtantiā ingreſſus: corruptio vō ex ſubſtātia egreſſus. Nec diminutio idē quod crementū. nec ſcōm locū tranſlatio alicui ſuperiorꝫ ſimil' is ē. Cōmutatio aūt habet forte aliquā dubitationeꝫ: quod nō videatur a ſuperioribus diſcrepare: quā queſtionem ita propoſuit.

In alteratione vero habet quandā queſtionem: ne forte neceſſariū ſit id quod alterat: per aliquā reliquaruꝫ motionū alterari. hoc autē non eſt veruꝫ. Nā pene ſcōm oēs paſſiones aut plures alterari accidit nulla aliaꝝ motionū cōmunicāte. Neqꝫ enī augeri neceſſariū eſt: quod per paſſionem mouetur: neqꝫ minui. Similiter autē in alijs. Ideoqꝫ erit alia preter illos motus alteratio. Nam ſi eadem eſſet: oporteret id quod alteratur mox vel augeri vel minui: vel aliquē alioꝝ motuū ꝯſequi. Sed nō eſt neceſſe. Similiter autē ⁊ quod augetur: aut alia aliqua motione mouetur: alterari oportebat.

℄ In cōmutatione vero eſt aliqua dubitatio: ne forte neceſſe ſit quod commutatur ſcōm aliquem reliquorum motuuꝫ commutari. Naꝫ ſi omne quod cōmutatur aut generatur: aut corrumpitᷣ: aut minuitur: aut creſcit: aut id ſecundum locū tranſferri neceſſe eſt. dubiū non eſt nihil ſuperioribus ceteris hanc differre ſpecieꝫ: que ſecūdū commutationem dicitur: hoc autem non eſt veruꝫ. Sed quoniaꝫ quod cōmutatur non omnino neqꝫ generatur neqꝫ corrūpitur: vt qui in ſole diutius ſtetit: ſi ex cādido niger eſt factus: cōmutatus quidem ſcōm colorē dicitur non tamen generatus eſt aut corruptus: nec vero illi aliquod vel crementū factum eſt vel diminutio. ſed nec loci tranſlatio vlla eſt. poteſt enim aliquis vno eodēqꝫ loco conſiſtens aliquibus extrinſecus venientibus paſſionibus permutari. poteſt quoqꝫ ⁊ creſcere ⁊ decreſcere preter qualitatis cōmutationem. quod ipſe Ariſtoteles ita pronunciat.

Sed ſunt quedā creſcentia que non alterātur: ut quadratuꝫ circūpoſito gnomone creuit quidem: alteratum vero nihil factuꝫ eſt ſic ⁊ in alijs huiuſmodi. quare alij ſunt motus a ſe inuicem.

℄ Qd̄ dicit tale eſt. Si quadrato inquit addatur gnomo: creſcit quidem quadratus: non tamen cōmutatur. Ideoqꝫ ſublato gnomone quadrat⁹ diminuitur: ſed nō cōmutatur. Sit enim quadratus. a. b. c. d. ⁊ ducatur ei angularis. b. c. ⁊ diuidātur quattuor latera. a. c. a. b. b. d. d. c. ī equalia. g. e. h. f. punctis. ⁊ ducātᷣ. g. h. f. e. linee Diuiſus igitur quadrat⁹. a. d. in quattuor quadratos qui ſunt. e. g. f. g. e. h. h. f. quorumlibet tres qui circa eādem angularē ſunt ſi demantur: figura ipſa gnomo vocatur: vt ſi quis tollat hos tres. e. g. g. f. f. h. inuenitur. m. n. gnomo. qui. m. n. gnomo ſeparatur ab. e. h. quadrato. Totus quidem. a. d. quadratus imminutus eſt: qui ex tam magno factus eſt paruus: non tamen formā tetragoni cōmutauit: Quod ſi. e. h. tetragon⁹ ſolus ſit: ⁊ ei circumponatur gnomo qui eſt: m. n. creuit quidem tetragonus: ⁊ maior factus eſt: ſed non cōmutatus eſt. Omnes enim tetragoni ſibi ſunt propria qualitate conſimiles: Quod ſi cōmutatio huiuſmodi eſſet vt non omnino a ſuperiorib⁹ ſepararetur: nulla eſſet dubitatio: quin ſemper oporteret quicquid cōmutatur ſecundum aliquem priorum motuū modū cōmutari. Ita vt aut naſceretur: aut corrūperetur: aut minueretur: aut creſceret aut ſecundum locum fieret aliqua permutatio. Quod quoniam non eſt: ab omnibus ſuperioribus motibus hec motus ſpecies diſtat. Sed monſtratū ſuperius eſt quinqꝫ ſuperiores motus ſpecies a ſe omni ratione ſubſtantie diſcrepare. Quocirca diſtant a ſe ſimiliter hi ſex motus atqꝫ diuerſi ſunt.




Eſt autē ſimpliciter quidem motui quies contrariuꝫ. Singulis vero ſinguli generationi quidē corruptio: augmentationi quidē diminutio: ſecunduꝫ locum vero mutationi: ſcōm locuꝫ quies. maxime autē videtur oppoſitum eſſe in cōtrariuꝫ locum mutatio ut que eſt inferius ei que eſt ſuperius: ⁊ ea q̄ eſt ſuperius ei que eſt inferius.

℄ Nunc iam motuū contrarietates exequitᷣ: ⁊ ipſi quidem generi. i. mutui dicit quieteꝫ eē contrariam: habet enim motus quietem contrariā. Singulis vero ſpeciebus motuum motus ipſi contrarij ſunt: vt generationi corruptio. ⁊ cū generatio ſit mot⁹ atqꝫ corruptio: vtraqꝫ tamen ſibimet contraria ſunt. cremento quoqꝫ diminutio cōtraria eſt. Quare diuerſo modo he ſpecies motus contrarietatē habent: quā genus dudū habere monſtrauimus. Motus enim ipſe habet quietē cōtrariā. Specierū vero motibus non quies ſed alij motus contrarij ſunt: ut generationi corruptio: ⁊ cremento diminutio. Scōm vero locum tranſlationis contrarietas ſimul eſt generis. Nam ⁊ ipſa habet contrariā ſcōm locū quietē: contrariū nanqꝫ eſt moueri de loco in locū: ⁊ non moueri. ⁊ eſt nō moueri quidē ſcōm locum quies: moueri vō ſecundū locum tranſlatio. Maxime autē inquit ſcōm locum mutationi contraria eſt in contrariū locum permutatio. Ut ſi qua res ſurſum ſit: atqꝫ ibi maneat: ⁊ ſit quieta: poſtea ſit ei motus talis: ut deorſum moueatur q̄ꝫ ꝗ̄ꝫ ipſi ſuperiori motui quies contraria ſit: multo magis quidē huiuſmodi motus qui in contrariū ſit locuꝫ illi ſuperiori motui contrarius eſt. Atqꝫ hoc quidē ⁊ in alijs motibus accidit: ut ſi quis ſit ad dexterā: ſi ei in ſiniſtrā motus ſit: in contrariū locum factus dicitᷣ motus atqꝫ hoc ideꝫ in alijs motibus licet videre. Sed ariſtoteles dubitat ſi reliquo motui. i. cōmutationi aliqd poſſit eſſe contrariū: quā queſtionē ita proponit.



Reliquo vero aſſignatoruꝫ motuum non facile eſt aſſignare quid ſit contrarium. videtur autem neqꝫ aliquid ei rei contrariū: niſi quis ⁊ in hoc ſcōm qualitatem quieteꝫ opponat: aut in contrariū qualitatis mutationem: ſicut ⁊ in mutatione ſcōm locuꝫ quietem ſcōm locum: aut in contrariū locuꝫ mutationem. Eſt enim alteratio ſecundū qualitatem mutatio.

℄ Ex ſimilitudine motuuꝫ contrarietates quoqꝫ colligimus. Nam quoniam ſuperius motui ſecūdū locum contrariam reperit ſecundū locū quietē: ⁊ quoniā omnis cōmutatio que ſcōm aliquā paſſionem ſit: ſcōm qualitatem cōmutatur: motus eius contrarietatem poſuit ſcōꝫ qualitatē quietem: vt ſi lapis cum frigidus eſt ſi ita permaneat: qualitas illa manſit: ⁊ quieuit. quod ſi tepeat: q̄litas illa cōmmutata eſt: ⁊ eſt ipſa cōmutatio contraria: ⁊ factus eſt quidē motus: ſed in tepore lapidis ſcōm qualitatem facta eſt permutatio. fuit autem in frigore quies ſcōm eandem qualitatem. Quocirca licet videatur hic motus quidē omnino contrarium non habere: ⁊ tamen ſicut ſuperius dictum eſt ſcōm locum tranſlationi cōtrariaꝫ eſſe ſcōm locum quietem: cur non quoqꝫ ſcōm qualitatē cōmutationi dicatur quies ſcōm qualitatē eſſe cōtraria: Definitio nāqꝫ cōmutationis eſt tranſlatio ſecūdū qualitatē. cū enī qualitas cuiuſlibet rei mouetur: ſit trāſlatio. ſ. ſcōm qualitatē. Quod ſi maxie videatᷣ ſcōm locū tranſlationi eē contraria nō ſolū ſcōm locuꝫ quies: ſed etiā in contrariū locū tranſlatio: ſcōm q̄litatē quoqꝫ mutationi non ſolū erit contrarietas ſcōm qualitatem quies: ſed maxime in contrariā qualitatem cōmutatio: ut ſi quid cū eſt album: ſi rubrū fiat: quieti quidem ei q̄ in albo colore poterat permanere: contraria fuit qualitatis ipſa mutatio: ut ex albo in rubruꝫ mutaretᷣ. Si qd enim ex albo vertatᷣ in nigrū: illud maxime permutatᷣ: ⁊ illud ſuperiori mutationi contrariū eſt: quoniā pmutatū eſt in cōtrariā qualitatē. Atqꝫ hoc eſt quod ait.

Quapropter oppoſita erit ſecundū qualitatem mutationi ſcōm qualitatem quies: aut in contrariū mutatio qualitatis: ut albuꝫ fieri ad id quod eſt nigrū fieri. alteratur enim in contrariū qualitatis mutatione facta.

℄ Id quoqꝫ apertiſſimū vulgat exēplo. Quare quoniā de motibus expeditum eſt: habendi equiuocationē que ſequitur explicemus.

## De habere.

b Habere autē multis modis dicitur: aut enim tanq̄ habitum ⁊ affectuꝫ: aut aliam qualibet qualitatem. dicimur enim diſciplinā aliquā habere atqꝫ virtutem. Aut tanq̄ quantitatē: ut contingit ei qui habet magnitudinem. dicitur enim tricubitam magnitudineꝫ habere vel quadricubitā. Aut tanq̄ ea que circa corpus ſunt: ut veſtimentum vel tunicam. Aut tanq̄ in parte: ut in manu annuluꝫ. Aut tanq̄ partē: ut manū vel pedem. Aut tanq̄ in vaſe: ut in modio grana tritici: aut in lagena vinuꝫ. vinuꝫ enī habere lagena dicitur: ⁊ modius grana tritici. hec ergo omnia haberi dicuntur: ut in vaſe. Aut tanq̄ poſſeſſionem. habere enim domuꝫ aut agruꝫ dicimur. Dicitur etiam vir vxorem habere: ⁊ vxor virum. Sed videtur alieniſſimus qui nūc dictus eſt modus eſſe in eo quod eſt habere. nihil enim aliud per vxorē habere ſignificamus niſi quia cohabitant. forte tamen ⁊ alij quidam apparebunt modi de eo quod eſt habere. Sed qui conſueuerunt dici: pene omnes numerati ſunt.

℄ Equiuocū eſſe habendi modum manifeſtum eſt. habere enīꝫ ita multis dicitur modis: vt tū equiuoce predicetur. Dicimur enim habere aliquam qualitatem: vt habitum vel diſpoſitionem. Dicimur quoqꝫ habere ſcientiam vel virtutem: quantitatem quoqꝫ habere perhibemur. Dicitur enim in mēſura habere quinqꝫ vel quattuor pedes. Necnō etiam in ipſis partib⁹ corporis aliquid: ⁊ ipſas partes habere predicamur. dicimur enīꝫ ⁊ habere digitos ⁊ in digito annulos. Circa corpus quoque aliquid habere dicimur: vt tunicam vel quodlibet aliud veſtimentuꝫ. Necnon etiā in vaſe haberi aliqd dr̄ vt triticū in modio: ⁊ vinū in dolio. hec. ſ. ita haberi dicūtur vt in vaſe. Dr̄ etiā quis habere vxorē: que ſcilicet ſignificatio nulli ſupradicte communis eſt: ſed (vt ipſi Ariſtoteli videtur) longe diuerſa eſt hec ſignificatio ab habendi predicamento. non enim proprie habem⁹ vxores: ſed quod habere quis dicitur vxoreꝫ. hoc ſignificat habitare cum eo vxorem: habere enim habitare dicimus vt eſt exēplū ſocratis: habēt. i. habitāt atqꝫ colūt. Quare ipſe quoqꝫ Ariſtoteles inquit eē aliquos fortaſſe preter eos qui dicantur habendi modos. hortatur quoqꝫ nos ad vlteriorem aliquaꝫ inquiſitionē: vt nos quoqꝫ queramus per quos preter priores dictos modos alios poſſit habere predicari. Et de hac equiuocatione quideꝫ habendi ſufficienter dictum eſt. ℄ Sed forte quis dubitet: cur cum habere ſuperius in genere nominauerit: nunc idipſuꝫ equiuocuꝫ ponat. Sed hic queſtio ita ſoluitur. Non abſurdum eſt idem predicamentum nunc vniuoce nūc equiuoce p̄dicari. vniuoce: vt ſuperi⁹ qdeꝫ eiuſdē ſpecierū exempla propoſuit: vt eſt calciatum eſſe vel armatū. horū enī taliū gen⁹ eſt. Equiuoce vero vt in his modis quos ſuperius expoſuim⁹. Quod ſi ⁊ habet aliquas ꝓprias ſpecies habendi predicatio: dicitur aūt ⁊ ipſuꝫ nomē multipliciter: nihil eſt incongruuꝫ in genere numerari. Sufficit enim ad demonſtrāduꝫ genus eſſe ⁊ habendi predicationem: quod ſub ſe aliquas partes ſpecieſqꝫ contineat.

Finis.

℄ Finis libri predicamentoꝝ Ariſtotelis cum. A. M. S. B. cōmentarijs feliciter.